BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
31
4 C
4

THEODORICI A NIEM PONTIFICII QVONDAM SCRIBÆ, DEINDE EPISCOPI VERDENSIS HISTOriarum ſui temporis LIBRI IIII.

Quorum tres priores de SCHISMATE VNIVERSALI; *Quartum verò* NEMUS VNIONIS *Autor inſcripſit:*

Quibus Res tum in Imperio, aliiſque regnis ſub CARULO IV. & ſubſequentibus, duobus Imperatoribus, tum in Eccleſia durante perniacioſiſſimo Schiſmate inter URBANUM, VI. & CLEMENTEM Antipapam, eorumque ſucceſſores, geſtæ exponuntur.

Hiſce

FRANCISCI ZABARELLIS JC acutiſſimi de ejus temporis Schiſmate Tractatus:

ET

IOANNIS MARII BELGAE, HISTORICI QVONdam Chriſtianiſſ. regis Gall. Ludovici XII. Liber, de XXIIII. SCHISMATIS *in Eccleſia, & Conciliorum Gallicanæ Eccleſiæ præſtantia & utilitate, ob argumenti ſimilitudinem, adiectus eſt.*



ARGENTORATI.

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.

ANNO M. DC. VIIII.

PIETATE, PRVDENTIA,
ERVDITIONE ATQVE INTEGRITA-
te conſpicuo viro, Domino Michaeli Hautero,
Reipubl. civitatis Imper. Weiſſenburgen-
ſis Conſuli vigilantiſſ. domino ſuo
amicè colendo.

QUAM utilis & neceſſaria ſit Hiſtoriarum cognitio, vir prudentiſſime, tam iis qui Eccleſiaſticis, quàm qui Politicis rebus præeſſe debent; veriſſimè ſimul atq; pulcherrimè oſtendit Quintilianus, cum in ſuis Inſtitutionibus ſcribit: Hiſtoriam eſſe temporum teſtem, veritatis lucem, memoriæ vitã, vitæ magiſtram, vetuſtatis nunciam. Neque enim ſine hiſce Prudentia ulla eſſe, nec quicquam rectè laudabiliterq; adminiſtrari poterit; cum maximum inde adjumentum atq; ſubſidium habeant, qui hanc eruditionis partem non negligunt. Quæ res me maximè impulit, ut meam qualemcunq; in re literaria ac rectis ſtudiis promovendis operam voluntatemq; promptam lubens conferrem, quo plurimi veterum hiſtoriarum ſcriptores in lucem, typis denuò prodirent. Cumq; inter alios libellos, hæc quoq; Schiſmatis Papalis, quod ante Conſtantienſe concilium per annos fere 40. inter Romanos Præſules, duravit, ad manus veniret Hiſtoria, quam Theodoricus à Niem, aliquot tum temporis Pontificum intimus Scriba, ſtylo quidem levi, aperto tamen & ſyncero conſcripſit: eaq; circa annum 1532. Norimbergæ ac pòſt Baſileæ in majori forma edita, atq; hinc inde ita ab emptoribus diſtracta ſit, ut exemplaria nulla amplius venalia extent; à plurimis autem Hiſtoria-

ſtoriarum ſtudioſis deſiderentur: non incommodè mihi facturus videbar, ſi illam hiſtoriam, cum adjunctis Franciſci Zabarellis J C. acutiſſ. & Johannis Marii de eadem materia conſcriptis libellis, lectu digniſſimis, in multorum gratiam, commodiore formâ typis evulgarem. At dum ambigerem, quem nam potiſſimum, cui hoc Opuſculum dedicare poſſim, deligerem: videbam enim multum referre, ſi is ejusmodi eſſet, cui hiſtoriæ ſtudium non ingratum foret, ſimulq; qui illud in Eccleſia & Politia admodum neceſſarium eſſe, aliis ſuo exemplo & authoritate probaret: idq; in te vir prudentiſſ. maximè ſitum eſſe viderem: nullum me invenire poſſe arbitratus ſum, cui tutius id committerem. Tu enim in dignitatis gradu conſtitutus, multis quidem curis diſtentus, eâ tamen ingenii felicitate frueris, ut doctrinarum & linguarum ſtudio, præſertim hiſtorico, id tibi conciliaveris ut hiſtoriis cognoſcendis & judicandis excellentia, & in rebus adminiſtrandis Prudentia tibi nunquam deſit. Quare vir præſtantiſſime hanc meam dedicationis compellationem ex ſingulari & amica tui obſervantia profectam, ut æqui boniq; facias, ac in ea qua hactenus me amplexus es animi affectione perſiſtas rogo: Deoq; te tuamq; familiam benignè fovente ac protegente diu feliciſſimeq; ut valeas, ex animo precor. Argentorati. Calendis Januarij Anno 1609.

Lazarus Zetznerus Bibliopola Argentoratenſis.

GENE-

GENERE, VIRTUTE,

ERUDITIONE, PIETATE, PRUDENtiaq; Clariſſimis viris, ac Dominis, D. Philippo à Gemmingen, Eraſmo à Venningen, & Wolffgango à Koteritz, dominis ſuis obſervandis, Simon Schardius L L. Doctor,

S. P. D.

CONSUEVERE Hi, qui vel ſuis, vel aliorum à ſe editis Hiſtoriis præfantur, Viri nobiliſſimi, de neceſſitate, dignitate, utilitate & ſuavitate Hiſtoriæ prolixè dicere, ut animos Lectorum ad amorem ſtudiumque ejus alliciant ac incitent. Id quod quamvis non improbem, ita ſtatuens, nihil præclarius atque utilius fieri poſſe, quàm mentes hominum ad rerum bonarũ neceſſariarumq́; ſtudia capeſcẽda accẽdere: tamen eo genere orationis in præſentia minimè mihi utendum arbitror, cùm quòd ad tales me ſcribere videam, quibus Hiſtoriarum præſtantia, utilitas atque neceſſitas non ſolùm ex earum lectione, ſed & ex quotidiana graviſſimarum cauſarum religionis ac Reipub. tractatione egregiè ſit cognita, tum quòd ita copioſè ac eleganter ea omnia ab aliis antea expoſita & commonſtrata ſint, ut commodè à me omitti hoc in loco poſſe videantur. Et ſi quem judicia ſummorum regum ac principum de Hiſtoriæ dignitate non movent, vix ejus ignaviam cujuſpiam oratione excitari poſſe exiſtimo. Nam ne illuſtria exempla eorum regum ac principum referam, quos ſtudio Hiſtoriarum ſummo-

pere delectatos fuiſſe conſtat, ut Alexandri Magni, Scipionis, Auguſti, Alexandri Severi, Caroli Magni, Friderici ſecũdi, Alphonſi utriusq; Matthiæ Corvini aliorumq; compluriũ, quot præſtantes reges ac duces recenſeri poſſunt, qui nõ contenti Hiſtoriarũ cognitione, animum quoq; ad eas ſcribendas appulere? Nulli regum potentia ac opibus ceſſit Xerxes, ac licet nomẽ ejus in armis minimè obſcurũ fuit, tamen cũ non minorem gloriam ex ſtudiis, q̃ armis ſe conſecuturũ ſperaret, Hiſtorias conſcripſit. Quis Imperatorũ in re bellica Hannibale clarior? Hunc tamẽ non puduit Cnei Volonis res geſtas literis Græcis in Aſia mandare. Similiter Timotheꝰ Cononis Athenienſis filius, non infimus ducum ſuæ civitatis, cũ res magnas ſumma cum felicitate geſſiſſet, Hiſtoriis ſcribẽdis ſe dedit. Prætereo Thucydidem & Xenophontẽ, quos tam claros rerũ factores, q̃ ſcriptores, fuiſſe dubiũ non eſt. Inter Romanos porro duces quot Hiſtoriarũ ſcriptores cõmemorãtur? Celeberrimus eſt inter eos Julius Cęſar, Romanæ Monarchiæ cõditor, qui de reb. à ſe geſtis ipſe cõmẽtarios ſcripſit. At ante eũ Sylla & Lucullꝰ bellũ Marſicũ Gręco, Q. Fabius & M. Portius Cato, Latino ſermone res Italas ſcripſerãt. Nec poſt eũ Imperato res defuere, qui idẽ fecerint: q idẽ fecerint: inter quos meritò primæ Auguſto, ſecũdę partes M. Antonino Phioſopho tribuũtur: quorũ ille, ut varia ſcripſiſſe fertur, ſic hic libros καθ᾽ ἑαυτὸν ſũma prudẽtia ſcriptos reliq̃t. Ac ne noſtri Imperatores in hoc jã cõmẽoratis ceſiſſe videri poſſint, fecit p̃ſtãtiſſimꝰ omniq; laude digniſſimꝰ Imperator Maximilianꝰ I. nã hic more majorũ minimè cõtẽtꝰ, res maximas geſſiſſe, earũdẽ quoq; cõmẽtarios, ut notũ eſt, condidit. Horũ ergo tã præſtantium Heroum ac principum judicio niſi quis acquieſcat, ac exem-

plo ad Hiſtorias amplectendas moveatur, quid apud illum oratio hominis vulgaris efficiet?

Cæterũ cùm in Hiſtora, veluti theatro humanæ vitę, providẽtię Divinę teſtimonia, virtutũ illuſtria exẽpla & generoſos animos ad virtutis amorẽ inflãmantia, rectè factorũ prǫmia, ſcelerũ omniũ horribiles pœnæ, ac malorũ conciliorũ infelices exitus proponãtur, ita ut tã index errorũ, virtutis laudatrix, vitiorũq; accuſatrix, q̃ vitę magiſtra dici mereatur, optãdũ eſſet, ut q Hiſtorię ſcribẽdę munus ſuſceperint, nõ tãtũ ad id eruditionẽ, ſeu, ut Thucydides inqt, σύνεσιν πολιτικὴν καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικὴν, ſed omniũ maximè ſtudiũ veritatis, omnis odii, favoris, aſſentationis, cęterorũq; affectuũ, quib⁹ judiciũ mẽti eripitur, expres attuliſsẽt. Nã id ibi deſideratur, qs futurũ nõ videt, ut nõ ſolũ virtutes digno honore privẽtur, vitia ac ſcelera debita vituperatione careãt, ac pro veris falſa cõmemorẽtur, ſed & Hiſtorię ipſa anima eripiatur? Perinde nanq; ac ſi quis oculos animanti effoderit, quidquid ſupereſt corporis, inutile fit, ita dẽpta ex Hiſtoria veritate narratio omnis inutilis atq; inanis efficitur, ut præclarè Polybius inquit. Ac quidem id exemplis compluriũ Hiſtoricorum, ut Timæi, Philiſti, Theopõpi, Daphytæ, Caſſii, aliorumq; oſtendi poſſet: qui vel aſſentãdi ſtudio, vel libidine conviciãdi, Hiſtorica veritate relicta, oẽm ſuis ſcripris fidẽ abrogaſſe legũtur. Sed in nullis Hiſtoricis id meliùs videre licet, q̃ plerisq; eorũ, qui Res geſtas & Vitas Pontificũ Rom. ſuperiori ætate ſibi deſcribẽdas ſumpſere. Siquidẽ cũ vera Chriſti religione obſcurata non ſolũ horribilis in Eccleſiã Idolomania per Romanos Pontifices invecta, ſed & eorundẽ ambitione, perfidia ac fraude, varia & plus quàm parricidialia bella in Repub. & pernicioſiſſima in Eccleſia ſchiſmata ſubinde ex-

citata fuerint, illi vel ſuperſtitioſa turpiſſimi idoli reverentia moti, vel ſervili adulatione adducti, vel metu ſæviſſimæ beſtiæ fracti, eam in templo Dei prophanato ſedentem adorare, nefandas ejus turpitudines immenſis laudib. ornare, falſas ejus virtutes jactare, tyrannicam ejus poteſtatem in cælũ usq; exaltare, & nihil non Divini ei attribuere, minimè erubuere: adulatorib. qui Siculi tyrãni Dionyſii ſputũ linxiſſe referũtur, q̃ veris Hiſtoriarũ ſcriptorib. ſimiliores. Perſpicitur id, cũ ex omniũ aliorum Pontificũ, tũ verò Gregorii VII. quẽ Hildebrãdum dixere, vitę deſcriptione. Nã cũ graviſſimi ſcriptores teſtentur, quòd publicæ ſynodi decreto dignus ſit judicatus, qui tanquã Romanæ ſedis invaſor, nõ à Deo electus, ſed à ſeipſo in fraude ac pecunia impudẽtiſſimè objectus, omnis veſanię peſtifer princeps, ordinis Eccleſiaſtici ſubverſor, Chriſtiani imperii p̃turbator, vitę Imperatoris Hẽrici inſidiator, diſcordiæ inter fratres pacificos ſeminator, qui etis concuſſor, perjuriorũ defenſor, ſacrilegiorũ p̃dicator, Berengarii hæretici diſcipulus, & divinationum ac ſomniorum cultor, à ſede Apoſtolica deturbaretur: quib. tamen laudibus, encomiis ac titulis, hic vineæ Dominicę devaſtator à Pontificiis adulatoribus ornatur? ſcribentibus, eum omnium bonorum conſenſu Pontificem electum, ac virum Deo gratũ, prudentẽ, juſtum, clemẽtem, pauperũ, pupillorum & viduarum patronũ, atq; unicum Eccleſię Romanę fortiſſimum & acerrimum defenſorem. O κόλακας dignos, qui mitterentur εἰς κόρακας. Quid verò non dico à præcepto Dei altiſſimi falſum teſtimonium perhiberi graviſſimè vetãte, & exitium æternũ comminante dicentibus, quod bonum eſt, malũ: & quod malũ eſt, bonum: ſed &

à lege Hiſtoriæ & exēplo bonorum Hiſtoricorū eo alienius? Siquidē, ut Cicero præclarè ſcribit, Prima Hiſtoriæ lex eſt, ne quid falſi dicere audeat: deinde, ne qd verè non audeat: ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Et cùm alii Hiſtorici cōplures, tum verò Suetonius, Aelius Spartianus, Pollio, Vopiſcus cæteriq;, qui vitas Cæſarū ſcripſerunt, ejus legis obſervandę ita ſtudioſi fuiſſe cōſpiciuntur, ut qua libertate Cęſares vixere, ea ipſi vitas eorum, omni metu abjecto, ſcripſiſſe non minùs verè, quàm feſtivè, dicantur.

Ut autē meritò hujusmodi Pōtificii ſcriptores, qui plus favori, aſſentationi aliiſq; affectib. q̃ veritati, tribuerūt, reprehendūtur: ſic laude digniſſimi, q omni fuco neglecto vitas & actiones Pontificū veris ac ꝓpriis colorib. depinxerunt. Præterq̃ n. quòd hoc ipſo munus bonorū Hiſtoricorū adimpleverunt, multorū quoq; piorū animos à cultu imaginę Epheſiorū Deę totius terræ populis ſe turpiter adorandā proſtituentis, veluti cęleſtes quidā præcones, ad alias ſaniores cogitationes traduxerūt. Etſi enim filius ille perditionis ac iniqtatis, ex ſola Sacra ſcriptura cognoſci velit ac debeat, tamē qs adeo motæ mētis erit, ut horrēda & inaudita Pontificū ſcelera in Hiſtoriis legens, nō potiùs ipſos tanquam Antichriſtos & Apoſtolorū doctrinę infenſiſſimos hoſtes fugiēdos, q̃ pro vicariis Chriſti & ſucceſſorib. Petri habendos ſtatuat? Nā ut Scipio Africanus propoſitas ſibi antiquorū Heroū imagines intuitus dixiſſe fertur, Se lectione rerū geſtarū eorū virorum ad illuſtria facta plurimum excitari: ſic fieri vix poteſt, quin pii animi, horrendis Pontificum flagitiis lectis, ab his tanquā teterrimis portentis, ac Orbis terrarum peſtibus, abalienentur. Qui itaq; in Pon-

tificiis Hiſtoriis conſcribendis majorem veritatis, quàm Pontificum reverentię rationem habuerunt, optimè de Eccleſia meriti fuere.

Etſi autem ii exiguo numero concludātur, quòd filii ſęculi Lernęa prudentia inſtructi, actiones ſuas à nullis, quàm gnatonibus atq; palponibus conſignari, & in theatrum totius Orbis produci diligenter caverint, in aliorum ſcripta dilaceratione, igne flammaq; ſævientes: tamen Divina clementia aliquot eorũ, qui impiæ Jeſabelis, ingeniũ, mores atq; virtutes depinxere, monumenta à corroſione locuſtarum Ægyptiacarum cõſervata fuere. In horũ autẽ numerũ Hiſtoria Theodori de Niem quin referenda ſit, omnes qui eã legerint facilè fatebũtur. Is nanq; cùm in ea tempora incidiſſet, quibus ante annos plus centum & ſexaginta variæ res in Imperio cæteriſq; regnis accidiſſẽt, & in Eccleſia omniũ lõgiſſimum teterrimũq; ſchiſma diſſenſione Cardinalium inter Urbanũ VI. & Clementem VII. eorumq; ſucceſſores excitatum fuiſſet, tanta veritate rerum iſtarum Hiſtoriã deſcripſit, ut in eo genere pauciſſimi ſcriptores inveniantur, qui ad corruptã Hiſtoriam conſcribendam parem poteſtati voluntatem attulerint. Ut autẽ hic vellet, effecère pietas, probitas & integritas in toto quidem opere eluceſcentia, tum verò in Præfatione, ubi diſertè dicit, Niſi veritas, quæ in Hiſtoria quamdiligẽtiſſimè cõſervari debeat, hoc exegiſſet, ſe libenter in gratiam Põtificũ taciturũ fuiſſe. Poteſtatem porro ei occaſio rerũ perſcrutãdarum ſuggeſſi. Refert Polybius Ephorum Hiſtoricum dicere ſolitũ, Eã in Hiſtoriis conſcribendis experiẽtiam reliquis multò præſtãtiorẽ eſſe, ſi poſſibile ſit, quem rebus ipſis adeſſe: & Theopõpũ dixiſſe, eum rerum bellicarũ optimũ

ſcriptorem,quiquã plurima pericula ipſe ſit exper-
tus:ſimulq; eodem in loco Timæum reprehendit,
qui extra patriam,uno in loco degens, ac tenuiter
vivẽs,& veluti ex profeſſo civiliũ ac bellicarũ rerũ
reſpuens,Hiſtoriã ex vago errore & propria mẽtis
affectione cõſcripſerit.Niemus ergo Hiſtoriã ſchi-
ſmatis ipſius pernicioſiſſimi cęteris meliùs cõtexe-
re potuit,quòd à tẽporib.Gregorii XI. uſq, ad finẽ
ipſius ſchiſmatis,ferè per triginta novẽ annos,alte
ri Põtificũ à literis eſſet,& õnia,quæ hincinde ſcri-
berẽtur gererẽturq;,nõ ex vana vel levi auditione,
ſed ex ipſis actis liquidò certoq; cognoſceret. Nec
ſanè in eo vel viri induſtrii,vel boni officio defuit,
ſed talẽ ſe præſtitit,ut ejus in cognoſcẽdo diligẽtia,
& cõmemorãdo veritas pſpiciatur.Nã Deus bone,
quas ille technas,quas fraudes,quæ ſcelera,quę fla-
gitia Põtificũ recenſet?quibus illi Deo illudũt, Ec-
cleſiã vexãt, reges terræ ludibrio habẽt, miſerũq;
popellũ tyrãnidi ſuæ ſubjiciũt.Fateor equidẽ ſi qs
Romã adierit,fore,ut illic ſẽtinã quãdã omni ſce-
lerũ ac fraudũ genere redundãtẽ ſit viſurus: ſed ſi
illic multos annos cũ periculo & jactura rei fami-
liaris contereret,tã ſagaciter mores,artes,ingeniũ
atq; conſilia ſanctiſſimorum iſtorum Patrum vix
exploraret,quam graphicè ab hoc authore adum-
brantur,& verè Apelleo penicillo exprimuntur.

Quãtopere verò talia ſcire referat,vos, Viri am-
pliſſimi pro veſtra prudentia optimè noviſtis.Nã
ut taceã,quod antea attigi, hæc mirificè prodeſſe
ad hoc,ut horrendis Pontificũ ſceleribus cognitis,
impia atq; Antichriſtiana eorũ dogmata relinqua-
mus,eosq;ut ſẽtinã õnis ſuperſtitionis ac impurita-
tis deteſtemur,etiã hoc tẽpore diſſidiis de religione
eouſq; progreſſis,ut ſynagoga Rom: ceu exagitata

quædam vipera, omne virus nequitiæ, fraudis ac improbitatis effundat, quò hos, qui jugum tyrannidis ejus excuſſere, rurſus non tam gladio ſpirituali, quàm corporali, in ſervitutem teterrimam redigere queat, viris in Repub. verſantibus, ac patriæ & Eccleſiæ ſtudioſis neceſſitas imponi videtur, ut ingenia, mores, artes atque conſilia hoſtis omni fraudum genere inſtructiſſimi, cognoſcant. Nam ut Polybius Hannibalem laudat, quòd prudenter hoſtium animos explorare ſit ſolitus, & exiſtimat, nullum magis proprium optimi ducis officium, quàm conſilia & naturam hoſtis intelligere: ſic hos, qui ad gubernacula Reip. ſedent, & cura Eccleſiæ afficiuntur, anniti oportet, ut animos adverſariorum ejus cognitos perſpectosque habeāt. Eo namque non ſolùm ad honeſta conſilia providendi ac depellendi imminentia pericula incitantur, ſed etiam in pleriſque rerum momentis inſtructiores cautioresque redduntur. Itaque cum hanc Hiſtoriam, quæ ante annos trigintaquatuor vix dimidia ſui parte in lucem exierat, integram ab amico quodam nactus eſſem, operæpretium me facturum, exiſtimavi, ſi eam ob rerum utilitatem recudi curarem, cum adjectione eorum, quæ antea in ejus editione prætermiſſa fuere. Quanquam autem genus dictionis in ea non uſquequaque politum, elegans, vel exquiſitum, ſed vulgare, & ſeculo, quo Author vixit, conſonum ſit: tamen cum multa in hac Hiſtoria non alibi extantia commemorentur, futurum ſpero, ut æqui atque prudentes Lectores, temporum, quibus author vixit, ratione ad animum revocata, utilitatem rerum ele-

gans

gantiæ orationis ac voluptati ſint præpoſituri. Neque etenim Author ſolummodò Hiſtoriam ſchiſmatis ſui temporis deſcripſit , ſed & omnia ferè alia, quæ in Imperio, cæterisq; regnis cognitione digna acciderunt, admiſcuit, ita ut verè temporis, quo Author vixit, Hiſtoria dici poſſit.

Veſtro verò nomini, Viri ampliſſimi, eam peculiariter inſcribere placuit, cùm quòd hæc ſtudia Hiſtoriarum, ut & aliarum bonarum rerum , non obſcurè ametis & magnifaciatis, alio judicio quàm quo quidam tunc demum ſe vulgo antecellere putant , cùm Cyclopica barbarie honeſta ſtudia contemnere , eorumque dignitatem elevare norunt: tum, quòd in graviſſimis conſiliis, ad quæ ob generis nobilitatem conjunctam cum pietate, eruditione, prudentia rerumque experientia ſingulari, ſæpiſſimè aſciſcimini, idà vobis omni ſtudio animique contentione agi ſciam , ut omni idolomania Pontificia profligata , vera atque ſincera Chriſti doctrina in Eccleſia, firma pax atque tranquillitas in Repub. cum bonis artibus conſervetur: denique, quòd, ex quo vos cognorim , veſtram in me ſingularem humanitatem ac benevolentiam multis in rebus expertus ſim. Ut itaq; hujus Hiſtoriæ oblationē, tanquam pignus meæ in vos obſervātiæ & teſtimonium gratitudinis accipiatis, etiam atque etiam oro. Chriſtus JESUS, æterni patris filius, vobis in omnibus cōſiliis Eccleſiæ ſalutaribus ſuo ſancto Spiritu adſit , & proſperam valetudinem cum veſtris benignè largiatur. Datæ Baſileæ, duodecimo Martii, anno M. D. LXVI.

IN

INDEX ARGVMENTORVM TOTIUS HISTORIÆ DE SCHISMATE inter Vrbanum VI. Papam & Clementem VII. Antipapam excitato, & inter eorum ſucceſſores in XXXIX. annos continuato, ſecundum ordinem librorum, & capitum.

Liber primus initia atque progreſſus dicti ſchiſmatis, acta quorundam ejus ætatis Regum atque Principum, & quæ ab his, qui de Pontificatu contendebant, ad mortem uſque Urbani geſta ſunt, continet.

Cap. I *DE vita moribus, ac progreſſu Bartholomæi Barenſis Archiepiſcopi, qui poſt in Pontificem electus, Vrbanus ſextus vocatus eſt: Item de magiſtratibus, quos ipſe ante ſummum Pontificatum geſſit.*

ii *Quo pacto Cardinales ad Pontificem eligendum proceſſerint, & quæ circa electionem partium ſtudia fuerint: Item de prædicti Archiepiſcopi electione.*

iii *De coronatione Vrbani ejuſdem, & obedientia illi tanquam vero Pontifici exhibita.*

iiii *De ſevera atque intempeſtiva Vrbani ejuſdem initio ſui Pontificatus in Cardinales atq; Curiales objurgatione & invectione.*

v *De Vrbani integritate atq; inſigni continentia in pecuniarum contemptu.*

vi *De Ottonis ducis Bruſvvicum, ac Ioannæ reginæ Siciliæ uxoris ſuæ in Vrbanum ſtudiis.*

vii *De inſolentia Vrbani atq; auſteritate: item de cauſis defectionis ab Vrbano.*

viii *De his, quæ ad extinguenda naſcentis ſeminaria ſchiſmatis ab Ottone, aliiſq; geſta ſunt.*

ix *Quomodo quibuſq; artibus Cardinales Galli, Italos in ſuam de alio eligendo Pontifice traxerint ſententiam: ubi videre licet vaferrimum commentum*

x *Ruperti in Antipapatum electio, ſeu potius intruſio, qui poſtea Clemens ſeptimus Antipapa vocatus fuit: Italici Cardinales*

les indignabundi Fundanã civitatem relinquentes, Italiam repetunt, idq; ab Vltramontanis decepti.

Cardinales Vltramontani migrant in Galliam, diſcedunt Cardinales plurimi ab Vrbano VI. quorum quidam ad propria commeant, quidam Clementi VII. adhærent: & taliter fit nefandum ſchiſma in Eccleſia. xi

Creatio novorum Cardinalium ab Vrbano facta in qua Neapolitanos indigniſſimos quoſq; provehit atq; auget honoribus. xii

De conflictu militum Clementinorum ac Romanorum ad pontem Tyberis iuxta Vrbem, atq; de cæde quorundam civium Romanorum. xiii

Cædes, iniuria atq; contumelia exteris in Vrbe à Romanis illata. xiv

De conſilio Vrbani in rebus afflictis. deq; legatione ejusdem ad Carolum Romanorum, atq; Ludovicum Hungariæ reges, auxilium implorantis. xv

De inſigni Clementis Antipapæ in regios legatos contumelia. xvi

Partes Vrbani qui fovebant, videlicet Imperator, Hungaria, Polonia, Germania, Italia ei tanquam vero Pontifici obedientes. xvii

De morte Imperatoris & Galliarum regis, aliorumq; aliquot regum: item de ſuccedentium hiſce ignavia. xviii

Vrbanus Clementem eiq; adhærentes privat atq; condemnat item quas cædes, rapinas atq; clades partes ſibi mutuò inflixerint. xix

Caſtellum S. Angeli à Clementis præfecto traditur, atq; à Romanis diruitur. xx

Conſilium Vrbani de nepote ſuo extollendo: Item de regibus Hungariæ atq; Siciliæ. xxi

Spoliantur ac denudantur à Pontifice ædes ſacræ in belli uſus & ſumptus, Carolus dux Siciliæ rex declaratur. xxii

Idem Carolus proditione & fraude Neapolim obtinet, Ottonemq; ducem per inſidias capit. xxiii

Liberum ac verè germanum Ottonis reſponſum. Bella ab eo in Italia confecta: De Ioanna eius uxore hoſtibus ſe dedente, ac ipſius aliorumq; aliquot ducum detentatione: Item de quodam mago. xxiv

De miſeranda Ioannæ reginæ ad aras iugulatione, ac de Margarita uxore Roberti de Ortheiis. xxv

De ſa-

xxvi De ſævitia ac tyrannide Cardinalis de Sangro in Siculos Epiſcopos atq; clericos.
xxvii Ludouicus dux Andegauenſis à Clemente rex Siciliæ declaratus cum exercitu Gallorum Italiam ingreditur: De fide Germanorum militum in eundem.
xxviii Quomodo Vrbanus à Roma Neapolim profectus ſit.
xxix Vrbanus Campaniam intrat, atq; a Carolo rege ſalutatur.
xxx Theodoricus à Niem, huius libri author, in itinere a latronibus ſauciatur, & curandi gratia Neapolim petit.
Vrbanus à rege Siciliæ capitur.
xxxi Papa rurſus liberatur.
xxxii Franciſcus Pregnanus ſiue Butyllus, Pontificis nepos, ſacram inceſtat virginem.
xxxiii
xxxiiii Quo pacto dictus Franciſcus regis ſententia damnatus, ſed poſt per Vrbanum liberatus, regi reconciliatur.
xxxv De fortuna utriuſq; ex reitus & de fonte venenis infecto, eiusq; rei cauſis naturalibus.
xxxvi De inſolentia atq; tyrannide Margaretæ reginæ.
xxxvii De metu atq; fuga Cardinalium & Curialium circa Neapolim ſtabulantium: item de Pontificis authoriſq; ea de re diſſertatione.
xxxviii Arx atq; vallis Luceriæ omnium amœniſſima atq; fertiliſſima deſcribitur.
xxxix De tropheo ab Henrico II. Romanorum Imperatore in Sicilia erecto, erectioniſq; cauſa. De victoria eiuſdem, qua contra Græcos belligerans Siciliæ potitus eſt: item de veris Siciliæ hæredibus multa ſcitu digniſſima.
xl De amœnitate regionis ac ſaltus Luceriani & Salernitani.
xli Vrbanus cum Curialibus conſultat de loco hyemationis.
xlii De Cardinali Reatini atq; quorundam doctorum tractatu contra Vrbanum.
xliii De impudenti quorundam Neapolitanorum petitione, deq; authoris ſollicitudine.
xliiii Vrbanus Archiepiſcopos electores imperii galero donans, pleroſq; indigniſſimos creat Cardinales.
xlv De examinatione Cardinalium captorum.
xlvi Mare Neapolitanum ob pyratas infeſtum: Olei ex petris diſtillantis cauſa: De Ethna atq; Veſuuio montibus.

De

Cap.

De ſævitia atq; crudelitate militis cuiuſdam Neapolitani in aulicos Pontificios. xlvij

Precatur Vrbanum author, ut ſui ſuorumq; ratione habeat. xlviij

Author Neapolim rediens, dennò incidit in latrones, quos ſervulis ſuis malè mulctatis atq; ſpoliatis, vix evaſit: Item de forma & moribus Caroli regis. xlix

Cardinales carceribus educti innocentiam ſuam teſtantes, iterum reponuntur: deq; immanitate Vrbani. l

Cardinales quæſtionibus atque tormentis iterum ſubduntur, præcipuè autem Cardinalis de Sangro. li

De truculentiſſimi Baſilii moribus, & tormentis Cardinalis Veneti. lij

De admonitione fugæ quibuſdam ſcriptoribus bullarum torquendis per authorem ſignificata, ac de Pontificis ſceleribus religioſa admodum dubitatio. liij

De obſidione arcis Lucerianæ, & quæ circa eam geſta ſint. liiij

Quo in ſtatu Curiales fuerint obſeſſo Vrbano, ac de abitione authoris. lv

Crudele atq; efferatiſſimũ, non Pontificis, ſed tyrãni, facinus. lvi

Pontifex traiciens in Siciliam Panormi deſedit, ſecum Cardinales captivos abducẽs, quorũ unũ omnibus rebus privatũ dimiſit, cæteros arctiſſimis atq; indignis carceribus detinuit. lvij

De rebus Hungariæ ac Poloniæ, item Angliæ atque Hiſpaniæ, quæ tunc contigerunt. lviij

De morte Caroli, rebusq; inde ſecutis. lix

De liberatione ducis Ottonis, atq; miſerorum quinq; Cardinalium captivorum interitu. lx

Duorum Cardinalium ab Vrbano ad Clementem defectio. lxi

Otto Apuliæ primoribus confœderatus regnum in poteſtatem redigit. lxij

Quam ſortem Margaretha Caroli vidua Apuliam fugiens cum filiis habuerit. lxiij

Interceditur apud Vrbanum pro vidua Caroli regis, proq; ipſius corpore ſepeliendo. lxiv

De ultione ab Ottonis militibus in cives Neapolitanos, deq; Ottonis ducis pietate. lxv

Principes Germaniæ multa offerentes Vrbano, ut unioni intendat, nihil efficiunt: Angelus præfectus Vrbis mactatur. lxvi

Quid poſt necem de uxore & filiabus Angeli actum ſit, & alia iucunda de Franciſco: Item de Cardinali Manupelli eiusq; fratre. lxvij

lxviij *Iubileius decurtatur, Romaq; publicatur. De Pontificis vigilantia in emulgendis per indulgentias omnibus Christianis, cuncta admiratione, stomacho, d gniſſ ma.*

lxix *Vrbanus in Siciliam profecturus, è mulo decidit, ac Romam rediens, in defectu pecuniarum ad ſolvendum promiſſa ſtipendia armigeris, moritur.*

Liber ſecundus exponit, quænam acta ſunt durante ſchiſmatica iſta ſeparatione inter Gregorium undecimum, Bonifacium nonum & Innocentium ſeptimum Papas, ex una parte, atque Clementem ſeptimum & Benedictum decimumtertium ex altera parte, usque ad Gregorii duodecimi in Papam electione: additis plurimis aliis cognitu dignis, utpotè quæ narrantur de ruina Imperii, Tamberlano & Guelphorum Gibellinorumq; factione, quæq; alia iſtius generis haud pauca Lectori ſeſe offerent.

Cap. I. *De patria, ſtatura moribusq; Clementis: De comitatu Gebennenſi in Gallia: Item de paupertate atque indulgentia Clementis ante quàm electus eſſet, cùm legatum Lombardia ageret.*

ij *De miſeranda atq; atroci civium Ceſenatenſium nece à militibus Gregorii XI. ad ipſorum tutelam illuc miſſis illata.*

iij *De avaritia Clementis vendentis Vercellas civitatem Eccleſia eodem legationis tempore, ac de truculentia Galeatii & Barnabovis.*

iv *De Clementis in nobiles profuſa nimis rerum Eccleſiaſticarum largitione.*

v *Vuenceslai Romani atq; Hungaria regis ignavia, & quo pacto à clericis expeditionis prætextu pecunias exegit.*

vj *Petrus de Thomacellis poſt mortem Vrbani electus, Bonifacius IX. appellatur: Item de forma & moribus eiusdem.*

vij *De Pontificis ſymonia deteſtanda: Item de annatis & primitiis.*

viij *De temporis gratiarũ (quod hic Datus vocat) prioritate paſſim vendita, atque de dolo falſo circa eam rem publicè adhibito: ubi attendendum eſt falſum circa literarum inſcriptionẽ commiſſum, ac vis veritatis, imò iuſtitia facta.*

ix *Quo pacto alia atq; alia inſuper artes à ſacerdotiorum nunciatoribus, ut emptores priores eluderent, atq; novos ſubinde allicerent commenta ſunt ac conficta; De regulis cancellaria: Item*

tem alia pleraq; eiuſdem farinæ ad hanc officinam, uti mir conducentia, ita cognitione digniſſima: ubi videre licet, quã calluerit author technas Romanenſes eo tempore, quo paucis nota erant: quas hodie & nemo non videt, & boni oẽs deteſtantur.

De diſpenſationibus aliisq; malis Curialium artibus, ac de eorum officiis qui Curiæ præſidebant. x

(hibito.

De ſordiſſimo quæſtu in ſignandis ſupplicationib. à Bonifacio ad xj

Novũ Bonifacii comentum ad emulgendas pecunias a ſuis creaturis, illisq; pro commodo aut extollendis, aut ſpoliandis. xij

Quòd à parentibus non multùm degeneraverit Bonifacius, & quantum is divi Petri auxerit patrimonium. xiij

De inſana ædificiorũ extruendorũ libidine, qua plerīq; Põtifices laborãt pernicioſiſſime: Itẽ de inclemẽtia Bonifacii in prælatos: itẽ de Roberto Palatino Romanorũ rege, & de Põtificis ſorore. xiiij

De ſtatu urbis Peruſienſis, eiusq; populi factionibus ac bellis civilibus, xv

Machinamenta, quibus Pontifex Beerdum Peruſinorum præfectum dolo obtruncat. xvj

Ladislaus à Bonifacio rex Hũgariæ coronatus parũ illic reb. Eccleſiæ proſpicit, & inglorius ex eodẽ regno in Siciliam redit. xvij

Tumultus Hungariæ regis contra Bonifacium, & quæ tum in eodem regno contra curiam acta fuerunt, xviij

Bonifacius balneandi cauſa Puteolas proficiſcitur: Author eorum amœnitatem deſcribit atq; commendat, & quædam mira de ſubterraneis cuiusdam montis meatibus refert. xix

Balnei Puteolani virtutes atq; effectus, & de monte, quem vulgus Veneris dicit: Item de cuiusdam balnei ſicci natura. xx

Ruinæ atq; veſtigia veterum ædificiorum circa Neapolim, & de monumentis Virgilii ibidem. xxj

Ter mille hominum receptacula ſubterranea montis circa Neapolim, & quædam alia vetuſtatem teſtantia, lectu iucundiſſima ex ſententia Franciſci Petrarchæ referuntur: Item quæ de Virgilii magia atq; monumentis vulgò dicuntur, an vera vel fabuloſa ſint, in iudicium eiusdem Petrarchæ: Item urbs Neapolitana commendatur. xxij

Quænam inter Petri Lunenſis nuncios atq; Bonifacium geſta ſint, cum convenerant, ut inter ſe de ſchiſmate, quo Eccleſia laborabat, tollendo agerent. xxiij

Moritur Bonifacius. Nuncii Petri Lunenſis carceribus mancipantur, atq; pecunia liberantur. xxiiij

Cap. xxv. *Quanto pretio Galeatius à Vuenceslao rege ducis Mediolanenſis nomen emerit: De laude Ottonis I. Item quo pacto Carolus IIII.* Rom *rex imperii iura diſſipaverit, eiusq; diſſipationis per Authorem deploratio.*

xxvj *De quibusdam Scotis pſeudoprophetis, vulgi ſeductoribus, quo pacto toti ferè Italiæ illuſerint.*

xxvij *Nicolaus de Columna noctu contra Bonifacium Vrbē intrans, excidit propoſito aliquibus ſuorum comprehenſis atq; ſupplicio affectis Item miſerum ac crudele facinus eius, qui patrem, & fratrem laqueo ſuſpendit, refertur.*

xxviij *Iubileum viſitantes ſpoliantur atq; rapiuntur:* Matrona *atq; virgines abducuntur à latronibus.*

xxix *Cometa apparuit: Gulhelmus Gelriæ & Iohannes Mediolani duces moriuntur: Lombardia inteſtinis bellis ſeditionibusq; laborans, miſerè concutitur & deformatur: Tamberlani Tartarorum imperatoris cum Turcis conflictus, atq; victoriæ contra Baizetum eorum Imperatorem:* Multi *Chriſtiani à tyrannide Turcarum liberantur.*

xxx *Tamberlanus Tartarorum rex, Damaſcum capit atq; diripit: Smyrna arx omnium munitiſſima ob arrogantiam fratrū Hieroſolymitanorum à Tamberlano deſtruitur: Eiusdem Tamberlani, qui quingentos Mahometi ſacerdotes ad templū confugientes concremaverat, de eo ſuo facto reſponſum: De filiabus Tamberlani Magiæ peritis, ubi haud parum multa adferuntur de* Magia, *quamq; vim Magorum incantationes habeant, oſtenditur.*

xxxj *De ſignis atq; prodigiis, quæ praceſſerunt Bonifacii mortem, & de fortuna ac morte Franciſci nepotis Vrbani Pontificis.*

xxxij *Diſputatio de Pontificis ſymonia, & an illi liceat vendere ſacerdotia ſine ſymoniæ nota ſeu macula.*

xxxiij *De Petri Lunenſis, qui poſt Benedictus vocatur, patria, vita moribus & geſtis ante Pontificatum, deq; electione eiusdem. & iuramentis Cardinalium ante electionem praſtitis: Item, quo pacto idem Petrus religionem iuriſiurandi eluſerit: Itē, principes Germani ſuper ſchiſmate conſultant, & ad Bonifacium nuncios mittunt, quos ille beneficiis atq; honoribus faſcinat, inq; ſuam trahit ſententiam.*

Rurſus

Rurſus de morte & funere Bonifacii, & de his quæ contigerunt in Vrbe inter Guelphos & Gibellinos factionarios: Item de electione Innocentii VII. Cap. xxxiiij
Geſta à Ladislao Romæ inter dictas Italiæ factiones, & quæ circa coronationem eiuſdem contigerunt. xxxv
De inſolentia Septemvirorum in Innocentium Pontificem, ac de miſeranda cæde illorum per nepotem Pontificis facta, & de tumultu vulgi in clericos xxxvj
De conflictu militum Ladislai & partium Innocentii ad pontem ſancti Angeli: Item alia de immutatione ſtatus ac regiminis urbis Romæ. xxxvij
Tempeſtas magna deſcribitur: Quo ingenio, dolis atq; vafritiis utriq; Pontifices mutuis literis ſeſe ad unionem exhortando, orbi Chriſtiano impoſuerint. xxxviij
De reditu Innocentii in Vrbem, & laudibus eiuſdem. xxxix
Piſa à Florentinis proditione quorundam Guelphorum recipitur: Item quòd culpa atq; deſidia Rom. Regum urbes Italiæ ab Imperio deſciverint. xl
Ladislaus rex ob impietatem in clericos ab Innocentio damnatur ac rurſus reconciliatur. xlj
Iterum de Pontificum duorum colluſione, deq; eadem re Authoris lamentatio. xlij

Liber tertius narrat ea, quæ à Gregorio XII. Papa, & Benedicto XIII. Antipapa tentata fuere pro ſchiſmate tollendo, & ejus loco unione in Eccleſiam reducenda: Item quomodo Cardinales Romani Concilio convocato Gregorium XII. Papali dignitate privarint, Alexandro V. ei ſuffecto: quibus haud pauca accedunt, ſtatus Imperii quis tunc temporis fuerit, oſtendentia: cum aliquali narratione de Tartaris eorumq; Imperatore Tamberlano inſtituta, præter alia multa, quæ notatu digniſſima obiter huic Operi ſæpiùs inſeruntur.

QVo pacto Angelus Corarius in Pontificem electus ſit, & quæ circa electionem eius geſta ſint. Cap. I.
Sermo Angeli, ſancti Marci presbyteri Cardinalis, qui poſt electionem Gregorius XII. fuit appellatus, quem habuit poſt approbationem electionis coram Cardinalibus, Curtialibus ac aliis multis. ij
Tenor publici decreti de iureiurando à Cardinalibus ante novi iij

¶¶ 3 Pon-

Pontificis electionē præſtito, de verbo ad verbum recitatur.

iv *De literis ad Benedictum per Gregorium ſuper unione fienda tranſmiſsis.*

v Reſpondit *Benedictus ad literas ſuperiores.*

vj *De nequiſsima atq; doloſa machinatione ſimulationeq; Gregorii,*

vij *De poteſtate Pontificis atq; Imperatoris, & an Imperator in temporalibus ſubſit Pontifici.*

viij Geſta *atq; triumphi Dieterichi de Bern,* aliàs de Verona.

ix *An Papa delinquens debeat & poſsit ab Imperatore corripi, de geſtis circa eam rem atq; laude Ottonis primi Romanorum Imperatoris.*

x *An expediat Reipub. Chriſtianæ* Pontificem *Romanum rerum temporalium dominiis auctum fuiſſe, & adhuc ipſa mordicùs tenere.*

xj *Quòd ad Imperatorem maximè pertineat ſchiſmata tollere: Author in* Pontifices *crimino ſos inuehitur: Et, an iuxta Canonum Decretales Pontifices à neminè poſsint, aut debeant iudicari.*

xij *De coronatione* Gregorii, *eiusq; ſimulata pietate atq; religione.*

xiij *Nuncii à* Gregorio *deſtinantur ad Benedictum ſuper unione ineunda, inter quos Antonius de Butrio Iuriſconſultus fuit.*

xiv *Quomodo Gregorius* Pontificatum *retinendi cupiditate & dominandi libidine captus tergiuerſatur, & loci facienda unionis iniquitatem cauſatur.*

xv *Nepos Pontificis, ac monachus quidam à* Ladislao *rege ſubmiſſus, Pontificem, ne unioni conſentiat adhortantur.*

xvj Gregorius *de nepotib. extollendis cogitans multa belli ſemina atq; flagitia ſuſcitat.*

xvij *De aperta tergiuerſatione Gregorii ſuper unione fienda, & de quæſtione ſuper ea re ab eodem iuriſconſultis propoſita.*

xviij *De vafro & inſignis nequitiæ commento à Gregorio Pontificatus retinendi gratia apparato.*

xix *De diſceſſu Gregorii ab* Vrbe, *& his, quæ tunc* Viterbii *ſuper unione acta fuerunt.*

xx *Tenor conceſsionis atq; donationis nepotibus Pontificis factæ: in qua meras nugas, imò apertiſsima mendacia, & quo pacto turpitudini fucus honeſtatis prætendatur, clariſsimè videre licet.*

Nepo

Nepotes Pontificis diui Petri hæredes facti pingui ditantur patrimonio::Item quo pacto variæ fraudes ad unionem impediendam adhibitæ fuerunt ab ambitioſiſſimis præſulibus. Cap. xxj.

Quibus ingentes Gregorius pecunias corraſerit, ſacramq; legerit ſupellectilem. xxij

Duos præſtantiſſimos Cardinales recta monentes obaudit Gregorius. nouas inſuper fraudes, quò diutius retineat imperium, commentus: ubi aduertere licet, q irrequieta ſit dominandi libido, & q difficilè imperium ſemel arreptum dimittatur, ut Canis à Corio nunquam abſterrebitur uncto. xxiij

Gregorius cõtra religionem ac iusiurandũ, & Cardinaliũ ſuorũ contradictionẽ nepotes galero donare inſtituens, vix multorũ precib. exorat⁹, abſtinuit, eiq; de unioe fruſtra canitur xxiv

Veritatis atq; iuſtitiæ prædicator, Gregorio unionẽ ſuadere conat⁹, carceribus mancipatur ab eiuſdẽ nepotiſſimis nepotib. xxv

Tenor ficatæ atq; ementitæ excuſationis, & adhortationis unionis fiendæ per Gregorium ad Benedictum tranſmiſſæ. xxvj

Reſponſio Benedicti ad ſuprà dictas excuſationes & adhortationes. xxvij

Tractatus, conſultationes atq; ſcripta nunciorum utriuſq; Pontificis pro parte utriuſq; contendentis propoſita ad differendã unionẽ pulchrè concinnata: quæ haud multùm abludunt ab his, quæ de ambitione Simonis ac Ioannis Pontificum Iudæorum Ioſephus in hiſtoria de bello Iudaico ſcribit. xxviij

Litera Ladislai *regis ad Florentinos.* xxix

Ex ſententia Federici II. Romanorum Imperatoris, Vrbis ruinam deplorat Author. xxx

Gregorius, cũ à creatione nouorum Cardinalium *nullis precib. dehortari poſſet, cõtra iusiurandum ſuos nepotes in Cardinales erigit: ubi haud parũ multa de eiuſdẽ pertinacia, q multorũ ſanis conſiliis ac precibus molliri non potuit, videre licet.* xxxj

Cardinales à Põtifice nimiũ ptinace diſcedere cõſultãt: Cardinalis Leodienſis viri clariſſimi abeuntis bona nepotes Põtificis diripiũt & manus perſecutorum idem Cardinalis vix euadit. xxxij

Cardinales paſſim à Papa diſcedunt, eius impias cenſuras ridentes. xxxiij

Sẽtẽtia atq; litera Cardinalis Leodienſis, *quib. ſignificat, quatenus Papa ſit obediendũ: De titulo Ladiſlai regis Hungariæ & Siciliæ, quem poſt adeptum Vrbis* Romæ *dominium temporale per ſuos notarios publicos in publicis Decretis*

ſcribi iuſſit: Deq; Gregorii ſubdolis machinationibus contra unionem ſatis apertum eiusdem teſtimonium.

Cap. xxxv Epiſtola Petri de Luna. qua ſale multo Gregorium perfricuit.

xxxvj Gregorius Conc. ſium ad Aquilegiam indicit, novosq; creat Cardinales.

xxxvij De Conſultatione atque definitione Conciliabuli per Benedictum in Arrogonia celebrati ſuper ſchiſmatis materia: quibus miro modo eiusdem fovetur pertinacia.

xxxviij Cardinales utriusq; partis Piſis convenientes, & generale concilium indicentes, Gregorium citari faciunt: quos ille tamen facilè contemnit.

xxxix Cardinalis Barenſis anno Domini M. CCCC. IX. ad Germaniam Concilii legatus illic prælatos ad Concilium convocat: Item quæ tum in Concilio acta ſint: Antonius Pontificis nepos, Cardinalis, Franckfordiam accedit, ibiq; principes Germaniæ convenit: Quomodo Rupertus Romanorum rex Gregorii partes foverit: Item quomodo Epiſcopus Vuormacienſis cum aliis quibusdam Ruperti regis Romanorum ad Gregorium legatus, à Gregorio Cardinalis pronunciatus, id honoris ultrò oblatum recuſaverit.

xl Author huius hiſtoriæ Pontificum colluſionē atq; perverſitatē deteſtans, & referens nequitias utriusq; Pontificis, inquirit cauſam tam diutinæ atq; malitioſa tergiverſationis in deponendo Papatu Ex ſententia divi Pauli, Diviſiones & ſchiſmata ab Eccleſiis tollenda eſſe docet. Quorundam opinionem de verbis divi Pauli, Oportet hæreſes eſſe confutat: ubi etiam nonparum multa de ſignificatu verbi, Oportet colligit.

xlj Indicia adventus Antichriſti: Verſiculi in Romanorum degenerationem, de Paulo Vrſino.

xlij Digreditur Author recenſens imperium atq; potentiam Tartarorum: Item geſta, fortunam & habitum Tamberlani clariſsimi imperatoris Tartarorum.

xliij De imperii & fidei Catholica ruina: lege & plorabis.

xliiij Tenor proceſsus & ſentia à Concilio Piſano contra utrunque Pontificem lata, qua eosdem Pontificatu privat, atq; hæreticos ſchiſmaticosq; eos pronunciat.

xlv De his, quæ à depoſitis taliter Pontificibus inter ſe colludentib. contra Cardinales ac Concilium attentata fuerunt: & de inſtituta fuga Angeli Corarii, aliàs Gregorii XII. nominati-

defi

deficiente crumena, molendinoq́ ceſſante ſed tamen inhibiti.

Schedula ipſius Angeli, qua ipſe rurſus differendi retinendiq́ʒ xlvj
imperii quærit aliud ſuffugium.

Diſſertatio Authoris ſuper figmento præſcripto: Item de cauſis xlvij
ſimultatis atqʒ belli inter Sigiſmundum & Ladislaum Hũ
gariæ reges.

De ſimultate Ruperti Romanorum *& Ladislài Siciliæ regum,* xlviij
ob depoſitionem Vuenceslai ab adminiſtratione imperii Ro-
mani, cui Rupertus ſurrogatus fuit, ob quod Ladislaus, *hoſtis*
Imperii factus eiusdem terras occupat.

Qua aſtutia atqʒ calliditate Angelus inſidias ſibi à Patriarcha xlix
Aquilegiẽſi ſtructas caverit atqʒ eluſerit, & quo pacto Paul⁹
eius cubicularius in easdem inciderit, ac rebus fortunisq́ de-
ſtitutus, captivus turpiter per urbem Vtinenſem deducitur.

Quomodo quidam Gregorianæ factionis palpones miſeros exi- l
tus invenerint: & de perfidia fratriſcelli eiusdam a Gregorio
infeſtati, atqʒ in reprobum ſenſum transformati.

De Petri Candienſis, qui poſtea Alexander V. nominatus fuit, lj
in Papam electione: item de eiusdem progreſſibus, vita, mo-
ribus âc facilitate in exaudiendis precibus.

De Ludovico Andegavenſi contra Ladislaum *in regem Siciliæ* lij
pronunciato: Et rurſus de nimia indulgentia atqʒ facilita-
te dicti Alexandri parum diſcreta in concedendis gratiis

De ſimultate inter Alexandrum V. & Rupertum regem Ro- liij
manorum: Ioannes Archiepiſcopus Moguntinus pronuncia
tur natus legatus inſua provincia: Franciſcani triumphãt:
&, Alexander V. moritur.

Datum operis ed ti: Coronatio Balthaz aris de Coſſa in Papã,
qui pôſt Ioannes XXIII. eius nominis fuit dictus, vel ſecun-
dum aliquos XXIIII.

INNOCENTIUS VI. PAPA IN LOCUM Gregorii XI. demortui ſurrogatus, initio ſui Pontificatus Cardinales nimia ſua ſeveritate & inſolentia à ſe alienans, cauſam præbuit XXII. univerſali ſchiſmati Eccleſiæ Romanę, omnium longiſſimo: quod in quadrageſimum annum continuatum, duravit uſque ad Concilium Conſtantienſe, incipiens circiter annum Domini M. CCC.LXXVIII. Sederunt atem tempore iſtius univerſalis in Eccleſia ſchiſmatis Papæ & Antipapæ, qui ſequuntur.

Papæ Romani,

Urbanus V I. annos XI. menſex, juxta Supplementum Chronicorum: vel novem annos, juxta Faſciculum temporum: vel octo, ſecundum Mare hiſtoriarum, Gallicum librum, ſedit.

Bonifacius I X. annos quindecim ſedit, vel, ut alii, quatuordecim.

Innocentius VII. ſedit annos duo tantùm.

Gregorius X I I. ſedit annos duodecim, ſecũdum Faſciculũ temporũ: vel duos annos & menſes ſeptem tantũ, juxta ſupplementum Chronicorum.

Antipapæ Avinionenſes,

Clemens VII. quindecim annos ſedit, vel, ut aliqui, undecim tantùm.

Benedictus XIII. Avinione ſedit annos X X I. & pòſt in Cathaloniam profectus eſt tempore Concilii Conſtantienſis. Sunt qui ejus ſeſſioni attribuunt viginti & ſex annos: idque fortè quòd conjungant tempora, quibus & Avinione & in Cathalonia moratus eſt.

Alexander V. qui poſt abrogatam Gregorio XII. Papæ & Benedicto XIII. Antipapæ dignitatẽ Papalẽ, in Papam cõcorditer fuit electus, ſedit unũ annum aut circiter: cui ſucceſſit Iohannes XXIII. vel ſecũdum aliquos XXIIII. qui antea Balthazar de Coſſa vocatus fuit, ſedẽs annos quinq; aut circiter.

Mantuanus in III. Alphonſi libro:

Quidquid apud ſuperos thalami ſine teſte ſilentes
Deliquêre, patet: nec habent velamina culpæ.
Cuncta aperit ſecreta dies, ex tempore verum
Naſcitur, & veniens ætas abſcondita pandit.

PRÆ.

PRÆFATIO THEODORICI DE N.EM, AD R. N. N.

QVIA ſæpe Paternitas tua me rogavit, ut ego (qui toto ferè tempore felicis recordationis Gregorii Papæ undecimi, ac poſt, cùm ſchiſma noviſſimum in univerſali Eccleſia ſuſcitatum eſt, præſens in Romana Curia per triginta annos, vel circà in obedientia quondam Urbani Papæ ſexti, ſuorumque ſucceſſorum remanſi) qualiter ſchiſma hujuſmodi ortum habuerit, & Urbani ac ipſius ſucceſſorum prædictorum, & Clementis de Gebenna vulgariter nuncupati, & ſui ſucceſſoris immediati Petri de Luna geſta, & quæ ipſis contendentibus de Papatu in diverſis regionibus contigerunt, de quibus haberem notitiam, eſſentque memoria digna, ac ortum & progreſſum nuper unionis in ipſa Eccleſia factæ per ordinem tuæ dilectioni facti veritati, & non ſucco ſeu. fuco dictaminis inhærendo deſcriberem; quod licet fuit mihi ſatis arduum, imò exceſſit vires meas, quia tamen ſcriptum eſt, Omni petenti tribue, &, Qui amicus eſt, ſemper diligit: tuis precibus acquieſcens, hoc opus agreſſus ſum, meis imbecillibus humeris non mediocriter ponderoſum, qui jam ſenio confractus à laboribus manum retraxi, petens ut jucundum tibi ſit eloquium meum. Et ſi forſan tibi diſplicentia in hoc labyrintho reperias, propterea non turberis, quia illi, qui conſcribunt Hiſtorias, ne à veritate recedant, ſæpe recitant, quæ mallent potiùs obticere.

Mul-

Multas etiam digreſſiones feci deſcribendo hiſtorias, aliquando etiam ad alias materias procedendo. Solent enim aliquando talia legentes reficere, ſicuti aliquod ſapidum & extraneum menſe appoſitum ferculum allicit convivantes : in quibus ſi prolixior fui, quàm debui, hoc imperitię meę audacter aſſcribas : nec propterea credas, quòd ea, quæ utcunque tenualiter ſcripſi, vera non ſint. Sed quanta ſit utilitas in lectione hiſtoriarum, tradit antiquitas, ut Saluſtius in exordio ſui libri de bello Jugurtino oſtendit, ubi dicit: Cæterum de aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magis uſui eſt memoria rerum geſtarum. Hæc profectò gens Judaica experta eſt ſub rege Aſſuero, ut Heſter canit, ubi dicit: Noctem illam duxit rex inſomnem, juſſitque ſibi offerri hiſtorias & annales priorum temporum : quæ cùm illo præſente legerentur, ventum eſt ad illum locum, ubi ſciptum erat, quomodo nunciaſſet Mardocheus inſidias Bagathon & Thares eunuchorum regem Aſſuerum jugulare cupiētium: quod cùm rex audiſſet, ait: quid pro hac fide honoris, præmii ac mercedis Mardocheus accepit? ſtatimque quid eſt, inquit, in atrio? Amon quippe interius atrium domus regię intraverat, ſuggeſturus regi, ut juberet Mardocheum ſuſpendi in patibulo, quod erat ei præparatum. Reſponderuntque pueri: Amon ſtat in atrio. Dixitque rex ingrediatur. Cumque eſſet ingreſſus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem rex honorare deſiderat, &c? Ecce per hoc innocens Mardocheus ſalvatus, & Amon ipſe ſuſpenſus eſt, cadens in foveam, quam alteri præparavit, & demum per hoc tota

Vtilitas hiſtoriarum.

Hiſtoria Heſter.

tota ipſa gens Judaica aliàs regis imperio trucidanda reſervatur. Quis enim fecit magnificos ac glorioſos patriæ ac gentis ſuæ liberatores Machabæos, niſi paterna inſtructio? ut legitur 1. Machabæorum 2. quia pater illorum quinque fratrum eis recitavit hiſtorias atque opera ſive geſta ſuorum prædeceſſorum in gente ſua, ubi ait: Nunc ergo, ó filii, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtimonio patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nónne in tentatione inventus eſt fidelis, &c? Sic etiam Sapientiæ 19. Salomon tãgit hiſtorias patrum, ſicut dicit: Quomodo, cum ipſi reverſi eſſent, & permiſiſſent, ut ſeducerent, & cum magna ſollicitudine præiviſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiæ actus. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcitiæ, & quos rogantes projecerant, hos tanquam fugitivos perſequebantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas, & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio, &c. Similiter in Eccleſiaſtico laudabilis habetur veterum patrum commemoratio in diverſis capitulis, & incipit ibi: Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua: *Ecleſ. 44.* multam gloriam fecit Dominus, magnificentia ſua à ſeculo: dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute & prudentia ſua præditi nunciantes in Prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & virtute prudẽtiæ

Propheta. tiæ populus ſanctiſſima verba, &c. Hæc etiam Propheta cognoſcens, dicit: Quanta mandavit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera, filii qui naſcentur & exurgent, & narrabunt filiis ſuis, & ponent in Deum ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei, &c. Si enim hujuſmodi laudabilia & memoranda geſta veterum conſcripta non eſſent, eorum memoria cum ſonitu periiſſet, nec humanus animus de geſtis ipſorum relevaretur, quia per tales ſcripturas ipſe animus ſublevatur à ſegnitie, tædio & ſeriis rebus, ſuntque deſidiæ atque moleſtiæ ſublevamen. *Chriſtus.* Unde magiſter ille, cujus acta & geſta nobis ſunt quaſi ſpeculum, Chriſtus nos docendo dicit: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego facio, & vos ita faciatis. Ex hiſtoriis vetuſtis, ſicut quæ proſunt homini, elici poſſunt, ſic etiam pericula, quæ ex actibus noſtris, ſi inconſultò ageremus, ſequerentur, providè poterunt evitari, ut viris expertis & oculatis eſt notum. *Ariſtotelis Rhetoricæ.* Unde in primo Rhetoricorum Ariſtotelis de legibus ſtatuendis in civitate habetur, quod non eſt minimum conſiderare, quia in eis conſiſtit ſalus & conſervatio civitatis, & ideo utile eſt ſcire, quot ſint ſpecies civitatum, & quales leges ſint utiles unicuique, & quæ nocivæ & corruptivæ ipſarũ. *Coſmographia.* Ad hoc etiam utile eſt ſcire deſcriptiones terrarũ, quia ex hoc poſſumus accipere gentium leges, & videre quæ fuerunt utiles & quæ nocivæ: nam ſicut Hiſtoriæ antiquorum ſunt utiles ad dandum bona conſilia civitati, ita etiam ſcire leges aliôrũ utile eſt ad ſciendum condere bonas leges: ſed hæc

hæc non, niſi per Hiſtorias antiquorum, poſſunt haberi, Aſſis igitur bonæ voluntati meæ precor, bonæ Jesu, ad cujus laudem & honorem præcipuè Opus iſtud aggredior, meum funda principium, perduc me ad optatum exitum, & clementer inſpira, ut nihil loquar fictitium, ſed totum veritati ſubnixum, qui ex dux, via, veritas, & benedictus in ſecula ſeculorum. *Invocatio.*

DE

DE ORIGINE CAUSISQUE OMNIUM LONGISSIMI SCHISMATIS, QUOD ANNO CHRISTI M. CCC. LXXVIII. Sub Urbano VI. Incipiens, per XXXIX. annos in Eccleſia Romana, usque ad Concilium Conſtantienſe duravit, THEODORICI de NIEM, Hiſtoriæ Liber primus.

DE VITA, MORIBUS, AC PROGRESſu Bartholomæi Barenſis Archiepiſcopi, qui poſt in Pontificem electus, Urbanus ſextus vocatus eſt.

CAPUT PRIMUM.

EO TEMPORE, quo dominus Gregorius Papa, XI. hujus nominis, deceſſit, in Urbe fuerunt penè omnes Cardinales natione Ultramontani, ſed inter eos erant tantùm quatuor Italici, qui etiam tunc temporis erant in Urbe præſentes, unus videlicet Florentinus Petrus, alius Mediolanus & inſignis Doctor in jure Canonico, Joannes tertius de domo Urſinenſi Romanus natione, Jacobus & quartus de mediocri ſtatu etiam Romanus, qui cognominabatur vulgariter Cardinalis ſancti Petri: nec non etiam illo tempore, quo Gregorius ante ipſius obitum remanſit in Italia, & poſtquam illuc Romanam Curiam tranſtulit de civitate Avinionenſi, Urbanus tunc erat pauper Archiepiſcopus Atherontinus, tandem de Metropoli Atherontinenſi ad Metropolim Barenſem in Apulia per eundem Papam Gregorium (quam per annum ante ejus Papatum vix poſſedit) translatus de mandato Gregorii in abſentia quondam domini Petri Cardinalis Pampinolenſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Vicecancellarii, qui poſt receſſum Gregorii de Avinionenſi continuè usque ad ejus obitum remanſerat Avinione. Recepit in Italia officium Cancellariæ Apoſtolicæ, & natus fuit in Neapoli in platea Vindi, in quodam loco, qui vulgariter vocatur Infernus, ex diverſis comparen-

Nomina Cardinaliũ Italorũ, qui Romæ fuerunt, cum deceſſit Gregorius XI.

Reditus Curiæ ex Avinione in Italiam.

Laus Vrbani, à doctrina atq; ſtudio eius.

tibus, ex patre Piſano, de matre Neapolitana, ut ibidem fama laborat, egregius Decretorum Doctor, necnon ante Papatum homo humilis & devotus, & retrahens manus ſuas ab omni munere, inimicus & perſecutor ſymoniarum, zelator caſtitatis & juſtitiæ, ſed nimis ſuæ prudentiæ innitendo, & credens adulatoribus libenter aures præbuit ipſis, frequenter & ſollicitè in eodem Jure & in ſacra pagina etiam ſtudens. Ingenium, quo (ut ipſe teſtatur Saluſtius) neq; melilius neque amplius aliud in natura mortalium eſt, ſocordia torpeſcere non ſinebat, viros literatos & bonos ſyncerè dilexit, & pro poſſe adjuvit, nō impediens ſe de negociis alienis, & ſingulis diebus, dum corporis ſoſpitate gaudebat, miſſam legit, & etiam plura officia in eadem Curia tunc exiſtente in civitate prædicta exercuit: fuit enim per plures annos examinator in gratiis ſpecialibus, necnon præſidens in Cancellaria prædicta, & documenta, quæ fieri ſolent circa literas Apoſtolicas, recepit, & hæc officia exercuit in Avinione antequam ad hujusmodi officium locumtenentis Cancellariæ prædictæ in urbe foret aſſumptus. Erat etiam brevis ſtaturæ & ſpiſſus, coloris lividi ſive fuſci, & ſexagenarius, vel circà, dum eligebatur in Papam, & in duodecimo anno ſui regiminis circa medium menſis Octobris moriebatur. Et antequam exiret Avinione, cauſa veniendi cum ipſo Gregorio Papa ad Italiam, fuit ſocius ſive Capellanus commenſalis in Avinione dicti domini Cardinalis Pampilonenſis ratione præſidentiæ in Cancellaria prædicta, qui quidem Cardinalis ipſi & uni ſcutifero cum ſcutelibratis ſemel in anno veſtibus prandium miniſtravit, & nunquam fuit talis aut tantus, quod ipſe per ſe vel alium pro aliqua conſequenda dignitate, item quantumque notabili præſertim Papatu ſeditionem ſeu impreſſionē moviſſet, vel aliquis de eo cogitaſſet, preſumpſiſſet. Hic etiam ante ipſius Papatum per multos annos me exiſtente cum ipſo ſingulis noctibus, poſtquam ad cubile ſuum cauſa quieſcendi aſcenderet, coram ſe in Biblia quo usq; dormiret legi fecerat, & raro vel nunquam tempus aliquod vigilando ocioſè conſumpſit, ſed aut ſtudebat, ut prædixi, ſeu commiſſa ſibi exercebat officia, vel orabat, & niſi artatus quodammodo per plateas nullatenus incedebat, & incedendo duabus beſtiis contentus erat, una mula ſcilicet ſuper qua ipſe, & uno equo ſuper quo ejus familiaris ipſum aſſocians

Officia Barthol. commiſſa.

Forma atq; habitudo corporis.

Diligentia Vrbani.

cians equitabant. Etiam induebatur cilicio diurno tempore & nocturno, in quo dormiens, indutus fuit déſuper tunica alba talari de mediocri panno laneo, ac multùm erat patiens tunc temporis in adverſis, cōpotiens etiam valde calamitatibus aliorum, omnia etiam jejunia per Eccleſiam indicta tunc ſanctiſſimè obſervabat, necnō per Adventum Domini & per Sexageſimam annis ſingulis jejunabat, & jejunantes ſimiliter necnon bonos religioſos ſatis amabat.

QUO PACTO CARDINALES AD Pontificem eligendum proceſſerint, & quæ circa electionem partium ſtudia fuerint: Item de prædicti Archiepiſcopi electione,

CAPUT II.

Cumq; omnes Cardinales poſt obitum dicti Gregorii Papæ, qui deceſſit Romæ circa finem menſis Martii, Anno Domini M. CCC. LXXVIII. ut moris eſt, intrarent conclave in palatio Papali ꝓpe Baſilicam principis Apòſtolorum, ſuprà dictus etiam Urbanus cum eis, non tamen ut Cardinalis intrabat, & expectans inibi donec omnes alii ꝑlati, qui tunc pariter intraverunt, ab inde receſſerant, ſolis eisdem Cardinalibus in cameris eorundē ſigillatim loquebatur, ipſos devotiùs deprecando, ut Deum & juſtitiam ꝑ oculis haberent, & omni affectione ſemota Eccleſiæ Romanæ de utili & idoneo paſtore ꝑ electionem Canonicam providerent: ſicut hæc fieri vidi & audivi cum eodē Urbano ibidem tunc exiſtens. Et quia dicti domini Cardinales per multos dies ante q̃ eligerēt, in dicto palatio ſeu conclavi remanſerant, præfatus Urbanus timens ne fortè aliq̄d ſiniſtrum ipſi Eccleſiæ contingere poſſet, interim ꝙ dicti Cardinales erant in conclavi, ſingulis diebus ad altare ſecundum in ipſa Baſilica legit Miſſam, ut exiſtimo dominum deprecando, ut Cardinalibus ipſis ſuam gratiam dignaretur infundere, ꝙ citò Pontificem utilem & idoneum eligerent, ut ꝑfertur. Cumq; poſtea dicti Cardinales in eundem Urbanum in ipſo conclavi, ꝙ aſſumeretur in Papā, per electionem uniformem, ſcilicet nemine ipſorum diſcrepante, factam in ſimul concordaſſent: quadam die Veneris, ſcilicet VI. nonas Aprilis tunc currentis anno prædicto, paulò ante horam tertiā miſerunt pro eo, & multis aliis Eccleſia-

Zelus atq; integritas Urbani.

Concors electio.

ſticis,prælatis,q tunc fuerunt in urbe ipſa præſentes. Qui quidem Urbanus ſtatim libros & quaſdam alias res ipſius ad loca tuta portari fecit, ne ſi rumor inſurgeret in populo, ꝙ ipſe electus eſſet in Papam,forſan Romani more ſuo irruerent in ejus hoſpitiū,ac ipſum ſuis libris & rebus hujusmodi ſpoliarent.Sed poſtquā eadem die prædicti,Urbanus tunc Archiepiſcopus Barenſis nominatus,& alii prælati per eosdem dominosCardinales ſic vocati,circa horā ad prædictum palatiū acceſſerant,ortus fuit repētè maximus rumor in populo,ſcilicet ꝙ Papa eſſet electus,ſed quis eſſet ille,adhuc ipſis erat in certū, ſed cùm paulo pòſt quidā de ipſo palatio clamaret ad populū in maxima turba ꝑ foribus dicti palatii congregatū, in hæc verba videlicet,Barenſis eſt electus in Papā,ad hoc vehemēs cōmotio ſubitò facta fuit in populo:ꝙ contigit credo ea de cauſa, quia plerique Romani præfatos dominos Cardinales ante quàm ipſum conclave intrabant; crebrò ſollicitarunt, ut locò dicti defuncti paſtoris ſaltem Romanum, vel Italicum in Papam eligerent, ea vice,quòd etiam me præſente una voce deprecabantur omnes illi Romanum, qui ſtabant in gradibus ejusdem Baſilicæ, dum præfati domini Cardinales dictum conclave;ut præfertur, cauſa eligendi novum Pontificem intrare volebant, & à pleriſq; audivi, quòd hoc per illum Jacobum Romanum Cardinalem fuit ſophiſticè vel ex induſtria ordinatum, ut per hoc ipſe tanquam de potentiori domo Romana ſcilicet Urſinenſi ortus eligeretur in Papam. Et etiam aliæ rationes cauſam huic clamori popurali dederunt, quia dictus dominus Gregorius habuit quendam cubicularium, Jo. de Bare vulgariter nuncupatum , Gallicum ſeu de terra Lemonicenſi oriundum, ſatis,ut fama erat, ſuperbum, pariter & laſcivum , qui propterea nedum dictis Romanis, ſed etiam pro majori parte Curialibus erat exoſus, & hunc credebant dicti Romani fuiſſe in Papam electum loco Gregorii prælibati, & de illo ipſi Romani falſo errore ſeducti, dolebant plurimum, & vehemens murmur factum extitit inter ipſos: dicti verò Urbani electi in Papam, pauci Romani tunc notitiam habebant, & ejus habentes notitiam, reputabant ipſum quondam modo pauperem & deſpectum , nec domum vel hortum proprium pro tunc habebat in urbe, vel ejus diſtrictu. Alia etiam hujus rumoris popularis cauſa fuit: nam inter illos prælatos tunc etiam voca-

Commotio & tumultus popularis: eiusq; cauſa.

Attende ambitionē atq; machinamenta Italorum.

Paupertas Urbani.

vocatos ad dictum palatium, ut præfertur, erant aliqui Romani potentes, ſcilicet Petrus Abbas monachus montis Caſini,& alii, quorum cujuslibet conſanguinei & amici credebant, quòd amicus eorum electus eſſet in Papam, unde repentè maximus concurſus & ſtrepitus equitantium & concurrentium per contractas dictæ urbis ad ipſum palatium, illa tempeſtate auditus fuit, ibidem durans penè illa tota die. Unde Cardinales prædicti ad ſedandum dictos rumores ſimulanter ſeu confictè populo per aliquos dici fecerunt, quòd præfatus Cardinalis ſancti Petri eſſet electus in Papam: quod audientes ſui amici cum magna turba impetuosè currebant ad prædictum palatium, quò recipientes ipſum violenter ad altare majus in ipſa Baſilica, ut eſt moris de noviter electis in Papam, fieri perduxerunt, & poſuerunt ſuper illud eo invito & dicente, quòd non eſſet Papa, ſed Archiepiſcopus Barenſis per eum & alios Cardinales electus foret in Papam. Et tam magna preſſura ibi facta ilico fuit, ita quòd dictus Cardinalis in illa comprehenſus, mortem vix evaſit, qui poſt hoc ad dictum palatium reductus, ex tunc continuè remanſit, quamdiu vixit, penes dominum Urbanum antè dictum. Dicta verò die poſt eandem electionem etiam tunc ipſo rumore durante, quatuor vel quinq; de prædictis cardinalibus eandem urbem cum dicto domino Jacobo cardinali exiverunt, & aliqui eorundem cardinalium ad Caſtrum ſancti Angeli, in Burgo dicti ſancti Petri declinarunt, ſed altera die immediatè ad dictum Urbanum in palatio Apoſtolico exiſtentem, ſatis tempeſtivè acceſſit Petrus de Luna tunc, & paulo pòſt alter, qui Abbas majoris Montis vulgariter nominatur, & poſtea Robertus de Gebenna, ac ſubſequenter cæteri Cardinales, ſcilicet de Agrifdio, Vivarienſi, Glandatenſi, ſancti Angeli, & ſancti Euſtachii, necnon de Britannia, & Pictavienſi, qui omnes fuerunt natione Gallici, & ipſi alii tres Cardinales Italici, ita quòd omnes præfati cardinales, qui eum elegerunt, infra horam veſperorum illa die convenerant in ipſo palatio: qui poſtquam Romani in veritate ſenſerunt, quòd dictus Cubicularius cognominatus Barenſis non erat electus in Papam, ab incœpto rumore penitùs quieverunt, ulteriùs de ipſis Cardinalibus & electione facta de ipſo Urbano ſe nullatenus implicando: unde omnes ipſi Cardinales tunc in ſimul hora veſperorum

Attēde vulgi furorem atq; inſaniam.

Intronizatio Urbani ab omnibus Cardinalib. facta.

in eodem palatio aggregati,ipſumUrbanum paulò poſt eandem horam veſperorum more ſolito intronizarũt, qui poſtquam intronizatus fuit,per eoſdem ad locum,in quo dictus Gregorius Papa benedictionem dare populo conſueverat, cum omnibus ipſis Cardinalibus,nec non magna multitudine aliorum prælatorum accedens, populo in maxima frequentia & multitudine ibi tunc congregato,Papalem & ſolennem benedictionem dedit.

DE CORONATIONE URBANI,
CAPUT III.

ET deinde in ipſa ſacra Paſchali domini de mane valde ſolenniter,per ipſos dominos Cardinales, ut moris eſt,ipſe Urbanus ſuæ coronationis inſignia recepit ante portam dictæ Baſilicæ,ſicq; coronatus dicti Cardinales ac p̄lati & officiales,ac etiam multi nobiles & Curiales,ac pene univerſus populus urbis,ipſum ad Eccleſiam Lateranenſem per eandẽ urbem cum Papali honore ſeu pompa tranſeuntem aſſociarunt. Fuerunt etiam tunc in ipſa urbe valde multi Barones, & alii Magnates per plures dies præſentes, qui univerſaliter ſinguli videlicet eorum,eidem Urbano ut vero ſummo Pontifici, publicè ac privatè honorem & reverentiam exhibuerunt,& tunc nullum dubium nullusque rumor ſiniſter erat in urbe Roma, etiam inter Cardinales & alios quoſcunq;,ꝙ idem Urbanus non eſſet verus Papa, aut quòd per impreſſionem,vel aliàs minus Canonicè foret electus. Imò omnes ipſi Cardinales tunc temporis ſcriptis & dictis publicè dicebant omnib⁹,etiã ſecum de ipſoUrbano conferentibus,quoniam ipſe Urbanus eſſet verus Papa,&canonicè ac concorditer ꝑ ipſos electus:&hæc eſt veritas,nec potuit revera negari.

DE SEVERA ATQUE INTEMPESTIVA Urbani in Epiſcopos invectione,
CAPUT IIII.

SED die Lunæ infra feſta Paſchalia, dictis veſperis in ejus præſentia, in eodem palatio in Capella majori, me præſente,ipſe Urbanus publicè incepit increpare Epiſcopos,qui illic venerant,dicendo,ꝙ omnes eſſent perjuri,quia Eccleſias ſuas deſererent in eadem Curia reſidendo. Sed omnibus tacen-

tacentibus ipſis prælatis, quondam dominus Martinus Epiſcopus Pampinolenſis, ejusdem Urbani referendarius, natione Cathalanus, qui fuit Doctor egregius in Jure Canonico, & diu Avinione in eodem Jure legit ordinariè, ſolus Papę reſpondit ſatis acerbè dicendo. Quòd ipſe non eſſet perjurus, quodq; dictam Curiā non propter ejus privatam, ſed potiùs propter publicam utilitatem ſequeretur, & paratus eſſet de illa recedere, necnon ad ejus Eccelſiam accederę: arguendo ſubtiliter per hoc dictum Urbanum, quòd egit minus cautè, ſic generaliter objurgando prædictos prælatos præſentes tunc in Curia memorata.

DE URBANI CONTINENTIA IN pecuniarum contemptu,

CAPUT V.

SUbſequenter autem die Lunæ, immediatè poſt ſecundam dominicam poſt Paſcha, ipſe dominus Urbanus tenendo publicum conſiſtorium, & confluentibus illic dictis dominis Cardinalibus: necnon prælatis ac officialibus & Curialibus, in magno numero, ut eſt moris, incepit ſermonem facere in præſentia eorundem, cujus thema fuit: Ego ſum paſtor bonus, &c. quem minus cautè, necnon etiam minus ornatè fecit, in quo etiam mores dictorum dominorum Cardinalium & prælatorum incepit redarguere, quod ipſi ægrè tulerunt: miror enim quare ipſe hoc fecit, ſciens eos parum ipſum pro tunc curare, fruſtra enim niti, neque aliud fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Fuerunt enim increpationes illæ intempeſtivæ fomentum ſchiſmatis ſubſequentis. Veniens etiam illo tempore quidam Collector fructuum Cameræ Apoſtolicæ, de quadam provincia ad præſentiam dicti Urbani, ei quandam pecuniæ ſummulam ratione ſui Collectaneæ officii offerebat: cui reſpondens, ait, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, ac illam recipere non curavit. Similia multa inſolita & abuſiva de die in diem faciens, per quæ penè omnium ipſorum Cardinalium & prælatorum contra ſe magis iracundiam concitavit.

DE OTTONIS DUCIS BRUNSUIcum, ac Joannæ reginæ Siciliæ, uxoris ſuæ in Urbanum ſtudiis,

CAPUT VI.

SED quòd Urbanus ipſe ita proſiliit ad increpationes indiſcretas & nimiùm repentinas, cauſa fuit, quia quondam domina Joanna regina Hieruſalem & Siciliæ, quàm poſtea idem Urbanus Siciliæ regno privavit, audiens eum ad Papatum promotum eſſe, gaviſa fuit gaudio magno valde, ac per multos dies Neapoli luminaria multa more illius patriæ, per totam civitatem in crepuſculo veſpertino, ad honorem dicti Urbani incendi fecit, necnon ambaſiatores ipſi reginæ per eundem Urbanum ſtatim poſt electionem ſuam deſtinatos benignè recepit, & multis grandibus & liberalibus donariis prævenit, ipſique Urbano XL. milia ducatorum in auro partim, & partim in moneta argentea in illo principio deſtinavit: necnon paulo pòſt vina, & blada ac carnes ſalſas, & caſeos per mare in navigiis, in magnis quantitatibus ſibi tranſmittendo, regnum quoque ſuum & omnia quæ habebat, ſibi obtulit, credendò eum ſibi ſemper remanere benevolum. Et ab alio latere ille quondam pater principum, & norma nobilium, ſcilicet dominus Otto dux Brunſuicenſis, & princeps Tarenti, maritus dictæ reginæ, qui etiam prædictum Urbanum ante ipſius Papatum ſummè dilexit, & quantum potuit per dictum Gregorium Papam paulò ante ipſius obitum ad faciendum pacem inter Romanam eccleſiam colligatos, ad Tuſciæ & Liguriæ partes deſtinatis omnibus per ipſum fideliter & prudenter pro ipſa pace reformanda inter eaſdem partes diſceptantes compoſitis ad eandem urbem rediit circa ipſa feſta Paſchalia, cum bonis novis pacis hujusmodi concluſæ reperiendo ipſum Gregorium interim vita functum, qui etiam exhilaratus vehementer de promotione dicti Urbani ſibi obtulit ſe & ſua.

Otto dux Brunſvicēſis.

DE

DE INSOLENTIA *Urbani,*

CAPUT VII.

ET cùm infra eadem feſta dictus Otto ſumpto prandio cum Urbano, ut moris eſt, ei quadam die potum præberet in collatione, in præſentia quorundam Cardinalium, & aliorum magnæ authoritatis virorum, dictus Urbanus ex faſtu ſcyphum de manibus tanti principis ſtantis coram eo diu genibus flexis recipere tardavit, donec ad eum quidam ex ejusdem Cardinalibus diceret hæc verba: Pater ſancte, tempus eſt ut bibatis, nec fefellit in eo illud pro tunc, Aſperius nihil eſſe miſero qui ſurgit in altum: nec illud, Corde ſtat inflato pauper honore dato. Et licet tunc ſollicitaretur inſtanter, quòd eandem pacem pro ipſius ſtatu firmando benignè acceptaret, hoc tamen pro tunc facere non curabat, credens ſe ſuper pennas ventorum jam volare, quæ etiam præconceptum rancorem jam inter ipſos & ſuos Cardinales prædictos non mediocriter adauxerunt, & eum delirum communiter ipſi cardinales judicabant. Fuit enim duri cordis: unde probavit illud, Cor durum habebit malè in noviſſimo: &, Qui amat periculum, in illo peribit. Sed paulo pòſt ſuſcitata nimis perículoſa diſcordia inter ipſum & dictos cardinales, prædictum ſchiſma magis propterea ex rancore mutuo partium, quàm allegata impreſſione in electione dicti Urbani, ut in præcedentibus tangitur, habuit ortum. Romanis autem civibus pro poſſe complacere ſtuduit idem Urbanus, in quo etiam ipſis Cardinalibus vehementius diſplicebat. Unde ſigillatim dicti cardinales ab ipſo exiſtente adhuc in eadem urbe circa medium menſis Maji poſt ejus coronationem receſſerunt, necnon ad Anagniam civitatem Campaniæ Romanenſem declinarunt recreationis cauſa pro illa æſtivali tempore ut, dicebant, quia tunc ut communiter incipit calor in eadem urbe vigere. Ipſe autem Urbanus ſentiens infra aliquot dies poſtea, quòd illic contra eum conſpiraſſent, quodque contra ipſum procedere vellent ipſi Cardinales, ſatis doluit, quòd eos à ſe liberè abire permiſiſſet, ſed animo eos ad ſe revocandi etiam de ipſa urbe ad civitatem Tiburtinam, quaſi in medio itinere

Receſſus Cardinalium.

nere inter urbem & Anagniam collocatam,& ſub ſpe recreationis infra dies paucos poſtea acceſſit,ubi extunc per quatuor menſes vel circa ſtetit, & inter hæc dicti Cardinales in Anagnia hujusmodi contra ipſum proceſſum inchoarunt, in quo eum Bartholomæum Barenſem in Papatu intruſum nominarunt, ipſumque ad certam diem citarunt, & multa contra eum attentarunt ſub tuitione quondam honorati Comitis Fundorum, qui dictam Campaniam tunc & diu antè pro eadem Romana Eccleſia gubernabat.

QUAE AD EXTINGUENDA NAScentis ſeminaria ſchiſmatis ab Ottone, aliisq; geſta ſint,

Caput VIII.

Interim verò dictus dominus Otto princeps Tarēti,ſentiens per famam forſan, hoc nephando ſchiſmate jam orto, & ne tantum malum vires aſſumeret in tota Chriſtianitate, quia erat vir totus Catholicus,ac etiam ipſi Urbano valde compatiendo, cum decenti comitiva Juriſperitorum & militum de Neapoli venit ad ipſum Papam ad Tiburtum, conando eum cum dictis Cardinalibus in amicitiam reponere, ac ſecum ordinare, quòd quondam Maria regina & hæres regni Trinacriæ conſanguineo ſuo ſtrenuo viro juniori Marchioni Montisferrati, qui tunc cum eo morabatur,nuptui traderetur pro bono ſtatu Trinacriæ & etiam Siciliæ regnorum præfatorum, prout de hoc partes ipſæ & omnes Barones dicti regni Trinacriæ jam ſimul, ut ſic fieret, concordabant, quorum tamen neutrum dictus princeps potuit ab eodem Urbano finaliter obtinere: propoſuit enim jam in mente ſua, quòd dictum regnum Trinacriæ in Franciſcum Prægnanum nepotulum ſuum ex ejus fratre genitum, de quo ſuo loco inferiùs multa dicentur, qualitercunque transferret. Videns igitur ipſe princeps, ſe non proficere in promiſſis cum eodem Urbano, quia erat aliqualiter literatus, quadam vice dolenter coram nonnullis dicebat pro certo, Pater noſter, non Urbanus, ſed potiùs, ut timeo, Turbanus dicetur, & multis

Vrbani in ſuos affectio.

erit

erit adverſitatibus involutus, & ruina multorum. Quod audiens etiam tunc præſens quondam ille celebris Doctor legum dominus Nicolaus de Neapoli Rector provinciæ in Gallia pro ipſis domino Ottone principe & Joanna regina tunc temporis, acceſſit eundem Urbanum, qui erat ei valde familiaris ante Papatum, rogando ipſum, ut omnino conſiliis dicti principis acquieſceret, qui niſi bonum ipſius domini Urbani, & ut concordia vigerat in Romana eccleſia, quæreret aut peteret ab eodem. Quem cùm etiam obaudiret dictus Urbanus, ipſe dominus Nocolaus propterea ira commotus, ad præfatos cardinales infra pauca tempora acceſſit, extunc partem eorum publicè fovendo, necnon eis aſſiſtendo conſiliis & auxiliis oportunis. Dictus verò dux Otto licet multùm de ipſius Urbani duritia doleret, tamen patienter agens & valefaciens Pontifici, etiam ab eo receſſit, ad quem poſtea non revenit, ſed quòd ipſe Urbanus verus eſſet Papa, ſemper tenuit & publicè dixit. Verum poſt hæc dicta domina Maria regina & hæres Trinacriæ, proditoriè capta, ad regnum Aragoniæ abducta fuit: unde hominum clades, deſtructiones terrarum & innumerabilia mala poſtea ſubſequuta fuerunt, atque ipſum regnum ab obedientia ejuſdem Urbani in totum defecit, in qua usque ad obitum ejus & aliquandiu etiam poſtea remanſit, & tandem in parte ad obedientiam Petri de Luna pervenit, & pro parte in neutralitate remanſit, & remanet de præſenti,

Nicolaus Neapolitanus Iuriſc.
Admonitio ſalutaris.
Defectio Nicolai.

QUOMODO CARDINALES GALLI Italos in ſuam de alio eligendo Pontifice traxerunt ſententiam.

CAPUT IX.

DEMUM dictus dominus Urbanus videns ſe non proficere quo ad hoc, quòd ipſi cardinales ad eum non redirent, in autumno Romam repetiit: & poſt hoc ipſi cardinales Ultramontani tunc in civitate Fundana in ipſa Campania ſub defenſione dicti comitis congregati, ad ipſos tres

tres Italicos cardinales, ſcilicet Petrum Jacobum & Joannem, qui tunc erant ſimul in quodam caſtro dicti domini cardinalis Jacobi, deſtinarunt oratores ſuorum, ſcribentes cuilibet ſeorſum literas, in quibus quemlibet ipſorum intelligere fecerunt, quòd ſi veniret ad ipſos, ſummus Pontifex crearetur: Sed quòd illud ſecretè quilibet eorum teneret, etiam dictæ literæ innuerunt, ſcientes dictos Italicos ambitionis vitio laborare, ſimulque ipſos ſic de levi attrahere poſſe.

Commentū vafrum.

RUPERTI ELECTIO, SEU POTIUS intruſio,

CAPUT X.

UNde prædicti tres Cardinales Italici ad dictam civitatem Fundanam ſublato more diſpendio euntes, quò venientes ad confratres ſuos tunc ad faciendum ſchiſma in univerſali Eccleſia realiter, nec non ad eligendum alium Pontificem congregatio in ſimul acceſſerunt. Et prædictum Rupertum dicti cardinales Ultramontani eiſdem cardinalibus Italicis tunc præſentibus elegerunt, prout in hoc priùs in eorundē cardinalium Italicorum abſentia mutuo cōcordarūt, ſcientes, eum eſſe ambitioſum, & pluribus indigentem ac ſumptuoſum, largæ conſcientiæ, ſed genere nobilem, multis etiam conſanguineis & affinibus nobilibus & potentibus cōſtipatum. Unde poteſt elici, quod illa electio à ſpiritu ſancto & puris conſcientiis non proceſſit. Videntes autem dicti cardinales Italici ſe taliter deluſos, indignanter à dicta civitate receſſerunt ad ipſum caſtrum, unde illic venerant, redeuntes, in quo tandiu extunc ſimul ſteterunt, donec ipſe Jacobus cardinalis in eodam caſtro poſtea infra pauca tempora decederet.

Attende quàm idoneus ac dignus tanto Epiſcopatu.

CLEMENS ANTIPAPA, ELIGITUR Cardinales migrant in Galliam,

CAPUT XI.

SED poſtquam dicti Cardinales Ultramontani cū eodem Papa quem Clementem vocarunt, ad civitatem Avinionenſem pervenerunt, præfati Mediolanenſes & Florentinenſes cardinales in magna perplexitate diu conſtituti, nec non

in

in eadem Romanenſi Campania per aliquot menſes remanentes, ad eundem Urbanū ejus timentes auſteritatem nullatenus accedere pręſumpſerunt. Et tandem deliberarunt etiā ad Avinionem accedere, qui cùm iter illuc agerent, prope Uliciam dictus cardinalis Mediolanenſis morbo correptus ibidē deceſſit. Cardinalis autem Florentinenſis perveniens ad eandem civitatem Avinionenſem poſt multos annos ibidē moriebatur. Cumq; dictus Clemens in Fundis taliter electus exiſteret, ut præfertur, multi prælati & etiam Officiales, potiſſimè Gallici & alii curiales, qui tunc erant cum Urbano, paſſim receſſerunt ab ipſo Urbano, & aliqui ad propria, & multi etiam ad ipſum Clementem ejuſq; cardinales acceſſerunt, ita quòd ipſe Urbanus quaſi ſolus, ut paſſer in tecto, quo ad prælatos & officiales dictæ curiæ, videbatur remanere, exceptis curialibus Alemanis & aliquib⁹ Anglicis, Boëmis, & Ungaris, qui erant tunc in eadem curia præſentes, necnon clericis de diverſis regnis & provinciis cauſa impetrandi Eccleſiaſtica beneficia in illa novitate ad eandem curiam pervenerunt, ſeu lites habebant, in ipſa militabant, de ſtatu eorum multifariè dubitabant: unde multum murmur quotidie erat inter ipſos curiales, & quid facturi eſſent, non mediocriter dubitabant.

CREATIO NOVORUM CARDINAlium ab Urbano facta,
CAPUT XII.

Urbanus ſerò pænitet.

VIDENS autem dictus Urbanus ſe tunc ſine Cardinalibus exiſtere, dictoſq; Curiales partim de die in diem taliter aufugere, & aliorū taliter de eorū ſtatu titubare, cœpit dolere, & quandoq; me vidente flevit amarè, & tunc primùm cognovit, quia minus cautè egiſſet in principio ſui regiminis, & quòd mala hæc propterea fierent, & tūc quoad remanentes Curiales in ejus curia ſe humiliando plures eorūdem ad diverſa officia prædictæ ſuæ curiæ tunc vacātia promovit, & ſe valdè gratū adverſitate docente tunc reddidit erga ipſos, necnō ſimul & ſemel viginti ſex Cardinales una die creavit, exiſtimans fortè, quòd de tanto numero eorū aliqui hujuſmodi Cardinales faſtigiū utiq; acceptarent, prout nec ipſum fefellit opinio, factū fuit, & inter eoſdem Cardinales de novo creati aliqui fuerūt Romani, de omni ſtatu, & multi ex aliis

crea-

creatis de novo Cardinalatu hujuſmodi faſtigium acceptantes de diverſis locis ad ipſum Urbanum ſubitò acceſſerunt.

DE CONFLICTU PARTIUM CIRca urbem,

Caput XIII.

Quibus ſic peractis Clemens & Ultramontani prædicti, qui in eadem Campania adhuc reſidebant, pro ipſorum Capitaneo quondam Bernhardo de Cazala, & quibuſdam gentibus armorum de partibus Gaſconiæ & Britanniæ oriundis, tunc in provincia patrimonii beati Petri in Tuſcia exiſtentibus, miſerunt, quos oportuit quendam pontem ſupra flumen Tyberis exiſtentem prope Romam pertranſire, ſed qui cuſtodiebant illum pro Romanis, eis contradixerunt: unde repentè factus eſt rumor magnus in populo in urbe prædicta. Et multis eorundem Romanis ſine ordine cauſa defendendi præfatum pontem contra ipſos Bernhardum & ejus complices exeuntibus, ſed tardè, quia jam dicti Britones vi dictum pontem occupaverunt, ipſe Bernhardus & ejus ſocii dictis Romanis occurrerunt, quos quaſi pecudes mactarunt, ubi fortè * octuaginti Romani, vel citra abſque defenſione cæſi fuerunt, reliquis qui etiam exiverunt Romanis ad ipſam urbem fugę ſubſidio revenientibus, propter quod ſubitò clamor & ululatus magni auditi fuerunt in eadem urbe.

Romani caeduntur.

*octingenti, fortè.

CAEDES ATQUE CONTUMELIAE à Romanis illatæ.

Caput XIIII.

Ipsi Romani vindictam ſumentes in Curiales tunc in ipſa urbe præſentes, & præcipuè in Ultramontanos imbelles, non parcendo ſexui, ætati, vel dignitati, ſeu ordini, multos eorum percuſſerunt, & pleroſque in carceribus publicis intruſerunt. Mulieres etiam Forenſes & Francigenas inhoneſtè ac peſſimè pertractarunt, multos etiam Epiſcopos & alios ma-

Injuria, rapinaq; exteris illata.

magnæ auctoritatis viros Ultramontanenſes & Hiſpanos eorum bonis ſpoliârunt, & in eiſdem carceribus poſuerunt, necnon per plures menſes tenuerunt miſerrimè in illis. Nec poteſt quis enarrare plenè, quot mala contra ipſos Curiales utriuſque ſexus eo tempore per eoſdem Romanos committebantur impunè. In urbe ſæpè dicta multo tempore duravit hæc quaſſatio & perſecutio Curialium præfatorum. Vidi tunc aliquas matronas dictæ urbis ad excitandum magis cives Romanos ad iracundiam contra eoſdem Curiales. dum irent per vicos urbis, impetuoſè accedere ad ipſos Curiales, atque omni poſtpoſita matrimonali modeſtia & verecundia, ſpuere in facies eorundem Curialium. Propter quæ omnes ipſi Curiales ſuperſtites in magno timore & tremore tunc in eadem urbe ſteterunt. Tamen Alemani tunc temporis aliqualiter mitiùs per eoſdem Romanos, quàm cæteri, tractabantur, & interim etiam Capitaneus dicti Caſtri ſancti Angeli in urbe, qui erat Gallicus, & pro ipſis Clemente & ſuis Cardinalibus Ultramontanis dictum Caſtrum cuſtodivit, Romanis & Curialibus ipſis de dicto Caſtro guerram movit cum ſagittis & bombardis ad ipſam urbem vehementiſſimè ſagittando, multas cum eiſdem bombardis ſeu pixidibus æneis domos concuſſit, & prope dictum caſtrum conſiſtentia ædificia plurima ignis incendio concremavit, & ſic paſſim multiplicata fuerunt pro tunc mala in urbe prædicta. Sed Joannes & Raynaldus de Urſinis fratres dicti Jacobi Cardinalis, qui poſtea in civitate Aquilejæ in rumore populari ſimul interfecti fuerunt, atque Honoratus præfatus & Angelus præfectus urbis, necnon Jordanus de monte etiam de Urſinis, & multi alii proceres urbis foverunt tenueruntque partem Clementis & ſuorum Cardinalium præfatorum, & urbem ipſam undique per gyrum impugnarunt. Et dictus Raynaldus etiam cum magno exercitu, quaſi per menſem, ipſam verſus portam ſanctę Agnetis obſedit. Sicq; Romani & Curiales præfati intus & extra urbem guerris & malis undique præmebantur, ipſique Romani, vaccis, bobus, pecoribus, & aliis eorum animalibus, de quibus plerunque ſuſtentari conſueverunt, per hoſtes ſpoliabantur, nec ipſi Romani ad aptandum agros, vel vineas eorum, niſi prope urbem conſiſtentes cum magno timore illa durante tempeſtate accedere præſumpſerunt.

Præfectus Clementis Caſtro S. Angeli ponitur.

Urbs obſidetur.

DE

DE CONSILIO URBANI IN REBUS afflictis, deq; legatione ad Carolum Romanorum atque Hungariæ regem,

CAPUT XV.

VIDENS autem dictus Urbanus, quòd ubiq; ſibi propinqua auxilia deficerent, & cùm hæc magnis in ipſa urbe periculis ſubjaceret, remota quæſivit auxilia, & cogitans intra ſe, quòd quondam Carolus Romanorum imperator filium ſuum Venceslaum regem Boëmiæ modernum paucis antè annis, vivente adhuc Gregorio Papa, in Romanorum regem eligi procuraſſet, quodq; dicta electio per Eccleſiam nondum approbata fuerat, & quod ipſi Florentini forſan pacem libenter vellent ſecum habere, illic ſuum convertit ingenium. Cognovit enim, quòd dictus quondam Ludovicus rex Hungariæ quandam dominam Mariam ſeniorem ejus filiam, quæ patre defuncto ſibi poſtea in regno Hungariæ hereditario jure ſucceſſit (quia prole caruit maſculina) domino Sigiſmundo moderno regi Hungariæ ejuſdem Imperatoris filio dediſſet in uxorem, licet tunc ipſi Sigiſmundus & Maria eſſent in puerili ætate conſtituti. Unde dictus Urbanus, ſicut erat ſatis aſtutus, ipſum adverſitate pungente, ad eoſdem Imperatorem & Ludovicum regem ſe valde humiliando ſuos nuncios deſtinavit, diverſis litteris propria manu ſcriptis, de violentiis & injuriis, crebriſq; damnis, quibus per Clementem & Cardinales Gallicos eorumque complices ipſe ſuiq; Curiales & Romani ſedulò vexabantur, lamentabiliter conquerendo, & exhortando eos, ut ſibi & Romanæ Eccleſiæ in tanta perplexitate poſitis miſericorditer ſubvenirent. Et quia Imperator & Ludovicus rex præfati ſcrutinium inter ſe priùs habuerunt, ſi & quo modo ſe interponere poſſent inter partes de Papatu hujuſmodi tunc diſceptantes, ne dictum ſchiſma vires aſſumeret: unde hujuſmodi exhortationibus magis inclinati, per quoſdam probos viros ſatis decenter & honeſtè ſcripſerunt, dictis Clemente & ejus Cardinalibus adhuc in civitate Fundorum exiſtentibus, ipſos rogando, quod ab incœpto ſchiſmate hujuſmodi reſilirent, dictoque Urbano, quem ipſis regibus & toti Chriſtianitati

Regum ad Clementem

genera-

generalem Pontificem paulo antè dederant, ut ſummo Pontifici obedirent: adjicientes, quòd ſi dictum ſchiſma augeretur, ex hoc multa pericula in tota Chriſtianitate univerſaliter orirentur. *Antipapæ litera atque poſtulata.*

DE INSIGNI CLEMENTIS ANTIpapæ in regios Legatos contumelia,

CAPUT XVI.

SED ipſi, Clemens & ejus Cardinales Imperatoris & Ludovici regis prædictorum precibus & rationibus hujuſmodi temerè obauditis, dictos eorum nuncios dehoneſtarunt & malè tractarunt. Imo aliquos ipſorum honeſtos clericos, veluti latrones inſignes, in eculeo tormentarunt, ſeu ad quæſtiones poſuerunt & carceri manciparunt, & in illis diutius captivos detinuerunt.

PARTES URBANI QUI fovebant,

CAPUT XVII.

QUOD cùm prædicti Imperator & Ludovicus rex audiviſſent, de hoc nimiùm perturbati decreverunt, quòd partem dicti Urbani, quo ad ejus tuendam inſcitiam, donec quid juris eſſet de ipſa ſecunda electione, diſcuteretur, vellent omninò tenere, & paulo poſt ipſe Carolus imperator cum eodem Urbano tractavit tantum, quòd dictam electionem filii ſui in regem Romanum approbavit, & quondam Jo: tunc Archiepiſcopum Pragenſem & etiam ad honorem dicti regis Ludovici Epiſcopum Quinqueeccleſienſem creavit in Cardinalem, & ſucceſſivè cum Florentinenſi ac Pemiſinenſi, necnon Marchiſanis, ſcilicet de Marchia Anchonitana, & cum dominis Barnabonæ & Galeatio fratribus, qui tunc Mediolanenſem & multas alias civitates Lombardiæ tenuerunt, & qui omnes erant de ipſa liga contra Eccleſiaſticam pacem, fecit ſic eos paulatim ſuæ obedientiæ attrahendo, & cooperante dicto Imperatore ſuam obedientiam penè per totam Alemaniam dilatavit. Multi etiam principes Alemaniæ *Germania verò Pontificis partes.*

Tyara Pontificalis Vrbano donata. maniæ,& aliarum terrarum ſibi pretioſa munera donaverũt, Sed & domina Eliſabet conſors dicti Ludovici regis ei coronam ſeu infulam, qua ipſe & ſui ſucceſſores in Papatu poſtea uſi fuerunt,& paramenta ſeu veſtimenta Eccleſiaſtica valde pretioſa, quæ ad valorem viginti milum florenorum auri & ultrà æſtimata fuerunt,pietatis intuitu ei tranſmiſit: quæ tamen mitra dudum perdita, ut creditur,extitiſſet,niſi aliquã-do in manibus creditorum diligenter titulo pignoris conſervata fuiſſet. *Defectio Ioanna regina ab Vrbano.* Sed dicta domina Joanna regina Siciliæ his ſtantibus per Clementem & ejus cardinales inducta fuit contra voluntatem dicti domini Ottonis ejus mariti ad obedidũ ex tunc prædicto Clementi,ſed regnicolæ regni Trinacriæ ipſi Urbano fideliter adhæſerunt, quouſq; Bonifacius IX. ſucceſſor ipſius Urbani ad ejus Papatum fuit aſſumptus, prout ſuperiùs tactum eſt, quia quondam filius Martinus regis Aragonum etiam noviter defuncti maritus præfatæ dominæ Mariæ reginæ prædictum regnum Trinacriæ manu forti acquiſivit, & quia erat de obedientia dicti Clementis, obedientiam ipſius Bonifacii annihilavit in ſuo regno Trinacriæ, unde etiam ſupervenit in cumulum adverſitatũ urbicolarum & curialium pro tunc penuria victualium in urbe prædicta. Et in hoc ipſi officiales curiæ pro majori parte parum lucrabantur tunc in officiis ſuis,& in effectu tunc temporis omnia ibi confusè procedebant: & niſi tunc Imperator & Ludovicus rex prædictus eidem Urbano firmiter adhæſiſſent,magis periculosè ſtetiſſet. Stantibus autem iſtis quondam Richardus rex Angliæ ſororem dicti Venceslai regis duxit in uxorem, propter quam affinitàtem inter ipſos Venceslaum & Richardum hæredes contractam, ipſi obedientia Urbano tunc plurimùm augebàtur. Habuit enim ſecum quaſi totam Tuſciam,necnon Lombardiam,& prò majori parte Alemaniam, Boëmiam, Ungariam, Angliam, Poloniam, Daciam, Suetiam, Norvegiam, Pruſiam, Friſiam, & multàs alias nationes Alemaniæ contiguas, quarum Principẽs & Eccleſiaſtici prælati, necnon incolæ dicto Urbano ejusque ſucceſſoribus in ipſa ſua obedientia tanto tempore firmiter adhæſerunt.

DE

DE MORTE IMPERATORIS, & aliorum regum,

CAPUT XVIII.

ET cùm hæc taliter fierent, contigit dictum Imperatorem, necnon Edvardum Angliæ, Henricum Hiſpaniæ, & Joan. Franciæ, multosq; alios expertos reges paſſim decedere, & illis inexptos juvenes ac deliтiis deditos, ut moris eſt juvenum, ſuccedere, & dictum Venceslaum tunc Roman. & Boemiæ regem toto tempore ſui regiminis, quòd ipſa uniretur Eccleſia & reformaret imperium, modicam dare operam, & de republica efficaciter non curare: unde nunc multiplicata ſunt mala ſuper terram. Quibus ſic ſtantibus modernus rex Francorum tunc ætate juvenis, qui dicto defuncto regi Franciæ hæres ſucceſſerat in regno Franciæ, contra ducem Gelriæ in Alemania grandem movit exercitum, ſub conductu tamen aliquorum prælatorum Alemaniæ, diſſimulante dicto Venceslao rege. Sed poſtquam alia damna intulit eidem duci & pace inter eos demum facta, revertebatur ad propria ipſe rex Franciæ, ſed intra breve temporis ſpatium poſtea factus extitit furioſus, necdum à tali (judicio dei) peſte curatus.

VRBANUS CLEMENTEM EIQUE adhærentes privat atque condemnat.

CAPUT XIX.

COnſpiciens verò dictus Urbanus multos ex hujuſmodi regum & principum ac prælatorum in ejus obedientia firmiter remanere, incepit facere atroces proceſſus cõtra dominam Joannam reginam, necnon Angelum præfectum, & Honoratum comitem Fundorum, ac Joannem & Raynaldũ de Urſinis prædictos, pro eo quòd Clementi & ejus cardinalibus adhærebant, necnon etiam eoſdem Clementem & cardinales ac ipſorum auxiliatores complices & fautores, illosq; in diverſis mundi partibus fecerat publicari, privando

in illis reginam regno Siciliæ, ac feudis, terris & dominiis ſuis, necnon præfectum & Honoratum comitem ac Raynaldum, & Joannem de Urſinis præfatos terris & bonis, quæ qualitercunque tenebant, excommunicando & inhabilitando eos ad honores, feuda & bona in poſterum obtinenda. Clementem verò vocavit Antipapam, & ſuos cardinales præfatos declamavit non eſſe cardinales, ſed ſchiſmaticos, necnon præfatos eorum ſtatu, honoribus, titulis, Eccleſiaſticis præeminentiis quibuscunque, ipſisque adhærentes clericos ſuis Eccleſiaſticis beneficiis & dignitatibus privavit, ea diſpoſitioni ſuæ reſervando. Econversò autem prædictus Clemens in Avinione tunc cum ſua curia reſidens, ut præfertur, contra dictum Urbanum ejusque cardinales & ipſis adhærentes pœnales proceſſus fecit. Et illorum proceſſuum occaſione magnæ adverſitates ac prævaricationes in diverſis regnis & provinciis oriebantur, multi etiam infelices prælati & presbyteri ac clerici, qui dicto Urbano obedierunt, per pleroſque de alia obedientia per mare ſeu terras tranſeuntes capiebantur & malè tractabantur, quorum multi in aquis ſubmerſi, aliqui ignibus cremati, nonnulli etiam alia ſæva morte perierunt. Multùm enim atrociter contra obedientes dicto Urbano præfatus Clemens & ſui Cardinales ac eorum complices in principio dicti ſchiſmatis ſe habuerunt, & tanta in populo Chriſtiano facta fuit ex præmiſſis ſubitò diviſio ubiq; locorum, quod de hoc multi in ſtuporem converſi valde mirabantur, multa etiam oppida, villæ, civitates & caſtra in eisdem regno Siciliæ & in provincia dicti patrimonii beati Petri in Tuſcia, necnon Marchia Anchonitana & Campania Romana, & alibi per guerras violenter capta & deſtructa, & etiam multa monaſteria & Eccleſiæ penè totaliter deſolatæ, & multæ ſtrages hominum, deprædationes rerum, necnon alienationes bonorum & jurium proprietatum Eccleſiarum & monaſteriorum in Urbe & in aliis diverſis locis conſiſtentium fiebant continuò, ac alia innumerabilia mala ſequebantur exinde.

CASTEL-

CASTELLUM S. ANGELI CLEMENtis præfecto traditur, atque à Romanis diruitur,

CAPUT XX.

TANDEM verò poſt longam ejusdem caſtri ſancti Angeli obſidionem, ſcilicet quaſi per annum integrum dicti Romani prædictum caſtrum ab eodem Capitaneo, ſeu illius cuſtode per pacta receperunt, qui multùm viriliter illud quousque ſibi defecerunt victualia defenſavit, parvi pendens impugnantium machinarum & bombardarum crebros jctus. Iſtud caſtrum habuit plures meatus ſubterraneos opere valde pulchros, & adeo latos, quòd duo equitare in eis, aut quinque pedibus ſimul ire poterant, & longè protendebantur ab eodem caſtro, & erant facti de lateribus ſatis ſubtilibus & pulchris, quorum quidam meatuum aliqui durante prędicta obſidione reperti & detecti fuerunt, ut egomet vidi, & de hoc omnes videntes mirabantur. Quo quidem caſtro habito Romani muros ejus ex quadratis lapidibus marmoreis albiſſimis valde magnis cōpoſitos, & etiam muros archi ſeu carceris dicti caſtri ex ſimilibus lapidibus factos diruerunt, ac plateas in ipſa urbe in diverſis locis ex illis refotmarunt, tamen dictum caſtrum non potuerunt omninò deſtruere: unde ſuper illud, quod remanſit, poſtea Bonifacius Papa IX. in eadem obedientia Papæ VI. prædictum caſtrum de lateribus ſive coctis lapidibus ſatis forte fecerat reformari.

CONSILIUM URBANI DE NEPOte ſuo extollendo: Item de regibus Hungariæ atque Siciliæ.

CAPUT XXI.

ISTIS verò taliter procedentibus ſucceſſit etiam obedientiæ ipſius Urbani civitas & patria Leodienſis, fugato per Leodienſem quendam Perſando de Rupeforti, quem dictus Clemens eis dederat in Epiſcopum, ſibique Arnoldo de

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Horne tunc Trajectenſi Epiſcopo per translationem à ſede Trajectenſi per ipſum Urbanum factam ſurrogato. Conſpiciens igitur idem Urbanus, quòd tempus eum invitabat,ſibiq; proſperè in ejus obedientia prædicta ſuccederet, iterum cœpit cor ad alta erigere, & executionem realem dictorum proceſſuum procedere, quondam dominum Martinum vulgariter nuncupatum Tarentinenſem, & Camerarium ſuum de Amalſia natum, ad dictum Ludovicum regem (præfato Imperatore tūc defuncto) deſtinuavit, exhortando eū,quòd quondam dominum Carolum poſtea regem Siciliæ & modernum dominum Ladislai regis Siciliæ genitorem, tunc ducem Duratiæ,& civitatis Jauriēæ in Sclavonia Rectorem, & apud eundem dominum Ludovicum regem in Hungaria exiſtentem, ſibi cum decenti armigerorum comitatu deſtinaret ad urbem,quia eum dicto regno Siciliæ in regem præficere & juvare vellet,adeo quòd poſſeſſionem regni adipiſceretur. Dictus autem Carolus dux, qui tunc erat juvenis, & ſecundum ejus ſtatum pauper princeps, & eidem dominæ Joannæ reginæ in propinquo conſanguinitatis gradu conjunctus, quæ quidem regina eum ipſiusque uxorem dominam Margaretam de Duratio matrem ejusdem domini Ladislai regis à pueritia, ut dicitur, enutrivit, & cujus compater idem dux Otto erat, qui ipſum Ladislaum regem de ſacro fonte levavit, invitus onus hujusmodi iſtis reſponſionibus acceptavit, etiam pro eo, quia ſemel ſpontè juravit, ut dicebatur,eosdem Ottonem ducem & ejus uxorem dominam Joannam, ita quòd nihil contra eos ipſorumque ſtatum unquam attentare vellet,&ſuper hoc eodem Carolo recedente à dicto regno Siciliæ, ac tranſeunte ad ipſum regnum Hungariæ, remanſerunt prædicta domina Margareta & ejus natus Ladislaus rex, ejusque ſoror domina Joanna poſtea duciſſa Auſtriæ,tunc pueri apud dominum Ottonem ducem & Joannam reginam ſub tutela eorundem, interea quòd ipſe Carolus rex in Hungaria fuit cum Ludovico rege, & cum domina Margareta ſenſit, quòd rex Carolus ad requiſitionem Urbani, ſe de ipſo regno Siciliæ intromittere vellet,& tunc ad caſtrum civitatis Hiſerniæ ſatis firmum, quòd cum eadem civitate priùs domina regina ſibi donavit liberaliter, cum dictis pueris hoſpite inſalutato declinavit,ubi usq; ad adventū dicti regis Caroli ad ipſum regnum

Carolus dux Duratiæ.

gnum Siciliæ remanſit. Præfatus verò rex Hungariæ cogitans, quòd erat ſenio confractus, & parum præ antiquitate vivere poſſit, ac timens quòd ſi decederet dictoCarolo in regno Hungariæ exiſtente, quòd Hungari ipſum reciperent in regem dictamque Mariam ejus filiam, cujus ſororem nuptam habuit quondam Vilhelmus dux Auſtriæ, etiam ex ordinatione dicti regis Ludovici cum regno Cracoviæ, quod tunc etiam idem Ludovicus rex pacificè poſſidebat, à prima hæreditate excluderet. unde dictum Carolum induxit, quòd onus regiminis dicti regni Siciliæ in ſe aſſumpſit. Sed rex Ludovicus, ut dicitur, recepit antè ab eodem Carolo juramentum, quòd nunquam contra ipſas filias ejuſdem regis Ludovici facere, aut Hungariæ ſive Poloniæ regna hujuſmodi vel aliqua alia dominia eis debita conquirere ſeu recipere vellet. Quo facto dictus rex Ludovicus eundem Carolum ad Italiam cum competenti exercitu deſtinavit, quem tandem venientem ad eandem urbem dictus Urbanus ſatis benignè recepit, & poſtquam quencunq; voluit, ipſe dictus Urbanus & dictus Carolus rex, licet invitus ei conceſſerat, ipſum regē Siciliæ coronavit: oportuit enim ipſum Carolum Franciſco Prægnano cognominato Butyllo, nepoti præfati Urbani, de quo ſupuà feci mentionem, effœminato & inutili, Capuani & Amalſitani ducatus, & multos nobiles comitatus in eodem regno Siciliæ ante omnia concedere, ita Papa volente.

SPOLIANTUR AC DENUDANtur à Pontifice ædes ſacræ,

CAPUT XXII.

ET quia rex Carolus præfatus pro tunc carebat pecuniis, ſine quibus nullatenus proficere poterat ad acquirendū Siciliæ regnum: unde proprietates & jura Eccleſiarum & monaſteriorum urbis dictus Urbanus in magna parte multis civibus Romanis ad ſubveniendum eidem regi Carolo in acquiſitione regni præfati vendidit & diſtraxit ultra ſummam LXXX. milia florenorum, etiam aureos & argenteos calices, cruces, & alia pretioſa jocalia earundem Eccleſiarum & monaſteriorū in magno numero & valore diſtrahendo & alienando, necnon multas imagines ſanctorum

etiam argenteas tunc conflando in monetam reduci fecit, & pecunias quæ exinde pervenerunt, ipſi regi Carulo pro ſolvendis ſtipendiis ſuo exercitui aſſignando.

CAROLUS DURATIÆ DUX fraude Neapolim obtinet.

CAPUT XXIII.

IPSE autem rex Carolus cum modica gente armigera reſpectu tanti negocii ingreſſus fuit civitatem Neapolim per fraudem quorundam civium Neapolitanorum, & in eadem pluribus diebus ſtetit, præfato domino Ottone duce continuè dictam civitatem interim ad portam cum valido exercitu obſidente: ſed cùm jam dictus Carolus ſuum & ſuorum omnium interitum præ oculis conſpiceret imminere, ad aliam cautelam ſe convertit. Unde videntes illi Neapolitani, qui eum introduxerunt, ſe deficere in conceptibus eorundem, quendam militem Neapolitanum antiquum & pauperem, quem dicta domina Joanna Regina ſatis honorabat & dilexit, de quo etiam dictus dominus Otto plurimùm confidebat, quia tunc temporis dicta domina Joanna in caſtro novo per ipſum Carolum regem & ſuos complices obſidebatur, & in ipſo caſtro non erant multa victualia, ita quòd illud regina ipſa diu tenere non poterat, niſi per ipſum dominum Ottonem manu forti dicta obſidio ſolveretur, tractabant quòd aliquod conſilium daret eis miles ipſe, quo dictum dominum Ottonem dolo vincere poſſent. Qui quidem miles tale ipſis dedit conſilium, ut audivi, quòd ipſe ſecretum ſigillum dictæ dominæ Joannæ reginæ falſificari facere, dictoque Ottoni ſcribere vellet, nomine dictæ reginæ, quòd ipſe ad eam illa nocte cum ſex perſonis ſibi magis charis ad dictum caſtrum accederet, alioquin ipſa caſtrum diutiùs tenere non poſſet, ſicque ipſa ad manus hoſtium miſerabiliter deveniret, eſſetque datus ordo, quòd dominus Otto circa horam expreſſam tunc tutè ad eam accedere, ac deinde ad ejus exercitum redire poſſet. De hoc enim dicta domina Joanna nihil ſcivit. Ipſe autem dominus Otto perlegendo hujuſmodi ſimulatam literam, credidit quòd eſſet ipſius dominæ litera vera,

& ſta

& ſtatim noctis inſtantis ſubſilentio dictos Marchionem Montisferrati,quem valde dilexit,necnon Balthaſar ducem Brunſuicenſem ejus fratrem ex parte decorum,fortiſſimum & ſtrenuum militem, maritum unicæ filiæ dicti Honorati comitis Fundorum,& tres Capitaneos, de quibus confidebat,duntaxat ſecum duxit, ſed medio tempore quoddam foſſatum factum fuit ex dolo dicti militis in itinere, per quod dux & ſocii tranſiverunt, & illic inſidiæ L. virorum prope dictum foſſatum poſitæ in abſconſo fuerunt: quò cùm dictus Otto perveniret ipſemet quintus,quorum unus fuit dictus Marchio,cum equis eorum in hujuſmodi foſſatum ceciderunt, & illic dicto Marchione & tribus ſuis comitibus interfectis per eos, qui inſidiabantur, & præfatus dominus Otto captus,& ad eundem regem Carolum captivus ductus fuit ſolus,eodem domino Balthaſar ad hujuſmodi exercitum fugæ ſubſidio ſubitò cum planctu & mœrore maximo revertente, qui tamen poſtea caſu repertus, & ad manus dicti Caroli perductus, de ipſius Caroli mandato exoculatus fuit Neapoli in publico foro,ubi olim innocens juvenis Coradinus rex & hæres dictorum regnorum Siciliæ & Trinacriæ,& dux Sueviæ de mandato Caroli primi regis Siciliæ,de quo ipſe rex Carolus deſcendit,ut fertur, cum aliquibus ducibus extiterat decollatus.

Otto inſidiis petitus atq; captus.

Balthaſar dux Brunſuicum exoculatur.

Coradinus rex Siciliæ & dux Sueviæ capite truncatus.

DE FORTITUDINE OTTONIS DUCIS, ejusq; uxoris aliorumq; ducum detentatione.

Caput. XXIIII.

Cum autem dictus dominus Otto ad præſentiam ejuſdem regis Caroli perveniret,idem rex Carolus ei inceperat imperare dicens,quo animo ipſe dictum regnum Siciliç contra eum præſumeret detinere. Cui dictus dux reſpondit dicens,quòd nihil ſibi de ipſius Caroli regno conſtaret, ſed regnum dominæ ſuæ,prout tenebatur, contra ipſius dominæ hoſtes pro poſſe fideliter defenſaſſet, quodque aliud in veritate dicere nemo poſſet:nec caput nec genua coram ipſo

Carolo flexit. De quo admiratus idem rex Carolus eum in carceribus trudi mandavit, in quibus penè per triennium remanſit. Sed ecce mirum factum, idem dux Otto fuit prudentiſſimus ac ſtrenuus nimis in factis armorum à pueritia in talibus potiſſimè in partibus Lombardiæ ac Pedemōtii enutritus: nam à pleriſque audivi, quòd ipſe in XL. bellis campeſtribus contra prædictos dominos Barnabovem & Galeatium, necnon diverſos alios potentes dominos & tyrannos pugnando feliciter triumphaſſet: Aquenſem, Patienſem & Vercellenſem civitates, & multa loca & caſtra fortiſſima expugnando cepit, & erat ſuis hoſtibus duriſſimus & poſtea tamen in puncto corruit: cum quo ſic improviſe cadendo totum illud regnum Siciliæ, necnon ipſa domina Joanna regina, ejusq; nobiles & ſatrapæ pro maiori parte infra dies paucos captivi etiam ad manus dicti Caroli pervenerunt, prædictus etiam ejus exercitus ſine defenſione ſubitò poſt captivitatem dicti domini Ottonis per paucos reſpectivè dicti domini Caroli regis auxiliatores diſperſus & contritus evanuit, & hoc contigit, ut fama laborat, artificio & incantatione cujuſdam vagabundi, qui ſe militem eſſe dicebat multas ſciens exorciſationes vel incantationes facere per artem Magicam, quem per paucos dies ante Romam vidi, qui per ipſum regem Carolum tunc, & etiam poſtea, quando dux Andegavenſis regnum Siciliæ intravit, per eundem Carolum inductus pretio, eidem duci Andegavenſi & ejus exercitui occurrit in limitibus ejuſdem regni Siciliæ, necnon dictis incantationibus etiam ducem Andegavenſem, & ejus exercitum ludificare ſatagens, cognitus autem per aliquos, qui in eodem exercitu dicti ducis Ottonis ſuccubuerunt, ac vivus apprehenſus & ad trabem alligatus ad ignem de mandato dicti ducis Andegavenſis combuſtus occubuit. Dictus autem Robertus de Ortheys, natione Gallicus, maritus dominæ Mariæ ſororis dictæ dominæ reginæ Margaretæ etiam tunc captivatus ad manus dicti Caroli pervenit, & in carceribus diem clauſit extremum.

DE

DE JOANNAE REGINAE IN CARcere jugulatione,

CAPUT XXV.

IPSA verò domina regina Joanna ſtatim, poſtquam ſenſit quòd dictus dominus Otto vir ſuus captus erat, ut præfertur, confiſa quòd ſibi ſaltem ſalva maneret vita, ſe tradidit prædicto Carolo, quam captivam & diligenter cuſtoditam ad quoddam caſtrum in Aprucio deſtinavit, in cujus quidē caſtri capella poſtea cùm quadam die oraret, ut fertur, ſedēs ante altare genu flexa, de mandato ipſius Caroli per quatuor ſatellites Hungaros fuerat ſtrangulata, & dominam Mariam præfatæ dominæ Margaretæ ſororem ſemper ex tunc detinuit in ſtatu miſero quandiu vixit, quanquam in eadem captivitate in caſtro prope Neapolim, quam aliquando vidi incedere in ſordidis veſtibus quaſi eſſet paupercula pediſſequa, apud quam poſtquam capta erat, in promptu pecunia ultra LXX. milia florenorum auri reperta ad fiſcum dicti Caroli pervenerunt. Sed ante hoc ut aliquot pecuniarum ſubſidium impertiretur pro ſtipendiariis tenendis cōtra ipſum Carolum requiſitam per eandem dominam Joānam reginam, negabat ſe aliquas habere pecunias, nec ad illud unum obulum, ut æſtimo, exburſaſſet: nec mirum, quia non eſt avaritia ſuper avaritiam mulierum, ut experientia docet, & aliqui dixerunt, quòd veneno ſumpto dicta domina Margareta conſcia ſeu mandante periiſſet, præterea dum in provincia in Gallia ſentirent ſubditi ipſius dominæ Joannæ, quòd in ipſo caſtro novo in Neapoli, quod prope portum maris conſiſtit, per eundem regem Carolum obſideretur, ipſi multas galeas, fortè numero XIIII. in ſuccurſum dictæ dominæ armarunt, & in eis multi experti nautæ ac etiam armigeri ad Neapolim recto tramite navigarunt, quò venientes & in veritate comperto per ipſos, quòd dicta domina capta & abducta fuerat, ut præfertur, ad vindicandam dictam dominam ex tunc ſe dicti ducis Andegavenſis obſequiis ſubdiderunt, multa terribilia in eodem regno Siciliæ committendo.

DE SÆVITIA AC TYRANNIDE Cardinalis de Sangro in Siculos Epiſcopos atque clericos,

CAPUT XXVI.

SED dominus Cardinalis de Sangro, de quo plura dicentur inferiùs, natione Aprutinenſi de Baronum genere, cum ipſo Carolo legatus de latere per eundem Urbanum ad ipſum regnum Siciliæ deſtinatus, multùm crudeliter Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, presbyteros & clericos, qui dictæ reginæ Joannę adhæſerunt, aliud fortè facere non valentes, ſi ſuis proventibus Eccleſiaſticis in ipſo regno gaudere valebant, plurimùm afflixit, multos eorum in eculeo ſeu ad quæſtiones ponendo, Eccleſiaſticis etiam prælaturis atque aliis titulis Eccleſiaſticis rebuſque ac bonis eorum inhumaniter ſpoliando, nec parcendo in hoc ætati, ſacerdotio, ſtatui, aut ſcientiæ, vel virtuti, nec compatiendo in hoc prælatis, & Epiſcopis, etiam quantumcunque miſeris, & in tanto diſcrimine conſtitutis. Credidit enim ſacrificium offerre ſe deo ſic omnes ipſos miſeros perturbando, quibus ut nihil deeſſet calamitatis & miſeriæ, dictus Urbanus alios ſubſtituit paſſim Archiepiſcopos, Abbates & clericos in Eccleſiis, monaſteriis & beneficiis eorundem, & adeo generaliter & ſine perſonarum differentia, quòd una die creavit dictus Urbanus XXXII. Archiepiſcopos & Epiſcopos omnes natione Neapolitanos, illos potiſſimè qui partem dicti Caroli in ingreſſu ejus in Neapolim foverunt, quos omni honore dignos reputabat, & adeo miſer & iners Neapolitanorum clericus ea vice vix reperiebatur in urbe, qui non fieret Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, aut Abbas, vel prælatus per eundem Urbanum, dum modò talis vellet eſſe. Sed quantumcunque bene & proſperè ſucceſſerat eidem Carolo in acquiſitione dicti regni Siciliæ, ut prædixi, veruntamen eiſdem Eccleſiis & monaſteriis urbis, quorum propter ipſum poſſeſſiones jocalia, & jura propria erant in magna parte vendita & diſtracta, ut ſuperiùs tactum eſt, compenſationem aliquam nullam impendit.

Neapolitanorum fortuna atque ſucceſſus.

LUDO-

LUDOVICUS DUX ANDEGAVENSIS a Clemente rex Sicil. æ declaratus, cum exercitu Gallorum Italiam ingreditur: De fide Germanorum militum in eundem,

CAPUT XXVII.

IGITUR cùm dicta domina Joanna regina ſic vitam miſerè finiviſſet, dictus quondam Ludovicus dux Andegavenſis pater iſtius domini Ludovici moderni ducis, quam nunc regem Siciliæ nos Curiales & vulgus appellamus, per eundem Robertum contendentem cum eodem Urbano de Papatu, coronatus in regem Siciliæ cum ingenti, ſcilicet LX. milibus hominum & ultrà, ſed debili ſeu imbelli exercitu Gallicorum, Italiam intravit. Et tunc temporis fuerũt in eadem provincia patrimonii ſancti Petri in Tuſcia duo valẽtes capitanei Alemani, ſcilicet Petrus de Corona, & Vilhelmus Villenbach milites ſtrenui & rei militaris experti, habentes etiam propria caſtra & terras, quas ibidem acquiſiverunt manu forti: hos dictus dux Andegavenſis cum ſexentis lanceis armatorum, qui ſub eiſdem capitaneis militabant, ſuis obſequiis mancipavit, qui tamen ad eum dum ipſe apud caſtrum Magdalonenſe in terra laboris per gentes armorum dicti regis Caroli obſidebatur, & eodem duce tunc exiſtente penè in ultimo neceſſitatis articulo illuc acceſſerunt, & invitis hoſtibus ipſum de illo loco ad alium locum tutum verſus Apuliam per LX. miliaria diſtantem duxerunt, nec mora ipſo duce illuc producto præfati Capitanei pedeſtres per montes & vias extraneas redeuntes, in eundem exercitum dicti regis Caroli in primo noctis crepuſculo irruerunt, & multos ex ipſo exercitu interfecerunt, aliquos etiam captivarunt, & reliquos in fugam converterunt, ubi omnes ipſi Alemani armis devictorum & victualibus poſt longas inedias, quas antè paſſi fuerunt, eundo per longa & periculoſa itinera ſe optimè refecerunt, & in eodem loco, ubi victoriam habuerunt, per triduum adverſarios expectarunt, ſed nemine comparente dictum dominum Ludovicum ducem cum victória & lætitia ſecuti fuerunt: quibus advenientibus multùm de tanta victoria lætabatur, mirando quòd ipſe cum ſuis

Germani præfecti militum in Italia.

Fortitudo ducum Germanorum.

ſuis Gallicis quos ſecum in tanta copia duxerat, nullam victoriam conſequi poterat in Italia, & quòd tam pauci Alemani multa milia adverſariorum tam ſtrenuè proſtraverunt, fugârunt. Et tunc exaltatum eſt cor ejus ſpem habens, quòd cum adjutorio eorundem Alemanorũ in ipſo regno pròficere poſſet: unde ipſos vocavit ad ſe dicens, Amici dilecti, circa me optimè feciſtis, ſed reſtat ut ulteriùs eamus, quia in hoc loco nobis aliquãdiu ſtantibus timeo quòd deficerent nobis & noſtris victualia: igitur conſulite quæſo in tempore oportuno qualiter cautè ulterius procedamus, ne fortè adverſarii noſtri nuper proſtrati vires reſumant, & nobis deficientib. victualibus prævaleant. Ad quod ipſi Capitanei reſponderunt dicentes, quòd eos permitteret hanc rẽ peragere, ſed ſolùm dux ipſe gentesq; ſuæ ſpecularẽtur poſt eos ſolicitè die noctuq;, ſi fortè multos ignes in aliquo loco conſpicerent, & illuc ſequi dux ipſe cum toto ſuo exercitu & appropinquare curaret. Placuit hoc ipſi duci, tamen eos obnixè rogavit: ut propriam vel ipſius ducis ſalutem reſpicerẽt, & nil temerè vel incautè agerent. Ipſi autem his auditis & valedicto cum ſua comitiva ab eodem duce receſſerunt, iter agentes nocturno tempore ſemper, ac de die in nemoribus repauſantes, tandẽ ad quoddam caſtrum in Apulia, Sẽmiarum nuncupatum, quod erat ejuſdem regis Caroli, improviſis incolis pervenerunt, quod noctis ſubſilentio ceperunt, & fugientibus viris pro magna parte mulieres ac virgines & parvuli remanſerunt in eo, & mœnia dicti caſtri victores ipſi aſcendentes, ſuper turres ipſius magnos ignes circumcircà fecerunt, quos cùm à remotis gẽtes dicti ducis Ludovici conſpicerent, admodum exhilarati exinde paſſim etiam ad dictum oppidum acceſſerunt circa feſtum ſancti Martini confeſſoris, in quo repererunt vini, fœni, frumenti, bladi, atq; aliorum victualium copiam magnam, quæ ipſis victoribus ibidem hyemantibus ſufficiebat. Et interim Tarentum & Barenſem ac multas alias civitates atq; terras in eadem Apulia ac vicinis regionibus conſiſtentes dux ipſe cum ſuis gentibus acquiſivit, quaſdam vi & aliquas meditãtibus tractatibus, pro ut aliquãdo fieri conſuevit in partibus illis, interim Carolo rege prædicto Neapoli remanente. Poſtquam autem præfatus Ludovicus cum ejus exercitu de ipſo loco recedẽs Apuliã ulteriùs penetraret, habitatores & incolæ

Commendat Germanos Ludovicus Gallus.

Arx hoſtiũ à Germanis capta.

incolæ dicti, qui priùs metu ducis & exercitus hujusmodi abinde fugerant, ad ipſum locum catervatim redeuntes, uxores & filios & filias ſuas, quas invenerunt de forenſi prægnantes, gladiis crudeliſſimè feriendo peremerunt.

QVOMODO URBANUS A ROMA Neapolim profectus ſit,

CAPUT XXVIII.

DUm hæc agerentur, timens fortè dictus Urbanus, quòd præfatus Carolus rex per negligentiam ſeu deſidiā dictum regnum perderet, illudq; ad manus dicti Ludovici ducis perveniret, necnon, ut aliqui dicere volunt, dedignatus contra eundem regem Carolum pro eo, quòd ipſe rex præfatus Capuæ & Amalfitanæ ducatus non aſſignavit realiter Franciſco nepoti ejuſdem Urbani, omnino diſpoſuit de Roma perſonaliter accedere ad ipſum regnum Siciliæ, prout fecit: unde in principio menſis Maji, pontificatus ſui anno quinto, tunc regente mortalitate iu urbe, ad Tiburtum acceſſit, & ibi per menſem vel circà degendo. Inde tranſivit ad caſtrum Vallemontanis ſatis ineptum & nimis ſtrictum in Campania pro ſua Curia, veruntamen ibi per duos menſes vel circà ſtetit, ac in principio menſis Septembris inde recedens, acceſſit ad civitatē Ferentinant, in qua uſq; ad feſtum ſancti Michaelis tunc inſtans remanſit. Sed quia ſex vel ſeptem de ſuis Cardinalibus, qui cùm adhuc eſſet in urbe ſibi conſulabant, quod nequaquam ad ipſum regnum Siciliæ iret, cauſſam aſſignantes, quod ſi illuc accederet, ipſe & omnes ſui ſequaces grandiſſima poſſent veriſimiliter ſubire pericula, pro ut ipſi à pluribus perceperunt: Ipſe dictis conſultationibus nullatenus acquieſcens, utique ire ad dictum regnum voluit, & qui contrarium conſultabat, hunc quaſi pro inimico aut fatuo habuit: qui autem ſecum in ſua opinione remanſit, hunc favoribus & gratiis, quibus potuit, proſequebatur, & tractabat amicè, prudētēq; & providum reputabat Qui quidem Urbanus tunc in eadē civitate Ferentinãt exiſtens vocabat eoſdem Cardinales, qui adhuc erant in urbe, quòd ſtatim ſequerentur eum, ſed quia ipſi tam propter paupertatem, qua gravabantur, quàm

Vrbani pertinacia atque duritia.

viarum

Itinera obſeſſa atque infeſta.

viarum intermediarum magna diſcrimina, quia Britones pro ipſo Clemente civitatem Anagniam, quæ conſiſtit in ipſa Campania Romana & prope terras dicti comitis Fundorum, qui tunc vixit, & partem dicti Clementis fovebant (& diſtat à præfata civitate Ferentinant per unum miliare Alemanicum, ſeu quinq; miliaria Italica) tunc tenebant, qui homines & loca vicina, quæ de ipſius Urbani erant obedientia, crebriùs ſpoliarunt bonis eorum, ipſosq; malè tractarunt. Illuc ire cùm non auderent ipſi, Urbanus ipſos reputans ſibi rebelles & contumaces, multos ſcandaloſos proceſſus contra eos fecit in eadem civitate Ferentinant, in quibus quidem proceſſibus improperia multa recitavit contra ſingulos eorundem, & ipſos Cardinalatus honore privare diſpoſuit, niſi eum infra breve temporis ſpatium ſequuti fuiſſent, quos poſtea cum magna pecunia venientes ad Neapolim vix inſpicere voluit vel audire, tamen mediantibus aliquorum magnatum precibus poſtea gratioſè admiſit eos, & licet ſingulis penè diebus de hoc regno Siciliæ multi Eccleſiaſtici prælati & magnates ſtatum & honorem dicti Urbani diligentes, ſibi etiam tunc in Ferentinant conſtituto, conſulendo ſcripſiſſent, ne ulteriùs procederet, quia ſi ſecus faceret, timēt quòd ſe & ſuos magnis periculis involveret, ac fortè poſtea retrorſum, cum vellet, abire non poſſet.

URBANUS CAMPANIAM INTRAT, atq; à Carulo rege ſalutatur.

CAPUT XXIX.

Vrbanus amicorum conſilia & admonitionem ſpernit.

Ipſe Urbanus autem hujusmodi conſiliis ſpretis, ſtatim dictum feſtum ſancti Michaëlis invito etiam dicto rege Carolo ad præfatum regnum Siciliæ per eandem Campaniam iter agendo ulteriùs acceſſit. Primò videlicet ad caſtrum Friſolonis, & die ſequenti ad caſtrum ſancti Joannis in eadem Campania, & deinde per flumen, quòd prope labitur, equitando, ad penetralia dicti regni, ſcilicet ad ſanctum Germanum ſubtus præfatum monaſterium Montiſcaſini,

in quo

in quo ſanctus Benedictus confeſſor obiit, & deinde ad civitatem Sueſſanam, quam tunc tenuit Ammiratus, pervenit, in qua diu ſtetit, quia eſt in ſalubri aëre, bonis victualibus & vino multùm delectabili, & guſtui placido abundans, & poſtea ad civitatem Capuam, & deinde ad Averſam declinavit. Sed cùm prope quandam capellam pulchram & novam juxta viam publicam ab iſta parte Averſæ conſiſtentem, quaſi per medium miliare Italicum perveneŕat, deſcendit de equo, & ſe Pontificalibus veſtibus adornavit, veſtitus equum rurſus aſcendit, ubi occurrit ei me præſente rex Carolus prefatus indutus nigris veſtibus, nec per iter rectum, ſed per vineas equitando, & cùm prope Papam eſſet, ipſum ſalutavit, quo facto multi ruſtici advenientes, pedes dicti Urbani oſculabantur ibidem, ſed ante quàm hæc facerent, terram ſeu humum tribus vicibus oſculati fuerunt. Rex verò præcedens Pontificem, egit officium ſautiferi, quem Papa cum ſuis Curialibus & exercitu usque ad Averſam ſequebatur. In introitu autem dictæ civitatis Averſæ multæ dominæ & puellæ ſpecioſè admodum ornatæ, & circumamictæ varietatibus, per plateam, quam tranſivimus, ſedebant, & etiam multorum virorum frequentia aderat, quibus ipſe Papa benedictionem more ſolito dabat. Sed cùm ulteriùs procederemus in eadem civitate, voluit rex, quòd ipſe Urbanus caſtrum dictæ civitatis pulchrum & ſpacioſum valde, olim per Fridericum ſecundum Auguſtum, ut vetus teſtatur fama, conditum, intraret, quod idem Papa facere non volebat, timens fortè, quod tunc ei accidit & evitare non potuit: alium verò locum, in quo hoſpitabatur, intravit, nosq; Curiales per ejusdem civitatis vicos & plateas evagantes, pro nobis vix hoſpitia invenire poteramus, ac difficulter equis noſtris potus permittebatur, quia omnes portæ civitatis mox nobis exiſtentibus in ipſa civitate claudebantur: quòd cùm viderem; incepi cogitare in meipſo, quòd aliquid ſiniſtri contra nos diſpoſitum eſſet, quia, ſicut in ſacco, tenebamur incluſi.

S. Benedictus ubi obierit.

Carol' rex Neapolitanus Urbanũ excipit.

C THEO-

THEODORICUS A NIEM HUJUS libri author, in itinere à latronibus ſauciatur, & curandi gratia Neapolim petit,

CAPUT XXX.

NAM per octo dies antè tranſeundo cum dicto Urbano incidi in quodam paſſu cum plerisque ſociis meis in manus malandrinorum ſive latronum, qui me in capite & brachiis ac in ſpatulis penè ad mortem vulnerarunt, ac infra ipſos dies vulnera ipſa nullo unguento fota ſeu purgata jam vermiculare ac putreſcere cœperunt, ita quòd propter defectum medicorum illa vice fui in maximo periculo conſtitutus: unde ſollicitè cogitavi, qualiter dictam civitatem exirem, atque ad Neapolim (quæ ulteriùs ad octò miliaria Italica diſtat) eadem die accedere poſſem, quamobrem acceſſi ad quendam amicum meum tunc ejusdem regis obſequiis inſiſtentem, ipſum ob nixè rogando, quòd ſubitò exitum ab eadem civitate mihi modis omnib. procuraret, quē pro me cum duobus familiaribus vix ipſe importunis precibus miniſq; adjectis à portarū dictæ civitatis cuſtodibus obtinuit, quò obtento ilico inde recedens, nec in itinere tardans, ad eandem Neapolim ipſa die perveni, quam ingrediens in porta Capuana, prope quam conſiſtit nobile caſtrum Capuanum vulgariter nuncupatum, etiam per eundem Fridericū ſecundum conditum, introivi, & tranſeundo per longam & ſpacioſam viam ſeu plateam, quæ Nidus appellatur, reperi eam à ſummo usque deorſum tentoriis & pannis precioſiſſimis undique ſtratam: credebant enim Neapolitani cives, quòd ipſa die Urbanus Neapolim eſſet profecturus, & plures inquirentes à me, dum illic veneram, ſi Papa veniret, ſed audientes quòd illa die non intraret, quaſi dolentes abierunt, ſed de ſero hoſpes noſter nobis prohibuit, ne quisquam noſtrum hoſpitium exiret, nec Theutonicè loqueretur, oſtendens ſe valde dolere pariter & timere. Unde nos etiam ſtupefacti, quid conſultius faceremus, utpote inter Scyllam & Charybdim tunc poſiti, quòd forſitan malum contigiſſet Papæ & Curialibus ipſis vehementiſſimè timebamus, nec ſefel-

Authoris ſervitia.

Imperatoris Friderici arx Neapoli cōſtructa.

Author Germanus.

feſellit opinio, quia mane facto omnes illi panni, qui ſic extenſi per contractas fuerant, ut prædixi, per officiales regios violenter projiciebantur ad terram, & irruentibus illic civibus, necnon quid ſignificaret inquirentibus, per eosdem officiales reſpondebatur, quòd quilibet rediret cum pannis ſuis ad domum propriam ſi eos perdere nollet: quod audientes nos magis timebamus, quia ſubitò factum fuit per totam civitatem ſilentium magnum, & omnes habitatores illius de hujusmodi novitatibus obſtupuerunt.

URBANUS A REGE Siciliæ capitur,

CAPUT XXXI.

SED ipſius diei hora ſexta clàm dicebatur in Neapoli à multis, quòd rex ipſe cepiſſet Papam, & eum detineret captivum, & quòd ſecum exiſtentes Cardinales & Curiales eſſent liberi, ac contra eos nihil eſſet penitùs attentatum. De qua quidem captivitate totus populus Neapolitanus videbatur valde triſtari, ſed poſtea infra paucos dies Papa & rex, necnon Cardinales & Curiales ipſi Neapolim, non exhibito eidem Papæ honore Papali, pro tunc per cives Neapolitanos metu dicti regis pervenerunt, & in caſtro novo rex eundem Papam ſub bona cuſtodia collocavit, ubi ſtando per aliqua tempora non incluſus cárcerali cuſtodiæ, & accedentibus ad ipſum dietim audientiam more ſolito dabat.

PAPA RURSUS liberatur.

CAPUT XXXII.

DICTI autem Cardinales pro ejusdem Urbani liberatione, necnon ad reformandam pacem inter Papam & regem interim ſollicite laborabant, quam tandē vocalem, ſed non realem inter ipſos fieri procurarunt. Itaq; rex flendo publicè petiit veniā à Papa tunc detento per ipſum, ꝑut meliùs potuit, & excuſando ſe, cauſasq;, quare ipſum Papam ceperat, non multùm irrationales aut injuſtas (multorū judicio)

 alle-

allegando, ſed plures ex ipſis Cardinalibus, qui tunc diligentiùs & ferventiùs pro liberatione dicti Papæ laborarunt, eo mandante, horrendè nimis poſtea trucidati fuerunt, prout ſuo loco hiſtoria declarabit, & tunc inter alia ordinatum fuit inter ipſos Papam & regem, quòd dominus Papa dictũ caſtrum exiret liber, atque pro ejus libito voluntatis apud Cathedralem Eccleſiam Neapolitanam reſideret, prout fecit, quodq; tunc per ipſum Neapolitanum populum reciperetur reverentur ac honorificè, prout etiam factum fuit, & interim quòd ibidem reſidebat rex & ejus conſors domina Margareta ſæpiùs ipſum Urbanum reverenter viſitarunt. Ipſe autem Papa ſemper videbatur contra eos olim præconceptum retinere rancorum, non advertens illud, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.

FRANCISCUS PRAEGNANUS, ſive Butyllus; Pontificis nepos ſacram inceſtat virginem,

CAPUT XXXIII.

UNDE contigit dicto Urbano tunc apud eandem Eccleſiam reſidente, quòd præfatus Franciſcus, aliàs Butyllus, ejus nepos, quandam nobilem monialem profeſſam & incluſam de monaſterio ſancti Salvatoris in ipſa platea Nidi conſiſtente, ordinis ſanctæ Claræ, ubi dictus Franciſcus morabatur, violenter raperet & etiam violaret, ipſam per dies aliquot in ejus hoſpitio detinendo: quid mirum, quia ſordibus involuti nequeunt dimittere ſordes. Quippe ipſe niſi crapulis, voluptatibus, ſomno & luxuria deditus erat, nec propterea per eundem Urbanum aliquãdo arguebatur, ſed cùm diceretur ei, quòd nepos ſuus Butyllus viveret inhoneſtè, fertur aliquotiens reſpondiſſe, juvenis eſt: licet tunc annum quadrageſimum peregiſſet. Patrato igitur hoc facinore per Butyllum, ſtatim fiebat rumor magnus in populo: multi enim dicebant, ſe nunquam audiviſſe, quòd aliquis tantam auſus fuiſſet in Neapoli contumeliam perpetrare.

Indulgẽtia Urbani in nepotẽ nepotiſſimum.

QVO

QUO PACTO DICTUS FRANCIſcus regis ſententia damnatus, ſed poſt per Urbanum liberatus, regi reconciliatur,

CAPUT XXXIV.

UNDE rex ipſe hoc ſentiens valde dolebat, dictumq; Franciſcum ad ſe fecerat evocari, ſed ille tãquam ſibi ipſi malè con ſcius, & timens ſubire judicium, contumaciter coram rege non comparuit, ſed ad eandem Eccleſiam ſub tuitione ipſius Urbani ejus patrui fugit, & remanſit ibidem. Sed rex contra ipſum judicium formans judicialiter proceſſum tandem contra eum capitalem ſententiam tulit. Quod audiens Papa, dicebat ſe eſſe ſupremum dominum hujus regni Siciliæ, unde regem ipſum non poſſe aliquem de magnatibus eo præſente in ipſo regno pœna capitali damnare, necnon portas ſui palatii firmans, & declamans dictam ſententiam fore nullam, die noctuque cum multis armigeris ejus palatium fecerat diligentiſſimè cuſtodiri. Rex autem ne fieret rumor aut ſcandalum in populo, item cooperantib. eiſdem Cardinalibus ab executione dictæ ſententiæ conquievit. Sic illud tam famoſum delictum, quia ſic placuit Pontifici, tranſiverat impunitum, dictiq; Cardinales iterum pacem inter ipſum Papam ac regem & Butyllum procurantes fieri, dictaverunt in illa, quòd dictus Franciſcus quandam nobilem virginem ipſi regi propinquitate conjunctam, & magni juſtitiarii regni Siciliæ filiam acciperet in uxorem, quodq; rex ipſe, quamdiu dux Andegavenſis præfatus eſſet in regno Siciliæ, ſeptuaginta milia florenorum daret ſingulis annis pro cenſu ducatuum prædictorum dicto Franciſco. Deditque rex ipſe liberaliter Butyllo tunc nobile caſtrum Luceriæ, diſtans à Neapoli verſus Salernum per vigintiquatuor miliaria, cum ejus Burgo, villis, & pertinentiis univerſis: quod fuit olim dicti domini Ottonis ducis, & adhuc ejus corporis figura depicta in quadam camera videtur in illo. Quibus ſic ordinatis, dictus Papa recedens à Neapoli, vernali tempore ad prædictum caſtrum cum ſua Curia & Butyllo declinavit.

DE FORTUNA UTRIUSQUE EXERcitus, & de fonte Venenis infecto, ejusq; rei cauſis naturalibus,

CAPUT XXXV.

QUibus taliter factis prædictus rex credens ſe Papam omnino placaſſe, paravit grandem exercitum, ac contra ducem Andegavenſem tunc Tarenti reſidentem caſtrametatus eſt, ſed finaliter non profecit, licet regis & ducis eorundem exercitus non remotè diſtarent: unde deficientibus tandem victualibus & pabulis tam magna inedia premebantur, ita quòd indies multi de ipſis exercitibus occurrentes pedeſtres pugnabant invicem ſe, ut moris eſt, hoſtiliter perſequẽdo. Contigit etiam tunc, ut fama erat, fontem, de quo armigeri ipſius ducis ſæpè biberunt, & equos ſuos aliquando potabant, per adverſarios clàm veneno peſſimo infectum fuiſſe, propter quod tam homines, quàm equi potantes ex ipſo fonte paſſim deceſſerunt: ac dux ipſe, necnon Amadeus comes Sabaudiæ, qui eundem ducem cum magna multitudine armigerorum ad dictum regnum Siciliæ comitabatur: multi quoque alii nobiles tunc, ut dicebatur, de ipſo fonte bibentes moriebantur. Ipſeque Carolus rex eo tempore ſimiliter incipiens in illa regione febricitare, ad Neapolim infirmus rediit, non habita finali victoria contra hoſtes. Quòd autem eidem fonti toxicon miſcuerunt, videtur eſſe fabuloſum: ignorantes enim rerum naturalium cauſas multa fingunt, qui enim eſſet tantæ malitiæ ac inſipientiæ, quòd fontem ſcaturientem & ſuos rivulos emittentem in longum, de quibus forſan ipſemet caſu bibere poſſet, inficere toxico vellet? ſed quòd infectio illa fontis hujuſmodi aliunde procederet, videtur eſſe probabile, quia ſecundum medicos, diſpoſitiones evenientes ex motu cæli generant putredines in viſceribus terræ, & hæ maximè contingunt ex eclipſibus Solis & Lunæ, & conjunctione Planetarum, & præſertim Martis & Saturni cum aliis ſtellis fixis, & illæ ſunt cauſæ univerſales & remotæ: aliæ verò particulares & propinquæ, ut ſunt vapores corrupti mixti cum aëre usque ad minimas partes

Fontis naturam ac vim perquirit autor.

Hac digreſſione agit aſtronomũ ac Philoſophũ cauſas naturales perveſtigans.

partes elevati à re putrida vel fœtida, ſicut quando aperiuntur cavernæ, vel clauſuræ. Vel quia aliquæ res habentes aquam corrumpere, fuerunt infuiæ in ea, ut linum, canabis, ſpaltum, vel corpora mortua, vel arbores malarum complexionum, ut ficus & ſimilia. Etiam aliæ ſunt cauſæ quæ habent aquas inficere, ex quibus potantes inficiuntur & moriuntur. Etiam ſæpe cauſatur peſtilentia in locis illis, ubi ſunt aquæ taliter infectæ, & ſic creditur contigiſſe in fonte prædicto.

DE INSOLENTIA ATQUE tyrannide Margaretæ reginæ,

CAPUT XXXVI.

INTERIM verò, quo dictus rex Carolus extra Neapolim moram traxit, præfata domina Margareta conſors ejus, Neapolim & vicinas regiones permiſſione dicti regis tyrannide gubernabat, quæ equitando per civitatem virili more ſedebat ſuper equum, noctemq; ,ut fama erat, vertebat in diem ludendo ad taxillos cum quibus ſibi placuit, etiam à mane usq; ad horam prandii per ſingulos dies dormiendo. Hoc fecit etiam in ſuo regimine me tunc in Neapoli exiſtente: atrocia edicta per ipſam Neapolim & vicinas regiones & inter alia etiam, quòd nemo ſal, carnes, aut candelas ſub pœna capitis venderet, ſive ſal de aqua maris coqueret vel conficeret, ſed ipſa in certis domibus Neapoli & certis diebus in qualibet ſeptimana illa vendi fecit. Et multa ſimilia edicta novasque exactiones à maximo usque ad minimum pœnaliter extorquendo. Unde ipſe Urbanus vehementer indoluit, aſſerens talia fieri in ejus contumeliam & deſpectum, quia ejus Curiales, qui tunc cum ipſo Urbano morabantur, nec quicquam per dies aliquot nec prece nec pretio pro condimento ſuorum cibariorum potuerunt habere, qui exiſtimantes hæc eſſe præparatoria multorum malorum, prout erant, inter Papam, regem & reginam.

DE METU ATQUE FUGA CARDInalium & Curialium circa Neapolim ſtabulantium: item de Pontificis autorisq́; ea de re diſſertatione,

CAPUT XXXVII.

SED quia hæc intolerabilia edicta reginæ continuè vires aſſumpſerant,& pertinaciter mandabantur executioni, ideo prædicti Curiales timuerunt ne ipſa regina armigeris mandaret ut eos ſpoliarent:diſperſi enim erant habitantes in diverſis domibus ſeu caſis cāpeſtribus circumcirca dictum caſtrum,& in ipſius caſtris Burgo non bene foſſatis,aut aliàs ad reſiſtendum hoſtibus communitum, ita quòd facilè poterant deſtrui,& rebus eorum ſpoliari. Timor hujusmodi augebatur ex hoc, quòd incolæ regionis erant factioſi, pauperes, & faciles ad prædandum.Quapropter quadam die dominica menſe Auguſto,dum appropinquarent certi armigeri dicto Burgo, ipſi Cardinales & Curiales falſa opinione ſeducti,credentes illos eſſe hoſtes, qui dicta regina mandante aut diſſimulante ipſos Cardinales atq; Curiales vellent invadere,omnes uniformiter, excepto Cardinali Piſano ad Neapolim ſubitò fugerunt. Ego autem caſu veniens tunc de Neapoli,ad quam priùs acceſſeram, huic fugienti multitudini obviavi: unde ſtupefactus, à plerisq; obviantibus mihi quæſivi, quare fugerent, ſed non percipiens hujusmodi fugæ cauſam, ad dictum Burgum accedens in veſperis illuc veni: quòd cùm audiſſet ipſe Urbanus ad me nuncium deſtinavit, ad quem accedens reperi eum ſolum cum domino P. de Piſis advocato Papalis conſiſtorii loquentem: qui me videns incœpit à me ſciſcitari, quare fugiſſent prædicti domini Cardinales & Curiales? cui dixi, quòd timerent ne fortè Burgo & juxtà tanquam in loco non tuto una dierū omnes trucidarentur. Quod cùm audiſſet ipſemet Papa,mihi reſpōdit in hæc verba, Malè fecerunt à me fugiendo,egò etiamſi unicum panem habuiſſem, illis diviſiſſem. Ad quod reſpōdi, Pater beatiſſime veſtra ſanctitas & ejus nepos,ſcilicet ipſe Franciſcus atq; Capitane⁹,& familiares veſtri domeſtici ſunt in loco tuto,ſcilicet in hoc caſtro,q̄ timere non habent: ſed de ipſis

Authoris atq; Pontificis de fuga aulicorum diſſertatio.

de ipſis Cardinalibus & Curialibus ſecus eſt, qui,ut S. V. novit,ſunt homines delicati & imbelles quandoque rebus victualibus & aliis necaſſariis carentes, & prædonibus ac malis hominibus hic degentibus undiq; circumſepti: unde ſi videretur veſtræ S. quod ſecum Cardinales cum paucis quilibet eorum morarentur in caſtro, tunc non timerent prædones, & alios fortè ipſis adverſari volentes. Ad quod reſpondens ait, Vix mihi meisq; ſufficit iſtud caſtrum ab habitandum: injungens mihi, quòd ſummo mane diei ſequentis Neapolim redirem, & ſollicitarem ipſos Cardinales & reliquos majores Curiales, quòd omni timore ſecluſo redirent ad ipſum. Et cùm illa die immediatè ſequēti injunctum mihi mandatum exequendo iter agerem; ad caſtrum Turris, quod eſt Archiepiſcopi Neapolitani, plures à longinquo de ipſa Neapoli venire conſpexi, multos videlicet equites & pedites: unde progrediendo ulteriùs reperi duos Cardinales & plures Curiales cum ipſis ad Papam redeuntes, quibus cùm exponerem cauſam, cur redire deberent, gaviſi fuerunt quòd dictum dominum Papam pro ipſis deſtinaſſet, illisque valedicto ulteriùs ad Neapolim acceſſi, cæteros de ipſis Cardinalibus & Curialibus ibidem repertos ſollicitando ut redirent ad ipſum dominum Papam, prout ſublata mora fecerunt, excepto Cardinali Reatinenſi, qui nunquam ad eundem Papam redire voluit, Neapoli ſubſiſtendo, & res novas contra ipſum ſollicitando, de quibus non modica poſt hæc ipſi Papæ & Cardinali diſpendia, ut inferiùs demonſtrabitur, orta fuerunt.

Cardinales homines delicati.

Reditus aulicorum.

Cardinalis Reatinus Papa obaudit mandata, resq; novas molitur.

ARX ATQUE VALLIS LUCERIAE omnium amœniſſima atque fertiliſſima deſcribitur,

CAPUT XXXVIII.

VERUM prædictum caſtrum Luceriæ conſiſtit in fertiliſſima terra & ſalubri aëre: eſt enim illius territorium ferax optimi vini albi & rubei, grani atque frumenti & aliorum fructuum optimorum in abundantia magna, pulchra planicies, circa illud altiſſimis montibus & fontibus irriguis

Fertilitas ſoli.

& amœnis, quater in anno incolę dictę vallis amœnæ ſeminant, agri producunt fructus diverſos, à vitibus ſuper ulmos protenſis vinum, necnon oleum ex oleaſtris colligitur abundanter: Ipſiq; montes ſunt pleni arboribus, præſertim caſtaneis magnis, in quibus creſcunt majores fructus caſtanearum, quam unquam vidi, & ab una parte verſus caſtrum Amalſiæ in pede montium & ad iter de ipſo caſtro ad Salernum eſt hortus nucum ſive avellanarum, habens in longitudine tria vel quatuor, & in latitudine unum miliare, quæ quidem arbores nucum producunt tantam copiam annis ſingulis, quòd multis regionibus ſufficerent, ſi colligerentur, ſed porci de illis nutriuntur, quorum ſunt optimæ carnes ſalſæ & recentes diu durantes atque ſapidæ: & nunquam vidi pinguiores ac majores capones & vili pretio quàm reperiuntur in planicie præfata. Propterea ipſi Curiales quamdiu erant tuti, libentiùs ibi quàm in alia parte dicti regni Siciliæ remanſerunt. Ab alio verò latere verſus dictum caſtrū Turris, eſt ille fertiliſſimus mons, quem Summa vulgares appellant, admodum fructifer, valde altus & in circumferentiis magnus, diſtans ab eodem caſtro Luceriæ octò miliaria, cui ſimilis in ubertate ſecundum ejus magnitudinem, ut fama eſt, non reperitur. In illo enim creſcunt optima vina Græca ad minus triplicia in anno, ſcilicet magna, mediocria, & minora, quæ ad diverſa loca & regna ducuntur. Et ſæpiùs audivi, quòd vectigalia de illa valerent anno quolibet ultra ducentorum florenorum. Et videbis ibi omni anno tempore vindemiarum de lignis caſtanearum in montibus antè dictis per incolas ipſius regionis aptari ultra C. miliá vaſorū novorum, quorum quodlibet octo Barilia vini ad menſuram Romanam continet, præter alia infinita vaſa, Caratella nuncupata, quorum quodlibet communiter continet quatuor Barilia, in quibus collectum muſtum ex vineis in ipſo monte conditur, & ad loca maritima, Neapolim, & ad diverſa mundi regna per mercatores in mari, quod tria miliaria Italica à monte diſtat, deportatur, quod pleriſq; locis loco Malvatici & alterius pretioſi vini venditur.

Summa montiū circa Lucerā fertilitas eximia.

Uberrimus ex thelonio reditus Attēde vaſorū copiā incredibilē.

DE

DE TROPHAEO AB HENRICO II.

Romanorum Imperatore in Sicilia erecto, erectioniſq́ causa: De victoria ejuſdem, qua contra Græcos belligerans Sicilia potitus eſt: item de veris Siciliæ hæredibus multa ſcitu digniſſima,

CAPUT XXXIX.

SED verſus civitatem Salernitanam, quæ diſtat ab eodem caſtro Luceriæ octo miliaria, in eadem planitie reperitur quædam venerabilis Baſilica, penes quam hodie nemo habitat, & divino cultu penitùs deſtituta eſt, quæ olim ad honorem beatæ Mariæ Virginis ad inſtar Eccleſiæ beatę Mariæ in urbe Aquiſgrani Leodienſis diœceſis conſtructa videtur per ſanctum Henricum hujus nominis ſecundum Auguſtum Saxonem, cujus reliquiæ in Bamberga requieſcunt, cujus uxor erat ſancta Chunigundis, qui ambo toto tempore vitæ ipſorum ſimul cohabitantes, ut de ipſis canit hiſtoria, virgines permanſerunt, in ſignum victoriæ per eum contra Græcos, qui priùs illas partes occuparunt, habitæ, ubi tunc magno conflictu debellatum eſt: ſed Imperator eoſdem Græcos glorioſe vicit, & eos ex dicto regno Siciliæ finibus penitùs extirpavit, adjuvantibus eum tunc illis Normannis, qui poſtea dicto Henrico defuncto manſerunt ibidem, & imbelles illius terræ incolas vicerunt, unde paſſim duces & comites in regnis Siciliæ & Trinacriæ, quæ tunc erant ſub Romano imperio, & unicum regnum conſtituentes, poſtea claræ memoriæ per Lotharium tertium hujus nominis Auguſtum, etiam natione Saxonem violenter pulſi fuerunt. Sed eo ab hac luce ſubtracto illuc redeunt. Poſtea tres reges Siciliæ auxiliantibus eis quibuſdam ſummis Pontificibus expulerunt, qui ipſa regna uſque ad Henricum ſextum Imperatorem & regem hæreditarium regnorum Siciliæ & Trinacriæ genitorem prædicti Friderici ſecundi Auguſti procreati ex domina Conſtantia regina & hærede dicti regni poſſederunt, ſub prætextu quòd ipſam reginā à Romana Eccleſia ſub tributo ſeu cenſu annuo recognoſcerent. Poſt quos Henricus ſextus,

Hēricus II. Eccleſiā ob victoriam contra Græcos in Sicilia conſtruxit.

Normanni à Germanis Sicilia pulſi.

Veri atq́ legitimi hæredes Siciliæ.

xtus,& poſt eum Fridericus ſecundus præfati, & poſt ipſum Conradus ipſius Friderici natus, Manfredus atque deinceps Alemani deſcendentes ab ipſis, ac de domo ducum Sueviæ oriundi uſque ad tempus Caroli hujus nominis primi regis Siciliæ fratris regis Francorum per Eccleſiam de ipſo regno Siciliæ inveſtiti, de quo ſuperius eſt mentio facta, prædicta regna jure hæreditario gubernarunt, atque ipſe Fridericus Auguſtus regnicolis juſtiſſimas leges dedit, quæ conſtitutiones regni nuncupantur.

Fridericus Sicalis leges tulit, Cōſtitutiones regni vocatas.

DE AMOENITATE REGIONIS AC ſaltus Luceriani & Salernitani,

CAPUT XL.

CIRCA dictum caſtrum Luceriæ in montibus & ſylvis apri, cervi, necnon aliæ feræ ſylveſtres ſunt: propterea dictus dominus Otto Brunſuicenſis plerumque illic in regali & propria poteſtate ad pellendam ſegnitiem venari conſuetus, ſolùm de feris quas eo agitante capi contigit, duntaxat capite ſervato, reſiduum comitantibus cum nobilibus donavit. Adeo autem fertilis eſt illa plaga pariter & amœna, veluti ager cui dominus benedixit, ubi etiam prope Burgum prædictum cernitur in campis Eccleſia ſancti Priſci, quæ olim fuit Cathedralis, ubi prophetæ Abacuk reliquiæ conſervantur, & prope dictum caſtrum per gyrum apparent adhuc fundamenta domorum, indicantia quòd olim ibi fuit civitas cujus nunc ruinæ cernuntur. Sed ipſa civitas Salernitana pulchris ædificiis redimita, & ſuper mare poſita ab alio latere montibus aromaticis & pinguibus undique circumdata eſt, in quibus optima creſcunt vina & uberrimæ arbores, in quibus limones, poma, citrina, arantia, granata, & alii fructus aromatici in maxima abundantia videntur. Nil mirum igitur, ſi in eadem civitate Salernitana talibus ſtipata montibus & prope mare conſiſtente olim viguerit & jam vigeat ſtudium in medicinis. Illic etiam in majori eccleſia ſub ſummo altari corpus beati Matthæi Apoſtoli ac Evangeliſtæ cum magna reverentia conſervatur, proùt mihi oſtēdebatur dum in feſto ejus illuc acceſſiſem, & propè in Amalfia

Divi Matthæi apoſtoli corpus.

ſia vidi corpus S. Andreæ apoſtoli, quod tamen poſtea, capta ipſa civitate per Cathalonos in pleriſque galeis per mare illic applicantes (nondum viginti anni elapſi) ut dicitur, ſimul cum ducentis & ultrà natalibus puellis ſublatum eſt. *Item corpus ſancti Andreæ ubi ſervetur.*

PROSEQUITUR HISTORIAM. URbanus cum curialibus conſultat de loco hyemationis,

CAPUT XLI.

POSTQUAM autem dictus rex Carolus ad propria reverſus fuerat, forſan impeditus infirmitate qua tunc gravabatur, eundem Urbanum non ſubitò viſitavit, eoque majorem rancorem Urbanus contra ipſum cœpit habere: quod cognoſcentes Curiales Papæ, valde timebant in illa plaga diutiùs manere, & multi eorum Urbanum precabantur, ut vel amicitiam firmam cum rege faceret, aut pro ipſius ſuorumque Cardinalium & Curialium ſecuritate rediret ad urbem vel ad alium locum extra dictum regnum Siciliæ tutum & aptum pro curia. At ipſe aliud gerens in mente, reſpondit quòd ſuper hoc cum ipſis deliberare eoſq; conſulere vellet, unde majoribus ex Curialibus ad ſe pluries in publico accerſitis propoſuit, quid eis videretur agendum conſultiùs, ſcilicet an ibidem hyemaret, vel ad locum aliquem extra dictum regnum declinaret. Qui una voce reſpondendo dixerunt, ſi pacem firmam cum dicto rege Carolo ſe ſperaret habiturũ, tunc non eſſet timendum, ſi in hoc loco diutius maneret: ſi autem de hoc dubitaret, tunc nequaquam ſibi & eis tutum eſſet diutiùs morari, multas allegantes rationes & cauſas per quas credebant eum placari. Sed Urbanus in ſua pertinacia perſeverans nihil reſpondit. Videntes autem prædicti Car- Cardinales & Curiales ſe hac ratione non proficere, vehementer timebant eis imminere grandia pericula, ſi illic Papa & ipſi diutiùs morarentur.

DE

DE CARDINALIS REATINI, Atque quorundam doctorum tractatu contra Urbanum.

Caput XLII.

Quæſtio inter doctos de coërcenda poteſtate Pötificis agitata.

His ita ſe habentibus dictus Cardinalis Reatinus tunc in Neapoli exiſtens, cum aliquibus Cardinalibus, qui erant cum Urbano in caſtro Luceriæ & cum quodam Bartolino de Placentia, procuratore in Romana Curia, audace & ingenioſo, qui ſolitus erat plerumq; defendere iniquas cauſas ut quomodolibet lucraretur, is cœpit aliquas quæſtiunculas, quas poſtea perlegi, continentes quòd ſi Papa eſſet nimis negligens aut inutilis ad regendum, ſed adeo inniteretur ſuo ſenſui, quòd per ejus factum periclitaretur univerſalis Eccleſia, vel eſſet effrænis, ita quòd abſq; conſilio Cardinalium pro libito voluntatis omnia agere vellet, nunquid liceret idoneum curatorem vel aliquos idoneos curatores per Cardinalium electionem ſubſtituere, juxta cujus ſeu quorum conſilio ſeu rationis dictamine Papa expedire ſingula Eccleſiæ negotia teneretur, & talium quæſtionum numero XII, edidit, pro parte affirmativa, quòd ſic fieri poſſit, multas rationes adducens. Necnon quæſtiones & rationes huiusmodi per aliquos excellentes magiſtros in ſacra Theologia, & etiam per nonnullos egregios in utroq; jure Doctores procuraverat recenſeri, quæ tamē ſub diverſis opinionibus contrariis & minus ſufficienter enucleatæ remanentes ad manus meas poſtea pervenerunt. Itaq; cum agerentur, Cardinalis de Manupello, de domo Urſinenſi, Romanus natione, qui tunc prope dictum Burgum morabatur, accedens ſecretè ad ipſum Urbanum, ſibi hæc omnia revelavit, affirmās quòd multi Cardinales hujusmodi vidiſſēt articulos & rationes, illisq; inhærerent, eosq; articulos Urbano in ſpecie recitavit. Unde ſtatim Papa furore accenſus, & cùm brevi certā die prædicti Cardinales ad ipſum caſtrū acceſſiſſent, atq; cū eo Conſiſtoriū, ut moris, adiiſſent, Urbanus ſtatim finito dicto cōſiſtorio, ſex de ipſis Cardinalibus magis cæteris literatos in eodē caſtro retinuit, abire ad hoſpitia reliquos permittēdo, mox illorū ſex Cardinaliū bona ſibi

ſibi confiſcando, quæ de hoſpitiis eorum recipi, necnon ad dictum caſtrum fecit adduci. Ipſi autem Cardinales retenti, fuerunt quidam Doctores & viri egregii reputati, quos à multis annis cognovi, ac ſtatim factum eſt ſilentium inter omnes Curiales ac vehemens ſtupor & tremor.

DE IMPUDENTI QUORUNDAM Neapolitanorum petitione, deq; authoris ſollicitudine,

CAPUT XLIII.

SEntientes verò hoc Neapolitanorũ aliqui milites & militares, cauſa ſeminãdi fortiores diſcordias inter Papã & regẽ Carolum ad eundem Papam clàm diverſis cõfictis coloribus acceſſerunt: & quia erant avidi ad obtinendũ pro ſe ſuiſq; amicis, promiſerunt ſe facturos & ordinaturos ardua multa, præſertim in civitate Neapolitana prædicta, quæ caput eſt & inſignis Metropolis regni Siciliæ, & nihilò minùs quẽdã rotulũ, in quo erant multi atq; mirabiles conſcriptæ petitiones, Papæ ad ſignandum porrexerunt, quẽ mihi ulteriùs idem Urbanus tradidit ad examinãdum, in quo reperi plures ſupplicationes, in quibus petebatur, quòd ipſe dominus Papa tali vel tali de Cardinalatu provideret, & ſupplicabãt rectè per modũ obtinendi hujuſmodi Cardinalatus honorem, prout ad obtinendam aliquam expectativam gratiam à Papa ad aliquod beneficiũ Eccleſiaſticum vacaturum quis ſupplicare conſuevit, & alia multa exorbitantia in eadem rotula poſtulabant. Ego autem hujuſmodi perlegens, de illis petitionibus plurimùm admirabar, & ante quamlibet eorundem petitionum in ſpacio aliquod ſignum feci ad denotandum per hoc ignominiam petentium, & Papam reddendo cautum, quòd eorum temeritatem ſaltem ſub ſilentio argueret. Sed Urbanus confidens nimium ſeminatoribus zizaniarum, ita quòd meditantibus ipſorum conſiliis & auxiliis civitatem Neapolitanam (expulſo vi rege) citò capere poſſet, dictos ſex Cardinales ſecum retinuit in quadam ciſterna rupta ſtrictiùs alligatos.

Authoris officiũ circa ſupplicationes abbreviandas atque regiſtrandas.

URBANUS ARCHIEPISCOPOS ELEctores Imperii galero donans, pleroſq; indigniſſimos creat Cardinales,

CAPVT XLIII.

Die verò ſequenti poſt feſtum Epiphaniæ domini, me præſente ad pronunciatinem multorum novorum Cardinalium ipſe in præfato caſtro in publico conſiſtorio, exorſus eſt ſermonem, & quem tunc fecit, hic erat: Lætare Germania, &c. nominans eos, inter quos erant Colonienſis adhuc vivus, & Maguntinenſis atque Trevirenſis Archiepiſcopi, & Arnoldus Leodienſis defuncti, necnon Venceslaus Uratislavienſis Epiſcopi; ac dominus Petrus de Roſenberg nobilis genere, & honeſtæ converſationis presbyter, de regno Boemiæ natus: qui tamen unanimiter poſt longam deliberationem inter ſe habitam omni ambitione ſemota, hujuſmodi Cardinalatus honorem acceptare noluerunt, licet idem dominus Papa Archiepiſcopis & Epiſcopis præfatis Eccleſiarum ſibi commiſſarum adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus quoad viverent, eis etiam non petentibus conſervaſſet. Tunc pronunciavit multos Cardinales de Neapoli oriundos, inter quos erat ille inſignis ſymoniacus Monopolitanenſis, ſed ipſi aſſumere timore dicti regis Caroli non audebant talem honorem, ſed in hoſpitiis eorum diu, ut vulpes in foveis; Neapoli latitantes, & ne deriderentur à vulgo: multæ dominæ Neapolitanæ, quibus notæ fuerunt conditiones ipſorum novorum Cardinalium, me quandoque audiente dixerunt, videam maritum tuum Cardinalem: novi enim Cardinales Neapolitani omnes dicebantur habere perſonam ſecundam penes ſe, ſicq; honor flammei pilei viliſſimè habebatur in eadem civitate. Dictus enim Urbanus rancore & ira impeditus non reſpexit, quales Cardinales pro utilitate univerſalis Eccleſiæ tunc crearet, & interim urgente neceſſitate longè quærens auxilia, per quæ poſſet in neceſſitatis articulo de ipſo caſtro invitis hoſtibus liberari, miſit ſuos nuncios ad quendam ſtrenuum virum dominum

Petrus Roſenberg Bohemus.

Indigni honoribus aucti.

Facilitas Vrbani.

num Raymundum de Baucio, filium domini Comitis Nolenſis de Urſinis, quiquidem Raymundus erat potens opere & ſermone in eadem Apulia, ſed partem dicti regis non fovebat, ſed Clementi ac duci Andegavenſi adhærebat, licet prædictus ejus genitor Comes Nolenſis tunc præcipuæ dignitatis eſſet cùm rege Carolo & huic domino Raymundo poſt obitum Ludovici ducis Andegavenſis in Apulia, ut præfertur, ejusdem ducis exercitus adhæſit, quique demum defuncto eodem domino Ottone principe Tarnentienſi & in principatu Tarentinenſi ſucceſſit, quem idem dominus Otto poſt ipſius liberationem à captivitate prædicta recuperavit, & in terra Foye in Apulia deceſſit, agens tunc annum octuageſimum. In ſumma, tantum cum eodem domino Raymundo Urbanus effecit, quòd cum omnibus ſibi adhærentibus ad ejus defenſionem totus inclinabat.

DE EXAMINATIONE *Cardinalium captorum.*

CAPUT XLV.

ET interim quadam die circa prædictum feſtum Epiphaniæ ad dictum Burgum, in quo tunc morabar, miſit & juſſit ipſe Urbanus, ut eveſtigiò ipſum accederem: ad quem cùm veniſſem, ſtatim mandavit, ut portæ caſtri clauderentur: quod ego videns incœpi tremere, ac timens ne aliquod malum mihi inferretur, & qua cauſa me vocaverit, tam citò ſciſcitari non potui, ſed amicus quidam hoc conſiderans, clàm dixit mihi, non timeas, quia non imminet tibi aliquod periculum, ſed prudenter agas conſulo, nec plura dicam: Quibus auditis incœpi aliqualiter vires aſſumere: tandem ſupervenerunt Petrus de Alacro ſecretarius dicti domini Urbani, necnon Baſilius de Levanto inſignis pyrata, natione Januenſis, dominus Paulus de Juvenatio de Apulia oriundus, poſtea notarius ſedis Apoſtolicæ; necnon Benedictus clariſſimus Doctor Decretorum, quem poſtea Urbanus ſuum Camerarium fecit, & quidam Epiſcopus titulis ord nis fratrum Prædicatorum dicti Baſilii conſanguineus, qui ad exami-

Qui ad examen atq; torturá Cardinalium fuẽrint deſtinati.

examinandum mecum dictos Cardinales captivos per Urbanum deputati fuerunt, quique ſimul congregati ſtatim arcem dicti caſtri, in qua Cardinales captivi tenebantur, fortiſſimam introivimus, quam tunc quidam miles Neapolitan⁹ pro Butyllo cuſtodivit, quamq; ingreſſi primò acceſſimus ad locum in quo fuit dominus Cardinalis de Sangro, qui q. dem locus adeo artus erat & brevis, quòd idem Cardinalis in eo vix potuit extendere pedes ſuos: concomitante nos dicto Franciſco, qui hortans prædictos Cardinales, quòd liberè dicerent ea nobis, propter quæ ipſi capti eſſent, & promittens quòd non timere deberent, etiamſi multum contra eundem Urbanum peccaſſent, quia dominus Urbanus non quæreret eorum malum ſeu interitum, ſed ipſis ignoſcere eosq; benignè tractare vellet, ſuper quo etiam ipſe Franciſcus penes dominum Urbanum intendere fideliter & ſollicitè laborare vellet. Itaque nos adeuntes ſigillatim omnes Cardinales ſingulos ſingulis tricliniis recluſos invenimus eos cathenis onuſtos, quos examinamus, ut nobis demandatum erat, ut per juramenta ipſorum ſingulariter præſtita, nobis dicerent veritatem: noluit enim nôbis Papa dicere, ſuper quo ipſos præcipuè interrogare deberemus. Quibus ſigillatim examinatis ad Urbanum ſubitò revertebamur, cui omnia quę reperimus in examine hujuſmodi, enarravi. Ipſi autem Paulus & Petrus ſtantes ſecus pedes dicti Urbani ante ipſum flebant amarè, nec verbum præ dolore poterant eructare. De quo Urbanus ira commotus eis improperabat dicens, quare ploratis ad inſtar debilium fœminarum qui ſtatim ab inde abierunt. Ego verò cum ipſo Urbano ſolus remanens, illi cũ magno timore loquebar in hæc verba: Beatiſſime pater cur clementia veſtra ſe ſuosq; omnes charos & Curiales ſubmittit tot imminentibus periculis, quia nullus jam locus prope nos eſt, ad quem veſtri Curiales in tot diſpendiis conſtituti, tutè poſſent accedere, nec hic habent locum congruum manẽdi. Miſeremini ſaltem veſtrum, ne in manibus hoſtium taliter omnes ſimul pereamus, & ſimus ludibrium hoſtibus: parcite quæſo benigne pater dictis captivis Cardinalibus, aut injurias, ſi quæ ſint vobis illatæ per ipſos, diſſimulate ad tempus magis oportunum: quis enim non peccavit aliquando? & ſępe contigit, quòd hoſtis devictus ſed benignè dimiſſus, fact⁹ eſt victoris verus amicus, nec unquã poſtea receſſit ab ipſo.

Verba authoris Urbanum placare ſtudẽtis.

Pietas

Pietas enim & miſericordia ſemper vigere debent in ſummo Pontifice: nobilis enim animi eſt in bono vincere malum, nec debet Eccleſia claudere gremiū humiliter redeunti. Sed fruſtra hæc loquebar, quia quantò plura dixi, tantò magis ipſe iraſcebatur, & facta eſt facies ejus tandem præ iracundia quaſi lāpas ardens, & guttur ejus raucedine replebatur: quod videns obſtupui & ſilui ad tempus. Ipſe autem dixit mihi, quòd malè informatus eſſem de his, quæ contra eum agebantur, ſed citò illa luculentiùs viderem. Unde ſtatim vocavit ſecretarium dicti Franciſci de Amalſia, illo veniente inveſtigavit ab eo, ubi eſſet confeſſio Epiſcopi Aquilani, quem eadem de cauſa in eculeo inhumaniter pridie torqueri fecerat, qui metu tormentorum plura confeſſus erat, & aliquos de ipſis captivis Cardinalibus hujus facti fore conſcios affirmavit. Ego verò legendo confeſſa illius Epiſcopi iterum dixi (licet in magno timore) ad eundem dominum Urbanum, quòd illa confeſſio non debebat illis captivis Cardinalibus præjudicare, eo quòd nonnulli in tanto diſcrimine conſtituti multa falſa etiam contra ſeipſos, ut pœnam tormentorum ad tempus evaderent, quandoque dicerent mentientes: ſed etiam hoc dicendo non profeci, quia in his omnibus non eſt averſus furor ejus.

MARE NEAPOLITANUM OB pyratas infeſtum: Olei ex petris diſtillantis cauſa: De Ethna atque Veſuvio montibus,

CAPUT XLVI.

INTERIM verò dictus Reatinus & quatuor alii Cardinales Neapoli exiſtentes, cum dicto rege Carolo, cujus partes foverunt, compatientes captivis Cardinalibus, & ſi aliquo modo eos de manibus Urbani liberare poſſent, ſollicitè laborabant, ſed proficere nihil poterant: erat enim nimis induratū cor ejus, ut cor Pharaonis, nec de facili eripitur præda de ore leonis. At paſſim Curiales ab Urbano recedentes Neapolim properabant. Sed via undique prædonibus obſita erat ordinante quodam Achicillo Neapolitano, milite per-

 fido,

fido, rapaci, Capitaneo tunc civitatis Scabienſis, quæ alio nomine Caſtrum maris nuncupatur, ubi eſt portus maris, diſtans à Neapoli viginti miliaria: qui quidem miles multa facinora injuſtè perpetrando & homines rebus ſuis ſpoliando, nec aliquod crimen omittendo ſub protectione dictæ dominæ Margaretæ, quæ ſibi favit, omni timore Dei & hominū verecundia ſemota, publicè ac privatè commiſit, quod ceſſit & in cumulum malorum ab Urbano fugientium Curialiū; qui cùm crederent ſic fugiendo evaſiſſe Charybdim, pervenientes in poteſtatem dicti militis in Scyllā miſerè ceciderunt. *Digreditur author.* Transfretantes autem de dicto caſtro per mare verſus Neapolim, & cùm veniunt ad radices montis Summæ nominati, fervente ſole per tria miliaria continuè ſentiunt quendam *Petroleum.* liquorum craſſum, apud medicos vocatur Petroleum, & quod in illa plaga colligitur, dicitur eſſe optimum, ad omnē morbum curandum utile, ſed fœtor ille transfretantibus inſuetis quodam modo nauſeam movet, ut egomet ſæpe ſentii. Multi arbitrantur, quòd in illa plaga ſint in mari quidam ſulphurei & ardentes continuò montes, qui fumant ex ſe hujusmodi craſſitiem ſeu liquorem, qui penetrando aquas à fundo maris usque ſurſum ſic unctuoſus efficitur in ſeipſo. Plerique exiſtimant, quòd olim duæ magnæ civitates, ſcilicet Herculea, & quædam alia, quas Seneca commemorat in ſuis Naturalibus quæſtionibus, ſitæ ibi fuerunt ſed terræmotu ſubmerſæ aquis vehementibus perierunt. Aliqui etiam fabulantur, quòd mons Ethna ardens adhuc continuè prope dictum regnum Trinacriæ, in mari, olim erat in eodem loco montis Summæ, ad cujus radices dictus prorumpit liquor. Idem mons aliàs Veſuvius dictus, de quo multa fabuloſa antiquis temporibus audiebantur, ſed tandem orationibus beati Priſci confeſſoris de ipſo loco mons remotus, & ad alium locum longè inde diſtantem, in quo nunc ardet, fuit, ut ajunt, miraculosè translatus.

DE SÆVITIA ATQUE CRUDELItate militis cujusdam Neapolitani in aulicos Pontificios,

CAPUT XLVII.

DIcti itaque Curiales recedentes paſſim ab Urbano timore prædictorum prædonum, ad Caſtrum maris, non tamen abſque magno periculo, confugerunt, & adeo infra dies paucos eorum ibi multiplicatus eſt numerus, quòd idem pravus miles timens fortè dictam multitudinem, & ipſos ſub colore juſtitiæ rebus ſpoliare ſatagens, edictum fieri fecit, quòd quilibet eorundem Curialium aſſignaret arma ſua in Curia ſeculari dicti Caſtri ſub pœna capitali eadem die, interim nihilo minùs illuc venientes de caſtro Luceriæ terreſtri itinere fecerat ſpoliari rebus ſuis & malè tractari, fingens ſe illud ignorare. Habitis armis Curialium, præconizari publicè fecit, quòd omnes Curiales, qui erant in civitate, in craſtinum ante horam nonam ſub pœna capitis abirent, cumque Curiales receſſuri ipſa die ſtatuta navigiis carerent, aliqui ditiores & nobiliores dicto milite dolosè ordinante naves pretio invenerunt, quibus cum Neapolim eodem die tranfretarent. Sed dictus miles aſtutia & malitia plenus ſubornavit quosdam nautas in aliis navibus, qui linguā Cathalanorum, quantū poterant, imitati, licet eſſent Itali, fingentes ſe hoſtes dicti militis, eosdem Curiales tunc transfretantes invaſerunt, & aliquos eorum percuſſerunt, & demum omnibus rebus exuerunt. Hinc fugam ſimulabant è regione ad inſulam Caprearum oppoſitam Neapoli, quam hoſtes ipſius regis Caroli obtinebant, & in qua nonnulli pyratæ Cathalani cum una galea & galeotta, necnon aliquibus aliis navibus ad ſpoliandum illic mare tranſeuntes degebant conſciis nautis, qui dictos Curiales duxerunt ad altum mare tandiu donec à ſpoliatoribus longè diſtantibus ulteriùs ipſos videre nō poterāt. Et ipſe miles hujusmodi prædas omnes in quibusdam locis noctu per interpoſitas perſonas in eadem civitate ſollicitè collegit: & ſic nudati rebus Curiales, qui erant in navibus, ad Neapolim pervenerunt, ubi licet diu atq; inſtanter in Curia dicti Caroli regis laborarent pro reſtitutione rerum hujusmodi,

Spoliantur atq; exuuntur Curiales.

juſmodi, tamen nihil effecerunt. Illi autem Curiales qui terreſtri itinere Neapolim profecti erant, paſſim per latrones ſeu malendrinos à dicto milite diverſis locis in magna multitudine ſubordinatos bonis & rebus ſuis ſpoliati fuerunt: quod audiens dolebam, & compatiens ipſis Curialibus in tot perplexitatibus conſtitutis, iterum acceſſi Urbanum, eum blandè taliter alloquendo:

PRECATUR URBANUM AUTHOR, ut ſui ſuorumq; rationem habeat,

CAPUT XLVIII.

BEnigne pater, cur non compatitur S. V. ſuis ſervitoribus Curialibus, qui paſſim ab E. S. metu corporis & propter intolerabilem rerum penuriam recedentes, velut oves ſine paſtore per devia evagantes ad manus hoſtium deveniunt, per quos trucidantur & rebus ſuis ſpoliantur, ac ſuperſtites, quò declinent, prorſus ignorant: utinam E. S. hæc adverteret, ac ipſis vehementer afflictis per aliquem modum convenientem ſubitò ſubveniret, adjiciens, prout verum fuit, publicam famam eſſe, omnia hæc evenire, eo quòd ipſe dominus Papa dictum Franciſcum nimis diligeret, & plus debito extollere vellet, quodque melius eſſet nunc illud diſſimulare, dictosque Cardinales captivos ſuæ libertati reſtituere, pacemque cum rege Carolo inire, atque ipſo regno decedere, quàm hujuſmodi Curiales taliter diſpergere, & ſi Franciſcus ille non ſatis poſſideret in terra, tunc poſſent ſibi in provinciis patrimonii ſancti Petri in Tuſcia & Marchia Anchonitana plura caſtra committi, quouſque idem Urbanus in ſua libertate conſtitutus dicto Franciſco uberius provideret. Ad quæ mihi reſpondit, Se propter dictum Franciſcum iſta diſcrimina non obiiſſet, nec ipſius intuitu erga regem Carolum ægro eſſe animo, ſed propter injurias, quas rex & ejus uxor ſibi crebriùs intuliſſent, quodq; ſperabat hujuſmodi incœpti negotii per eum bonum citò conſequi finem, infraq; xiij. dies ſequentes proximè civitatem Neapolitanam ſui dominii futuram eſſe. De adverſis autem, in quas Curiales inciderant, ſe quidem dolere, ſed quia illa propter inſcitiam pate-

Fovetur ſpe vana Pontifex.

paterentur, forti animo eſſent toleranda. Neapolis tamen ipſa nunquam devenit in ejus dominium, ſed talia figmenta quidam dicti regis æmuli pro veris & certis dicto Urbano ſuggeſſerunt. *Cornua bihis eluditur.*

AUTHOR NEAPOLIM REDIENS denuo incidit in latrones, quos, ſervulis ſuis malè mulctatis atque ſpoliatis, vix evaſit: Item de forma & moribus Caroli Regis,

CAPUT XLIX.

VIDENS autem ego tandem ipſum Urbanum ad concordiam flecti non poſſe, oportunitate captata ab ipſo recedens ad Neapolim non abſque corporis mei gravi diſcrimine perveni: quia pluries una die incidi in latrones, quos tandem divina mihi ſuffragante clementia munitus, ſed valde difficulter evaſi, tamen rebus meis per latrones ſpoliatis etiam duo mihi familiares juvenes ad mortem penè vulnerati fuerunt, & tunc usque ad nonam diem menſis Auguſti ejuſdem anni in Neapoli remanſi, & niſi familiariter rex & aliqui de ſuis noti mihi fuiſſent, quòd dictos Cardinales, ut præfertur, examinavi, ſævam mortem nullatenus evaſiſſem. Erat autem prædictus Carolus brevis ſtaturæ & ruffus, ac pulcher aſpectu, necnon loquela & inceſſu placidus, poëtis & hiſtoriis liberaliter inſtructus, de quibus libenter poſt epulas cum doctis viris conferre ſolitus fuit: quadrageſimum annum egit dum fuerat interfectus, tunc quidam Eccleſiaſtici prælati & clerici ſuſpecti, quòd partem dicti Urbani foverent, Neapoli capti in Curia regis tormentis ſubdebantur, nonnulli ſubmergebantur in mari, & plures eorum diutiſſimè in carceribus regis tenebantur. *Caroli regis ſtatura, ac mores.*

CARDINALES CARCERIBUS educti innocentiam ſuam teſtantes iterum reponuntur, deq́ immanitate Urbani.

Caput L.

INterim autem ad dictum caſtrum Luceriæ venit ad dominum Urbanum præfatus dominus Raymundus de Raucio circa Carniſprivium cum magna & forti armigerorum comitatu, coram quo Urbanus in publico conſiſtorio Cardinales de ipſa ciſterna veteri, in qua diu recluſi fuerant, educi & coram ſe poni fecit, promittens eis veniam, ſi reatum quē eis impoſuit, expreſsè confiterentur: attamen quemlibet ipſorum aſperè arguit, & quia aſſerebant ſe fore innocentes, ac eis impendi gratiam ardentiùs precabantur. Urbanus autem nihilo minùs ipſos ad locum ſeu lacum potiùs priſtinum reponi juſſit, in quo usque ad ipſius receſſum ab eodem caſtro, videlicet ad octavam diem prædicti menſis Auguſti includebantur adeo miſerè, ut frequenter audivi, fame, frigore, ſiti, ac vermibus plurimùm cruciati, & nunquam commota ſunt dicti Urbani miſericordiæ viſcera ſuper ipſos: erant enim cor ejus erga ipſos lapidibus aut ſilice durius, quippe ablatas ſibi preces pro eis per quoſcunque penitus obaudivit, & credo, citiùs mortem ſuſtinuiſſet, quàm eos libertati priſtinę reddidiſſet. Sed aliqui dicebant, quòd ſi prædicti Cardinales confeſſi fuiſſent in publico ſic educti, ut præfertur, eos degradaſſet, ac eidem Raymundo ſuiſque commilitonibus, qui partem Clementis fovebant, necandos tradidiſſet.

Inhumanitas Urbani.

CAR-

CARDINALES QUÆSTIONIbus atque tormentis iterum ſubduntur, præcipuè autem Cardinales de Sangro,

CAPUT LI.

CUmq; examinationem ſecundam per quæſtiones ſæpe dictus Urbanus de his Cardinalibus facere decreviſſet, ſcilicet infra tres dies poſtquã eos in caſtro retinuit,& alios nominatos ſuperiùs ad examinationem faciendam iterum direxit ad quoddam magnum cellarium in eodem caſtro, & ecce adducitur præfatus dominus Cardinalis de Sangro per ſatellites, habens compedes ferreas, tunicam talarem ſine ſuperplicio,&brevem mantellum duplicem circundatum, quia frigidi venti frequenter ſpirant in eodem caſtro,quod eſt in magno ac ſpacioſo & alto monte collocatum: qui cùm perveniſſet quaſi ad finem dicti cellarii, ubi funes de alto pendentes ſibi præparatos aſpexit, & per ſatellites mox exuebatur veſtibus, ei femoralibus & camiſia vix relictis,& ſtrictiſſimè per carnifices ligabatur:quod videns ipſe Franciſcus haud remotè ſtans immoderatè ridebat, ego autem qui dictumCardinalem dilexi, incœpi tremere ac dolere,nec erat locus fugæ tunc mihi aptus: ſed quid moror? dictus Cardinalis,qui fuit vir ætatis maturæ, corpolentus & longæ ſtaturæ,ligatus ter de terra trahebatur in altum,& demum cœpit viribus quaſi deficere, quod cùm viderem eo ad terram demiſſo ſubſilentio dixi, Chariſſime pater, nunquid videtis quòd quæritur anima veſtra, propter Deum liberate vos dicentes aliquid, ut iſtorum manus iſta vice evadere valeatis:qui reſpondens ait,neſcio quid dicam. Et cùm tortores iterũ eum torquere vellent,dixi,Ceſſate, ſatis enim jam mihi dixit:ipſis autem, quæ dixit, à me ſcire volentibus reſpondi,quòd ea priùs ſcribere & poſtea eis reſerare vellẽ. Et ſic eum illa vice amplius non torquebant, ſed ipſum trahentes ad oſtiũ dicti cellarii, ut refrigerium aliquod reciperet,collocarunt, qui dum ad ſe converſus foret, nobis aſtantibus dixit, Videte fratres, aliàs fui glorioſus & magnus in hoc ſeculo, ut vos ipſi vidiſtis,nunc autem ſum miſerrimus omni-

Cardinalis de Sangro primus educitur, forma & habitu miſerandus.

Truculentia Franciſci nepotis.

Pietas atq; cõmiſeratio authoris in Cardinalẽ.

Viciſſitudines rerum,

atq; lubricitas humanæ ſortis

Verba Cardinalis vicē ſuam dolentis, atq; in ſe revertentis.

I. luſo atque inuicta crudelitati repenſa.

omnium & deſpectus,& utinam mihi daretur hoc pro gratia ſingulari , quòd nihil habens per mundum tanquam pauper presbyter in vita mea mendicare, ſicque vitam defendere poſſem : ſed,proh dolor,tribulatio & anguſtia mihi Dei judicio reſervatæ ſunt,pro eo quòd exercendo legationis officium in hoc regno pro domino noſtro Papa,non peperci Archiepiſcopis,Epiſcopis,Abbatibus , & aliis Eccleſiaſticis prælatis atque presbyteris & clericis,aut ſtatui,vel ætati,credens me ſibi in hoc placere. Cui dictus Franciſcus dixit,quò non deberet timere , aut in aliquo de domino Papa dubitare,quia dominus Papa vellet ſecum humaniter agere, atque alia multa blandiuſcula eructavit,per quæ tamen Cardinalis conſolari noluit , timens vehementer atrocitatem Papæ.

DE TRUCULENTISSIMI BASILii moribus & tormentis Cardinalis Veneti,

CAPUT LII.

ET cùm hæc facta forent,tunc Urbanus vocavit ad ſe præfatum Baſilium,qui per Papam executor fuit principalis ad torquendum prædictos Cardinales,quod mandatum illi erat ſatis gratum : fuit enim malignantis naturę, ac odivit naturaliter clericos & eccleſiaſticas parſonas,fuitque Dei & ſervitorum ejus; præcipuus perſecutor , pyrata, inſignis,à juventute Chriſtianorum,quos captivavit, tortor immanis, ſolitus vivere de malè quæſitis & rapinis,ſed tandem in arte pyratica deficiens,& pauper effectus , ad Urbanum acceſſit, qui cum fecit fratrem hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani,non propter devotionem,ſed ut prioratum hoſpitalis in regno Trinacriæ conſequi poſſet. Huic dictus Urbanus injunxit,ut die ſequenti poſt dicti Cardinalis de Sangro quæſtiones Cardinalem Venetum torquerent, quem Papa ipſe tandiu torqueri juſſit, donec ipſemet audiret ejulatum illius,Baſilius altera die me & alios ad examinationem deputatos ad ſe vocans , & dum veniremus ad locum in quo Cardinalis Venetus tenebatur,eum inde eripiens Baſilius ad quandam aulam dictæ arcis perduxit, veſtibus eum denudans funibus in altum ſuſpenſis ad terram uſque pendentibus

Attende Pontificis pietatem.

Attende tortorum immanita-

bus ſatis ſtrictè ligavit,quem,licet eſſet fractus,morboſus & ſenex ac valde debilis complexionis, de mane tamen uſque ad horam prandii in eculeo aſſiduè ac crudeliſſimè tormentavit: ille autem quotiens trahebatur in altum,repetiit illum verſum,Chriſtus pro nobis paſſus eſt,&c.Idemque Urbanus interim in horto inferiùs ambulabat altè legendo officium, ita quòd eum legentem nos in aula audiebamus,volens dictum Baſilium per hoc reddere ſollicitum,quòd mandatum de diligenter torquendo Cardinalem non negligeret. Ego autem ipſas crudelitates amplius æquanimiter videre non valens,finxi mihi caput dolere,ac petendo licentiam à dicto Conrado milite,quòd ad hoſpitium meum redire pro modica horula cauſa recreationis poſſem, ei promiſi quòd ſi illam gratiam mihi faceret,ad eum immediatè redirē, & poſt multas preces obtinui ab ipſo licentiam dictum caſtrum exeundi.

tem plus quam feriunam.

Authoris clementia miſerum eo verſantis ſpectaculum.

DE ADMONITIONE FUGAE QUIbuſdam ſcriptoribus bullarum torquendis per authorem ſignificata,ac de Pontificis ſceleribus religioſa admodum dubitatio,

CAPUT LIII.

ET poſtquam revertebar ad hoſpitium meum, ſtatim Urbanus per eundem Baſilium ſuosq; complices mihi mādari fecit, quòd cum ipſis irem inquirendo quoſdam ſcriptores literarum Apoſtolicarum in Burgo tunc exiſtentes, ſibi ſuſpectos in hoc negocio. Et cùm viderem aliquos ſuſpectos,ſignum eis dedi,quòd fugerent à facie arcus, quod ipſi intelligentes repentè fugerunt,ſicq;auxiliante Domino evaſerunt,quo facto iterum me finxi infirmum per dies aliquot in meo hoſpitio latitando. Sed interim prædicti alii Cardinales torti fuerunt:quibus ſic procedentibus Urbanus ad ducē Januenſem miſit,ſollicitādo eum,quòd ſibi per mare cū decē galeis armatis certo termino occurreret in caſtro fluviarii ultra Salernū,& impignoravit ei pro expenſis faciēdis certa caſtra eccleſiæ Saonenſis, qui poſtquam pervenit ad Januā,ipſi duci efficaciter promiſſa aſſignavit. Et ſi fas eſſet de his quę perPapā fiūt,hæſitare,mirarer quomodo talia licitè

De ſcriptoribus Apoſtolicis.

Cæteri Cardinales omnes cruciatibus adfecti.

De his quæ à Papa perperam fiūt, an ulli contradicere liceat paſſ.

licitè fieri poſſent, ſcilicet quòd Papa donata caſtra & alia bona per Imperatores & reges Romanos & alios Catholicos eccleſiis auferre, atque in prophanos uſus pro ſuo nutu convertere poſſit. Multa etiam alia promiſit eidem duci per medias perſonas, per quæ tandem ipſum ad ejus propoſitū induxit, ita quòd ipſas decē galeas idem dux armari in ſubſidium dicti Urbani præcepit, ut inferius ſuo loco hiſtoria declarabit. Et potiſſima hujus cauſa fuit, quia dux habebat quendam fratrem carnalem religioſum, quem per eundem Urbanum ad magnum ſtatum deſiderabat & voluit promoveri. Interim verò Franciſcus Butyllus credens ſe facturum magnalia, caſtrum Sciſati (à caſtro Luceriæ diſtans tria miliaria Italica, quod ex donatione regis Caroli habuit) credens illud contra poteſtatem dicti regis poſſe quomodolibet detinere, intravit, ſed ipſe in eo ſubitò per aliquot armatos regis circumvallatus ita quòd exinde fugere non potuit, poſtquam crebris ictibus machinarum quaſi per unum menſem impugnabatur, ſe dedit eidem regi captivum, ſicq; rex ipſe dictum caſtrum rehabuit, necnon eundem Franciſcum captivum ducens ad quoddam caſtrum prope Neapolim, in quodam cellario (in quo eum vidi) poſtea diu detinuit captivatum.

Franciſcus nepos deſceſcens à rege carceribus mācipatur.

DE OBSIDIONE ARCIS LUCERIANÆ, & quæ circa eam geſta ſint

CAPUT. LIIII.

CUmque hæc facta fuiſſent, tunc Quadrageſimali tempore appropinquante, rex Carolus omnino diſpoſuit dictū caſtrum Luceriæ manu potenti obſidere, ſeque illud credebat violenter in brevi capere poſſe, unde collecto grandi exercitu, illum ad obſidionem dicti caſtri cum bombardis & machinis, ac aliis inſtrumentis bellicis deſtinavit, cujus quidem exercitus ducem ſeu capitaneum conſtituit ſuprà dictū Abbatem monaſterii Montisfaſſini, tunc Cancellarium ſuū, qui odio habuit Urbanum. Iſtis autem parum ſtrenuè arcē impugnantibus, illi qui intùs erant cum Urbano quorum pauci idonei ad reſiſtendum hoſtibus fuerant, ſecuri, ſed in victualibus non abundabant, & hujuſmodi impugnatio caſtri

ſtri duravit uſque ad menſem Auguſti,quia tunc iterum dictus dominus Raymundus de Baucio cum Britonibus, qui erant de alia obedientia,ſcilicet Clemẽtis, cum magna multitudine,necnon cum quodam magno capitaneo Teutonico,cognomine Lother de Suevia veniens, ipſum Urbanum cum ſuis Curialibus & rebus pretioſis invitis hoſtibus, per altiſſima juga montium circa Salernum,qui ſunt quodammodo immeabiles perduxit ad vallem ab alio latere montium præfatorum plus fortuna quam humana virtute,quos hoſtes in gravi multitudine ſequebãtur continuè,& in quos demum præfatus Alemanus Capitaneus cum ſuis dicto domino Raymundo jubente proſiliit,ac multos eorum ſtravit, aliquos interfecit,atque finaliter omnes convertit in fugam, ita quòd ſequenti die confuſi inſequentes ad Neapolim redierunt. Sed maxima damna tunc paſſus eſt Urbanus in perditione pretioſorum jocalium, ceciderunt enim plures beſtiæ onuſtæ, nec dabatur victoribus ſpatium propter inſequentes hoſtes,ut eas à terra erigerent, ſicque beſtias & eis impoſitas ſarcinas amiſerunt.

Germanus quidã dux militum in Italia bellegerat.

Germanorum audacia ac virtus.

QUO IN STATU CURIALES FUERINT obſeſſo Urbano, ac de abitione Authoris;

CAPUT LV.

INTERIM dum duravit hujuſmodi guerra inter regem Carolum & Papam,non dabatur licentia Curialibus ipſis,qui tunc erant in Neapoli, ut inde per mare vel terram poſſent abire,& hujus cauſa fuit,quia rex & qui cum ipſo erant Cardinales præfati credebant quòd dictum caſtrum Luceriæ per gentes regis facilè vi capere poſſent,ſicque ipſe Urbanus & ſui complices qui ſecum erant in caſtro, ad manus regis infallibiliter devenirent,quo peracto forſan ad electionem novi Pontificis ipſi Curiales eſſent proceſſuri. Sed ſi interim ipſi Curiales recederent,novi Pontificis Curia non valeret. Sed Urbanus hoc præſentiens cum ſuis Curialibus & aliis qui ſecum erant,ſtatim receſſerant. Rex & Cardinales qui ſecum erant ex hoc plurimùm doluerunt,tenentes indubiè, quòd ipſe Urbanus contra eos poſtea,prout fecit,omnia ma-

mus Eccleſiam,quamdiu ibi remanſit, captivos miſerrimè detinebat,& ſi quem aliquando conſpexiſſet horis inſolitis ad dictam Eccleſiam accedere,putabat, quòd, ut dictos captivos liberaret,illuc perveniſſet,necnon ex tali ſuſpicione aliquos de ſuis Curialibus capi & incarcerari fecit,& torqueri; & quantumcunque per ducem & cives Januenſes rogaretur,ut ipſos captivos dimitteret agendo miſericorditer cum eis,eos non advertit. Cui etiam Joannes dux Mediolanenſis multa pretioſa vaſa argentea tunc donavit,& fortè illa de cauſa,quòd ipſum abſolveret à reatu, quem commiſit in hoc,quia dum Urbanus in Neapoli reſideret,ipſe dux cepit patruum ſuum,ſcilicet dominum Barnabovem, cujus etiam filiam ejus conſobrinam ex diſpenſatione Urbani dux ipſe habebat in uxorem,& quæ dicto duce vitâ functo volēs asperè ſuis dominari, in caſtro prope Mediolanum fuit, ut dicitur,jugulata,& eundem Barnabovem dux ipſe poſtea in carcere extoxicari fecit; ſicq; Barnabos olim potens diem miſerè clauſit extremum.

Joãnes dux Mediolani muneraPõtifici afferēs expiatur ab inceſtu atq; parricidio.

Barnabos capituratq; veneno extinguitur à genero.

DE REBUS UNGARIAE AC POLONIAE, item Angliæ atque Hiſpaniæ, quæ tunc contigerunt.

CAPUT LVIII.

ET illo tempore Vuilhelmus filius Leopoldi ducis Auſtriæ, maritus Haduigis filiæ Ludovici regis Hungariæ,cui Ludovicus rex Hungariæ dedit in dotem Haduigæ regnum Poloniæ.Et cùm Cracoviæ reſideret,quidam nobiles Poloni,eundem juvenem invita dicta regina ejus uxore inde fugarunt,& dominum Ladislaüm modernum regem Poloniæ tunc ducem Litphaniorum ac idolatram ſeu paganum ſub conditione,quòd ſe faceret baptiſari, eidem reginæ matrimonii jure copularunt,qui factus Chriſtianus cum regina diu in matrimonio ſtetit, ſed illa mortua dictus Vuilhelmus dominam Joannam ſororem regis Ladislai in uxorem duxit,quo mortuo ſine prole ab eadem domina Joanna ſuſcepta,ipſa infra pauca tempora ad prædictum regnum Siciliæ rediens adhuc ibi in viduitate manet.Illo etiam tempore geni-

genitor moderni domini Henrici regis Angliæ, qui erat dux Leucaſtriæ, intravit Hiſpaniam manu potenti, eam ſatagens ſuæ ſubdere poteſtati cum auxilio domini Joannis moderni regis Portugaliæ, qui quidem ambo de ipſius Urbani erant obedientia, & tandem duabus filiabus dicti ducis nuptui traditis in partibus ills, una videlicet dicto Portugaliæ & alia Hiſpaniæ regibus, ſuo propoſito aliàs infecto remanente ad propria remeavit. Ipſa etiam tempeſtate prædicta domina Eliſabeth regina Hungariæ, pulſo vi ab eodem regno Hungariæ Sigiſmundo rege, dictam dominam Mariam ejus uxorem auferre, eorundemque duci Aurelianenſi fratri Moderni regis Francorum uxorem tradere ſatagebat, & ſuper hoc ſatis notabiles nuncios CL. numero, quos vidi Papiæ tunc euntes ad Franciam, ipſa Eliſabet regina diſtinavit, ſed non perfecit, quia ipſe dux Mediolanenſis ſecum inſtituiſſet filiam ſuam duci Aurelianenſi in uxorem tradere, & ſuper hoc jam contractus inter ipſos duces proceſſerunt.

Affinitas regum.

Eliſabet regina iniqua.

DE MORTE CAROLI, REBUSQUE *inde ſecutis,*

CAPUT LIX.

Uod ſciens rex Carolus ad regnum Hungariæ cum magna militum comitiva de regno Siciliæ properavit, ſeq; in regem Hungariæ contra pacta inter eum & dictum regem Ludovicum ſuper hoc inita, ut prædixi, fecerat coronari, ſed infra paucos dies poſtea in regno Hungariæ interfectus miſerè diem ſuum finivit. Et hæc contigerunt eo tempore quo ſuprà dictus dominus Barnabos per ducem Mediolanenſem generum & patruele ſuum in carcere tenebatur incluſus, & quo Urbanus Papa ab eodem caſtro Luceriæ aufugit, & nuncii de morte ipſius Caroli venerunt ad notitiā ſuprà dictæ cōſortis ſuæ dominæ Margaretæ, quæ tunc de aliis nunciis, ſcilicet quòd maritus pdictus Carolus coronatus eſſet in regē Hungariæ celebre agens feſtum, ac coram ſe haſtiludia fieri fecit Neapoli in vico Regula vulgariter nuncupato: unde pōpa ilico evanuit, & luctus extrema gaudii occupat. Succeſſivè inter illos nobiles, qui Eliſabet reginæ Hungariæ, atque illos

Carolus rex Siciliæ necatur.

Vices rerum.

Extrema gaudii luctus occupat.

mus Eccleſiam,quamdiu ibi remanſit, captivos miſerrimè detinebat,& ſi quem aliquando conſpexiſſet horis inſolitis ad dictam Eccleſiam accedere,putabat, quòd, ut dictos captivos liberaret,illuc perveniſſet,necnon ex tali ſuſpicione aliquos de ſuis Curialibus capi & incarcerari fecit,& torqueri; & quantumcunque per ducem & cives Januenſes rogaretur,ut ipſos captivos dimitteret agendo miſericorditer cum eis,eos non advertit. Cui etiam Joannes dux Mediolanenſis multa pretioſa vaſa argentea tunc donavit,& fortè illa de cauſa,quòd ipſum abſolveret à reatu, quem commiſit in hoc,quia dum Urbanus in Neapoli reſideret,ipſe dux cepit patruum ſuum,ſcilicet dominum Barnabovem, cujus etiam filiam ejus conſobrinam ex diſpenſatione Urbani dux ipſe habebat in uxorem,& quæ dicto duce vita functo volẽs aſperè ſuis dominari, in caſtro prope Mediolanum fuit, ut dicitur,jugulata,& eundem Barnabovem dux ipſe poſtea in carcere extoxicari fecit; ſicq; Barnabos olim potens diem miſerè clauſit extremum.

Ioãnes dux Mediolani munera Põtifici offerẽs expiatur ab inceſtu atq; parricidio.

Barnabos capturatq; veneno extinguitur à genero.

DE REBUS UNGARIAE AC POLONIÆ, *item Angliæ atque Hiſpaniæ, quæ tunc contigerunt.*

CAPUT LVIII.

ET illo tempore Vuilhelmus filius Leopoldi ducis Auſtriæ, maritus Haduigis filiæ Ludovici regis Hungariæ,cui Ludovicus rex Hungariæ dedit in dotem Haduigæ regnum Poloniæ.Et cùm Cracoviæ reſideret,quidam nobiles Poloni,eundem juvenem invita dicta regina ejus uxore inde fugarunt,& dominum Ladislaum modernum regem Poloniæ tunc ducem Litphanorum ac idolatram ſeu paganum ſub conditione,quòd ſe faceret baptiſari, eidem reginæ matrimonii jure copularunt,qui factus Chriſtianus cum regina diu in matrimonio ſtetit, ſed illa mortua dictus Vuilhelmus dominam Joannam ſororem regis Ladislai in uxorem duxit,quo mortuo ſine prole ab eadem domina Joanna ſuſcepta,ipſa infra pauca tempora ad prędictum regnum Siciliæ rediens adhuc ibi in viduitate manet.Illo etiam tempore

geni-

genitor moderni domini Henrici regis Angliæ, qui erat dux Leucaſtriæ, intravit Hiſpaniam manu potenti, eam ſatagens ſuæ ſubdere poteſtati cum auxilio domini Joannis moderni regis Portugaliæ, qui quidem ambo de ipſius Urbani erant obedientia, & tandem duabus filiabus dicti ducis nuptui traditis in partibus ills, una videlicet dicto Portugaliæ & alia Hiſpaniæ regibus, ſuo propoſito aliàs infecto remanente ad propria remeavit. Ipſa etiam tempeſtate prædicta domina Eliſabeth regina Hungariæ, pulſo vi ab eodem regno Hungariæ Sigiſmundo rege, dictam dominam Mariam ejus uxorem auferre, eorundemque duci Aurelianenſi fratri Moderni regis Francorum uxorem tradere ſatagebat, & ſuper hoc ſatis notabiles nuncios CL. numero, quos vidi Papiæ tunc euntes ad Franciam, ipſa Eliſabet regina diſtinavit, ſed non perfecit, quia ipſe dux Mediolanenſis ſecum inſtituiſſet filiam ſuam duci Aurelianenſi in uxorem tradere, & ſuper hoc jam contractus inter ipſos duces proceſſerunt.

Affinitas regum.

Eliſabet regina iniqua.

DE MORTE CAROLI, REBUSQUE inde ſecutis.

CAPUT LIX.

UUOD ſciens rex Carolus ad regnum Hungariæ cum magna militum comitiva de regno Siciliæ properavit, ſeq; in regem Hungariç contra pacta inter eum & dictum regem Ludovicum ſuper hoc inita, ut prædixi, fecerat coronari, ſed infra paucos dies poſtea in regno Hungariæ interfectus miſerè diem ſuum finivit. Et hæc contigerunt eo tempore quo ſuprà dictus dominus Barnabos per ducem Mediolanenſem generum & patruelē ſuum in carcere tenebatur incluſus, & quo Urbanus Papa ab eodem caſtro Luceriæ aufugit, & nuncii de morte ipſius Caroli venerunt ad notitiā ſuprà dictæ cōſortis ſuæ dominæ Margaretæ, quæ tunc de aliis nunciis, ſcilicet quòd maritus pdictus Carolus coronatus eſſet in regē Hungariæ celebre agens feſtum, ac coram ſe haſtiludia fieri fecit Neapoli in vico Regula vulgariter nuncupato: unde pōpa ilico evanuit, & luctus extrema gaudii occupat. Succeſſivè inter illos nobiles, qui Eliſabet reginæ Hungariæ, atque illos

Carolus rex Siciliæ necatur.

Vices rerū.

Extrema gaudii luctus occupat.

CARDINALES QUÆSTIONIbus atque tormentis iterum ſubduntur, precipuè autem Cardinales de Sangro,

CAPUT LI.

CUmq́; examinationem ſecundam per quæſtiones ſæpe dictus Urbanus de his Cardinalibus facere decreviſſet, ſcilicet infra tres dies poſtquã eos in caſtro reunuit,& alios nominatos ſuperiùs ad examinationem faciendam iterum direxit ad quoddam magnum cellarium in eodem caſtro, & ecce adducitur præfatus dominus Cardinalis de Sangro per ſatellites, habens compedes ferreas, tunicam talarem ſine ſuperplicio,&brevem mantellum duplicem circundatum, quia frigidi venti frequenter ſpirant in eodem caſtro,quod eſt in magno ac ſpacioſo & alto monte collocatum: qui cùm perveniſſet quaſi ad finem dicti cellarii, ubi funes de alto pendentes ſibi præparatos aſpexit, & per ſatellites mox exuebatur veſtibus, ei femoralibus & camiſia vix relictis,& ſtrictiſſimè per carnifices ligabatur:quod videns ipſe Franciſcus haud remotè ſtans immoderatè ridebat, ego autem qui dictumCardinalem dilexi, incœpi tremere ac dolere,nec erat locus fugæ tunc mihi aptus: ſed quid moror? dictus Cardinalis,qui fuit vir ætatis maturæ, corpolentus,& longæ ſtaturæ,ligatus ter de terra trahebatur in altum,& demum cœpit viribus quaſi deficere, quod cùm viderem eo ad terram demiſſo ſubſilentio dixi, Chariſſime pater, nunquid videtis quòd quæritur anima veſtra, propter Deum liberate vos dicentes aliquid, ut iſtorum manus iſta vice evadere valeatis:qui reſpondens ait,neſcio quid dicam. Et cùm tortores iterũ eum torquere vellent,dixi,Ceſſate, ſatis enim jam mihi dixit:ipſis autem, quæ dixit, à me ſcire volentibus reſpondi,quòd ea priùs ſcribere & poſtea eis reſerare vellẽ. Et ſic eum illa vice amplius non torquebant, ſed ipſum trahentes ad oſtiũ dicti cellarii, ut refrigerium aliquod reciperet,collocarunt, qui dum ad ſe converſus foret, nobis aſtantibus dixit, Videte fratres, aliàs fui glorioſus & magnus in hoc ſeculo, ut vos ipſi vidiſtis,nunc autem ſum miſerrimus omni-

Cardinalis de Sangro primus educitur, forma & habitu miſerandus.

Truculentia Franciſci nepotis.

Pietas atq; cõmiſeratio authoris in Cardinalẽ.

Viciſſitudines rerum.

atq; lubricitas humanæ ſortis Verba Cardinalis Venetiſuam dolentis, atq; in ſe revertentis. Illo atque invicta crudelitate repenſa.

omnium & deſpectus,& utinam mihi daretur hoc pro gratia ſingulari, quòd nihil habens per mundum tanquam pauper presbyter in vita mea mendicare, ſicque vitam defendere poſſem : ſed,proh dolor,tribulatio & anguſtia mihi Dei judicio reſervatæ ſunt,pro eo quòd exercendo legationis officium in hoc regno pro domino noſtro Papa,non peperci Archiepiſcopis,Epiſcopis,Abbatibus, & aliis Eccleſiaſticis prælatis atque presbyteris & clericis,aut ſtatui,vel ætati,credens me ſibi in hoc placere. Cui dictus Franciſcus dixit,quò non deberet timere, aut in aliquo de domino Papa dubitare,quia dominus Papa vellet ſecum humaniter agere, atque alia multa blandiuſcula eructavit,per quæ tamen Cardinalis conſolari noluit, timens vehementer atrocitatem Papæ.

DE TRUCULENTISSIMI BASILii moribus & tormentis Cardinalis Veneti,

CAPUT LII.

ET cùm hæc facta forent,tunc Urbanus vocavit ad ſe præfatum Baſilium,qui per Papam executor fuit principalis ad torquendum prædictos Cardinales,quod mandatum illi erat ſatis gratum : fuit enim malignantis naturę, ac odivit naturaliter clericos & eccleſiaſticas parſonas,fuitque Dei & ſervitorum ejus præcipuus perſecutor, pyrata inſignis,à juventute Chriſtianorum,quos captivavit, tortor immanis, ſolitus vivere de malè quæſitis & rapinis,ſed tandem in arte pyratica deficiens,& pauper effectus, ad Urbanum acceſſit, qui cum fecit fratrem hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani,non propter devotionem,ſed ut prioratum hoſpitalis in regno Trinacriæ conſequi poſſet. Huic dictus Urbanus injunxit,ut die ſequenti poſt dicti Cardinalis de Sangro quæſtiones Cardinalem Venetum torquerent, quem Papa ipſe tandiu torqueri juſſit, donec ipſemet audiret ejulatum illius,Baſilius altera die me & alios ad examinationem deputatos ad ſe vocans, & dum veniremus ad locnm in quo Cardinalis Venetus tenebatur,eum inde eripiens Baſilius ad quandam aulam dictæ arcis perduxit, veſtibus eum denudans funibus in altum ſuſpenſis ad terram uſque pendentibus

Attende Pontificis pietatem.

Attende tortorum immanitatem.

bus ſatis ſtrictè ligavit, quem, licet eſſet fractus, morboſus & ſenex ac valde debilis complexionis, de mane tamen uſque ad horam prandii in eculeo aſſiduè ac crudeliſſimè tormentavit: ille autem quotiens trahebatur in altum, repetiit illum verſum, Chriſtus pro nobis paſſus eſt, &c. Idemque Urbanus interim in horto inferiùs ambulabat altè legendo officium, ita quòd eum legentem nos in aula audiebamus, volens dictum Baſilium per hoc reddere ſollicitum, quòd mandatum de diligenter torquendo Cardinalem non negligeret. Ego autem ipſas crudelitates amplius æquanimiter videre non valens, finxi mihi caput dolere, ac petendo licentiam à dicto Conrado milite, quòd ad hoſpitium meum redire pro modica horula cauſa recreationis poſſem, ei promiſi quòd ſi illam gratiam mihi faceret, ad eum immediatè redirē, & poſt multas preces obtinui ab ipſo licentiam dictum caſtrum exeundi.

tem plus quam feri-nam.

Authoris clementia miſerum av verſantis ſpectaculis.

DE ADMONITIONE FUGAE QUI-buſdam ſcriptoribus bullarum torquendis per authorem ſignificata, ac de Pontificis ſceleribus religioſa admodum dubitatio,

CAPUT LIII.

ET poſtquam revertebar ad hoſpitium meum, ſtatim Urbanus per eundem Baſilium ſuosq; complices mihi mādari fecit, quòd cum ipſis irem inquirendo quoſdam ſcriptores literarum Apoſtolicarum in Burgo tunc exiſtentes, ſibi ſuſpectos in hoc negocio. Et cùm viderem aliquos ſuſpectos, ſignum eis dedi, quòd fugerent à facie arcus, quod ipſi intelligentes repentè fugerunt, ſicq; auxiliante Domino evaſerunt, quo facto iterum me finxi infirmum per dies aliquot in meo hoſpitio latitando. Sed interim prædicti alii Cardinales torti fuerunt: quibus ſic procedentibus Urbanus ad ducē Januenſem miſit, ſollicitādo eum, quòd ſibi per mare cū decē galeis armatis certo termino occurreret in caſtro fluviarii ultra Salernū, & impignoravit ei pro expenſis faciēdis certa caſtra eccleſiæ Saonenſis, qui poſtquam pervenit ad Januā, ipſi duci efficaciter promiſſa aſſignavit. Et ſi fas eſſet de his quę per Papā fiūt, hæſitare, mirarer quomodo talia licitè

De ſcriptoribus Apoſtolicis.

Cæteri Cardinales omnes cruciatibus adfecti.

De his qua à Papa perperam fiūt, nullo contradicere liceat pacto.

licitè fieri poſſent, ſcilicet quòd Papa donata caſtra & alia bona per Imperatores & reges Romanos & alios Catholicos eccleſiis auferre, atque in prophanos uſus pro ſuo nutu convertere poſſit. Multa etiam alia promiſit eidem duci per medias perſonas, per quæ tandem ipſum ad ejus propoſitū induxit, ita quòd ipſas decē galeas idem dux armari in ſubſidium dicti Urbani præcepit, ut inferius ſuo loco hiſtoria declarabit. Et potiſſima hujus cauſa fuit, quia dux habebat quendam fratrem carnalem religioſum, quem per eundem Urbanum ad magnum ſtatum deſiderabat & voluit promoveri. Interim verò Franciſcus Butyllus credens ſe facturum magnalia, caſtrum Scifati (à caſtro Luceriæ diſtans tria miliaria Italica, quod ex donatione regis Caroli habuit) credens illud contra poteſtatem dicti regis poſſe quomodolibet detinere, intravit, ſed ipſe in eo ſubitò per aliquot armatos regis circumvallatus ita quòd exinde fugere non potuit, poſtquam crebris ictibus machinarum quaſi per unum menſem impugnabatur, ſe dedit eidem regi captivum, ſicq; rex ipſe dictum caſtrum rehabuit, necnon eundem Franciſcum captivum ducens ad quoddam caſtrum prope Neapolim, in quodam cellario (in quo eum vidi) poſtea diu detinuit captivatum.

Franciſcus nepos deſciſcens à rege carceribus mācipatur.

DE OBSIDIONE ARCIS LUCERIANÆ, & quæ circa eam geſta ſint

CAPUT. LIIII.

CUmque hæc facta fuiſſent, tunc Quadrageſimali tempore appropinquante, rex Carolus omnino diſpoſuit dictū caſtrum Luceriæ manu potenti obſidere, ſeque illud credebat violenter in brevi capere poſſe, unde collecto grandi exercitu, illum ad obſidionem dicti caſtri cum bombardis & machinis, ac aliis inſtrumentis bellicis deſtinavit, cujus quidem exercitus ducem ſeu capitaneum conſtituit ſuprà dictū Abbatem monaſterii Montisfaſſini, tunc Cancellarium ſuū, qui odio habuit Urbanum. Iſtis autem parum ſtrenuè arcē impugnantibus, illi qui intùs erant cum Urbano quorum pauci idonei ad reſiſtendum hoſtibus fuerant, ſecuri, ſed in victualibus non abundabant, & hujuſmodi impugnatio caſtri

ſtri duravit uſque ad menſem Auguſti, quia tunc iterum dictus dominus Raymundus de Baucio cum Britonibus, qui erant de alia obedientia, ſcilicet Clemetis, cum magna multitudine, necnon cum quodam magno capitaneo Teutonico, cognomine Lother de Suevia veniens, ipſum Urbanum cum ſuis Curialibus & rebus pretioſis invitis hoſtibus, per altiſſima juga montium circa Salernum, qui ſunt quodammodo imineabiles perduxit ad vallem ab alio latere montium præfatorum plus fortuna quam humana virtute, quos hoſtes in gravi multitudine ſequebātur continuè, & in quos demum præfatus Alemanus Capitaneus cum ſuis dicto domino Raymundo jubente proſilut, ac multos eorum ſtravit, aliquos interfecit, atque finaliter omnes convertit in fugam, ita quòd ſequenti die confuſi inſequentes ad Neapolim redierunt. Sed maxima damna tunc paſſus eſt Urbanus in perditione pretioſorum jocalium, ceciderunt enim plures beſtiæ onuſtæ, nec dabatur victoribus ſpatium propter inſequentes hoſtes, ut eas à terra erigerent, ſicque beſtias & eis impoſitas ſarcinas amiſerunt.

Germanus quidā dux militum in Italia belligerat.

Germanorum audacia ac ſortitu.

QVO IN STATU CURIALES FUErint obſeſſo Urbano, ac de abitione Authoris;

Caput LV.

INTERIM dum duravit hujuſmodi guerra inter regem Carolum & Papam, non dabatur licentia Curialibus ipſis, qui tunc erant in Neapoli, ut inde per mare vel terram poſſent abire, & hujus cauſa fuit, quia rex & qui cum ipſo erant Cardinales præfati credebant quòd dictum caſtrum Luceriæ per gentes regis facilè vi capere poſſent, ſicque ipſe Urbanus & ſui complices qui ſecum erant in caſtro, ad manus regis infallibiliter devenirent, quo peracto forſan ad electionem novi Pontificis ipſi Curiales eſſent proceſſuri. Sed ſi interim ipſi Curiales recederent, novi Pontificis Curia non valeret. Sed Urbanus hoc præſentiens cum ſuis Curialibus & aliis qui ſecum erant, ſtatim receſſerant. Rex & Cardinales qui ſecum erant ex hoc plurimùm doluerunt, tenentes indubiè, quòd ipſe Urbanus contra eos poſtea, prout fecit, omnia ma-

la poſſetenus attentaret. Tuncq; dabatur primũ aliquibus in ſpecie, ſed poſtea generalis licẽtia ipſis Curialibus ab illis regionibus abeundi. Ego autem decima die dicti menſis Auguſti expreſſa & ſpeciali licentia regis recedens de Neapoli, cum paucis Curialibus, dum ad portum Corretanum transfretantes veniremus, à longe conſpeximus ipſas galeas Januẽſes appropinquare, & vix pervenire poteramus ad terram, ipſi nos ad ipſum portum conveniunt. Sed de dicto caſtro Corneti ſtipendiarii equites multi nos etiam invaſerunt: ſed ego cognitus per unum ipſorum interrogantem à me, unde venirem, reſponſo à me recepto, ex Neapoli veniſſe, nos dimiſerunt. Ipſi autem Januenſes navim, in qua eramus, ibi per triduum retinuerunt: ſed poſtquam à me audiverunt, quòd Urbanus à caſtro receſſerat, multa infra triduum habuerunt conſilia, an retrocedere aut ulteriùs procedere vellent. Et tandem deliberarunt ex cõſilio aliquorum de noſtris, quòd ulteriùs navigarent, prout fecerunt, propter quod poſtea vix à nautis noſtris, qui omnes erant regnicolę & ſubditi dicti regis, ſalvis perſonis & rebus recedere poteramus,

CRUDELE ATQUE EFFERATISSIMUM non Pontificis, ſed tyranni facinus,
CAPUT LVI.

DUm Urbanus ita ageret ad portum fluminarium, ſemper ſecum captivos abduxit præfatos Cardinales & Epiſcopũ Aquilonenſem, & eos juxta ſe equo vehi, & quẽlibet eorum per ſatellites, ne per viã evadere poſſent, diligẽter fecerat cuſtodiri, ſed quia prædictus Epiſcopus habuit equũ parvum utilem atq; invalidum, quo vehebatur, ſimulque propter tormenta adhuc mẽbris confractus extiterat, ſicq; ita citò equitare non poterat, ſicut Põtifex affectabat: unde Papa credens ipſum Epiſcopum, ut evaderet, ſic in via tardare, furore ſuccenſus à carnificibus mactari mandavit: ipſi carnifices erant de obediẽtia dicti Clementis, eũ trucidarunt multis ſibi vulneribus inflictis, ac corpus exangue inſepultũ reliquerunt ibidẽ. Poſtquã autem dictæ galeæ Januenſes appropinquaverãt prædicto loco fluminario, factũ fuit gaudium magnũ in ipſo exercitu Urbani & inter ſuos Curia-

O cælum, ô ſol, avertite lucem atq; conſpectum à tã ſævo, horrẽdo atq; inaudito ſcelere.

Curiales, ſed capitanei & armigeri qui Urbanum adduxerunt, petierūt ab eo promiſſas ſibi pecunias: & quia carebat tunc pecunia, ad jocalia argentea quæ adhuc ei remanſerūt, manus appoſuit, quorum majora in fruſtra dividi fecit, & cuilibet, prout meliùs potuit, pro rata ſolvendo in laminis ſive fruſtis argenteis omnibus ſatisfecit. Sed ſi Papa poteſt mandare aut facere aliquem interfici abſque irregularitatis nota, non recolo me legiſſe.

Quid irregularitatē nominuſuperſtitiosè times, de homicidio parum ſolicitus?

PONTIFEX TRAIICIENS IN SIciliam Panormi deſedit, ſecum Cardinales captivos abducens, quorum unum omnibus rebus privatum dimiſit, cæteros arctiſſimis atq; indignis carceribus detinuit,

CAPUT LVII.

ADvenientibus itaq; dictis galeis aſcendit in ipſas Urbanus cū ſuis Curialibus, & vale dicto ſtipendiariis, qui eū de dicto caſtro Luceriæ duxerunt, verſus dictū regnum Trinacriæ, quod in ſua tunc erat obedientia, trāsfretavit, & uſq; ad civitatem Panormitanā perveniens, ibi tandiu remanſit, donec ipſi Curiales victualibus neceſſariis ſe ſufficienter pro itinere munierūt, de quibus priùs non modicam penuriam per aliqua tēpora habuerunt, & deinde per mare navigādo ulteriùs ad civitatem Januenſem pervenit, ſemper ſecū ducendo dictos Cardinales captivatos, quorum tamen unum, ſcilicet dominum Adam tituli ſanctæ Ceciliæ privatum & ut pauperem monachum & ſolivagum ad ſupplicationem Richardi regis Angliæ poſtea dimiſit, non tamen omnino liberum, ſed ſibi quendam clericum cameræ Apoſtolicæ Gallicum, qui ipſius curam & coſtodiam gereret, deputādo (Hunc autem dominum Adam Bonifacius Papa nonus, de quo dicetur inferiùs, paulo pòſt, quàm aſſumptus erat in Papam, in ſtatum priſtinum duxerat reponendum) reliquos verò quinq; Cardinales ipſe Urbanus in hoſpitio, in quo tunc habitabant in Burgo Januenſi in domo fratrum hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani prope dictæ do-

mus

mus Eccleſiam,quamdiu ibi remanſit, captivos miſerrimè detinebat,& ſi quem aliquando conſpexiſſet horis inſolitis ad dictam Eccleſiam accedere,putabat, quòd, ut dictos captivos liberaret,illuc perveniſſet,necnon ex tali ſuſpicione aliquos de ſuis Curialibus capi & incarcerari fecit,& torqueri; & quantumcunque per ducem & cives Januenſes rogaretur,ut ipſos captivos dimitteret agendo miſericorditer cum eis,eos non advertit. Cui etiam Joannes dux Mediolanenſis multa pretioſa vaſa argentea tunc donavit,& fortè illa de cauſa,quòd ipſum abſolveret à reatu, quem commiſit in hoc,quia dum Urbanus in Neapoli reſideret,ipſe dux cepit patruum ſuum,ſcilicet dominum Barnabovem, cujus etiam filiam ejus conſobrinam ex diſpenſatione Urbani dux ipſe habebat in uxorem,& quæ dicto duce vita functo volēs asperè ſuis dominari, in caſtro prope Mediolanum fuit, ut dicitur,jugulata,& eundem Barnabovem dux ipſe poſtea in carcere extoxicari fecit; ſicq; Barnabos olim potens diem miſerè clauſit extremum.

Ioānes dux Mediolani munera Pōtifici offerēs expiatur ab inceſtu atq; parricidio.

Barnabos capitur atq; veneno extinguitur à genero.

DE REBUS UNGARIAE AC POLOniæ, item Angliæ atque Hiſpaniæ, quæ tunc contigerunt.

CAPUT LVIII.

ET illo tempore Vuilhelmus filius Leopoldi ducis Auſtriæ, maritus Haduigis filiæ Ludovici regis Hungariæ,cui Ludovicus rex Hungariæ dedit in dotem Haduigæ regnum Poloniæ.Et cùm Cracoviæ reſideret,quidam nobiles Poloni,eundem juvenem invita dicta regina ejus uxore inde fugarunt,& dominum Ladislaum modernum regem Poloniæ tunc ducem Litphanorum ac idolatram ſeu paganum ſub conditione,quòd ſe faceret baptiſari, eidem reginæ matrimonii jure copularunt,qui factus Chriſtianus cum regina diu in matrimonio ſtetit, ſed illa mortua dictus Vuilhelmus dominam Joannam ſororem regis Ladislai in uxorem duxit,quo mortuo ſine prole ab eadem domina Joanna ſuſcepta,ipſa infra pauca tempora ad prædictum regnum Siciliæ rediens adhuc ibi in viduitate manet.Illo etiam tempore geni-

genitor moderni domini Henrici regis Angliæ, qui erat dux Leucaſtriæ, intravit Hiſpaniam manu potenti, eam ſatagens ſuæ ſubdere poteſtati cum auxilio domini Joannis moderni regis Portugaliæ, qui quidem ambo de ipſius Urbani erant obedientia, & tandem duabus filiabus dicti ducis nuptui traditis in partibus ills, una videlicet dicto Portugaliæ & alia Hiſpaniæ regibus, ſuo propoſito aliàs infecto remanente ad propria remeavit. Ipſa etiam tempeſtate prædicta domina Eliſabeth regina Hungariæ, pulſo vi ab eodem regno Hungariæ Sigiſmundo rege, dictam dominam Mariam ejus uxorem auferre, eorundemque duci Aurelianenſi fratri Moderni regis Francorum uxorem tradere ſatagebat, & ſuper hoc ſatis notabiles nuncios CL. numero, quos vidi Papiæ tunc euntes ad Franciam, ipſa Eliſabet regina diſtinavit, ſed non perfecit, quia ipſe dux Mediolanenſis ſecum inſtituiſſet filiam ſuam duci Aurelianenſi in uxorem tradere, & ſuper hoc jam contractus inter ipſos duces proceſſerunt.

Affinitas regum.

Eliſabet regina iniqua.

DE MORTE CAROLI, REBUSQUE inde ſecutis,

CAPUT LIX.

Quod ſciens rex Carolus ad regnum Hungariæ cum magna militum comitiva de regno Siciliæ properavit, ſeque in regem Hungariæ contra pacta inter eum & dictum regem Ludovicum ſuper hoc inita, ut prædixi, fecerat coronari, ſed infra paucos dies poſtea in regno Hungariæ interfectus miſerè diem ſuum finivit. Et hæc contigerunt eo tempore quo ſuprà dictus dominus Barnabos per ducem Mediolanenſem generum & patruelē ſuum in carcere tenebatur incluſus, & quo Urbanus Papa ab eodem caſtro Luceriæ aufugit, & nuncii de morte ipſius Caroli venerunt ad notitiā ſuprà dictæ cōſortis ſuæ dominæ Margaretæ, quæ tunc de aliis nunciis, ſcilicet quòd maritus p̄dictus Carolus coronatus eſſet in regē Hungariæ celebre agens feſtum, ac coram ſe haſtiludia fieri fecit Neapoli in vico Regula vulgariter nuncupato: unde pōpa ilico evanuit, & luctus extrema gaudii occupat. Succeſſivè inter illos nobiles, qui Eliſabet reginæ Hungariæ, atque

Carolus rex Siciliæ necatur.

Vices rerū.

Extrema gaudii luctus occupat.

illos qui regis Caroli prædictorum partes fovebant, magnæ diſſenſiones exortæ fuerunt, tandem Eliſabet regina & Maria ejus filia, ac quidam potens comes de Hungaria cum eis per adverſarios capti fuerunt, & ſtatim comite in præſentia eorundem matris & filiæ interempto, matrem & filiam captivas inde per multas dietas usq; ad Selavoniam Hungariæ ad quoddam caſtrum fortiſſimum perduxerūt, in quo ipſas tandiu detinuerunt, donec ipſe Sigiſmundus rex cum valido exercitu ad regnum Hungariæ reverſus, dictum caſtrum potenter obſedit, & tandem ipſi obſeſſi eadem Eliſabet regina per eos jugulata, & extra feneſtram dicti caſtri ſuſpenſa, prædictam dominam Mariam reginam ipſi domino Sigiſmundo regi reddiderunt, ſed in hoc eum omnino non placarunt, quia poſtea illorum nobilium qui illa commiſerunt, una die XXXII. qui ad ejus manus pervenerant, fecerat decollari, & etiam plures eorum complices partim capitis ſupplicio affecit, partim à ſui regni limitibus propulſavit.

Atrocede ſupplicium de reginæ ſumptum. Sigiſmūdus regno vi potitur.

DE LIBERATIONE DUCIS *Ottonis, atque miſerorum quinque Cardinalium captivorum interitu,*

CAPUT LX.

EO tempore Urbanus Neapoli reſidebat, dictus Otto dux carceribus per triennium à Carolo in arce munitiſſima, vulgò Minervini dicta, etiam per Fridericum II. Auguſtum regem Siciliæ condita ſervabatur. Tamen fide præſtita de redeundo potuit aliquando extra dictum caſtrum recreandi animi gratia ſpaciari ac venari. Is dum quodam tempore extra dictum caſtrum Minervini venationi vacaret, per quoſdā Britones captus ad Avinionem ducebatur, ſed dum dictus Urbanus adhuc Genuæ moraretur, cùm audiviſſet dominum Ottonem è Gallia revertentem ac die quodam Novembris per mare trajicientem verſus dictum regnum Trinacriæ (quod tunc & diu antea per quatuor potentes Barones de quatuor nobilium domibus regni Trinacriæ regebatur) urbem Genuam prætervectum ægrè tulit, licet crederet dictum dominum Ottonem contra Neapolim non poſſe profi-

proficere, tamen diſponens iterum velle ad dictum regnum Siciliæ redire, ſibique eſſe nimis oneroſum, quòd dictos quinque captivatos Cardinales ſecum duceret: unde quadam nocte infra paucos dies ante quàm de Genua recederet, menſe Decembri, ut quidam retulerunt, ſecuri eos percuti ſeu mactari juſſit, aliqui autem dixerunt, quòd in mari eos præcipitari fecit: ſed qualitercunque ſit, utique ipſi quinq; Cardinales poſtea non videbantur. Fama erat, quòd in ſtabulo equorum dicti Urbani in quadam foſſa repleta calce viva eorum corpora projecta, & in ea totaliter combuſta & in cineres converſa fuerunt.

DVORVM CARDINALIVM ab Vrbano ad Clementem defectio,

CAPUT LXI.

AB eodem Urbano tūc in Genua exiſtente domini Pileus Ravennas, & de Petra Mala Cardinales, qui cum eo ibi aliquandiu ſteterunt ad Avinionem fugientes, illic per Clementem in Cardinales admiſſi fuerunt. Sed mortuo dicto Urbano & Bonifacio XIIII. ei ſurrogato, dictus Ravennas Cardinalis tunc legationis fungens officio pro dicto Clemente in eadem provincia patrimonii beati Petri in Tuſcia ad Bonifaciū rediit, & in eodem ſtatu Cardinalatus per ipſum Bonifacium admiſſus fuit: unde tunc vulgares eum Cardinalem de tribus capellis ironicè nominabant.

OTTO APVLIÆ PRIMORIbus confœderatus regnum in poteſtatem redigit,

CAPUT LXII.

DEINDE Urbanus mēſe Decembri navali ſubſidio ab urbe Genuenſi verſus Lucā transfretavit, ubi novem meſes continuò deſedit, interim dictus Otto dux ad ipſum regnū

Trinacriæ pervenit, ubi magnificè per nobiles receptus eſt, atque hinc in Apuliam profectus cum primoribus potiſſimè de ſancto Severino hoſtibus ejuſdem dominæ Margaretæ reginæ tum Siciliam poſt mortem prædicti Caroli regentis fœdus iniit, qui potenter Neapolim intrantes eam vi ceperunt, multoq; tempore tenuerunt.

QUAM SORTEM MARGARETA Caroli Apuliam fugiens cum filiis habuerit,

CAPUT LXIII.

IPSA verò domina Margareta cum ejus filiis rege Ladislao & Joanna duciſſa Auſtriæ ad civitatem Gajetanam fugit à facie inimici perſequentis, ubi tunc multis annis in magna ærumna & inedia mater & filii remanſerunt, interim unus de ipſis quatuor regentibus in regno Trinacriæ, nomine Artaldus multùm glorioſus & magnificus ac dives amicitiam cum eodem rege Ladislao contrahens, ſibi ejus filiam matrimonio copulavit, dando ſibi magnam auri ſummam in dotem, necnon ſex galeas armatas per ſex menſes pro eo tenendo in mari continuè contra ejus hoſtes tunc in ipſo regno Siciliæ præpotentes, ſed demum poſtquam dicta domina Maria regina & hæres dicti regni Trinacriæ, & uxor nuper defuncti domini Martini filii regis Aragonum, anno VI. Pontificatus Bonifacii Papæ, cum ejus marito dictum regnũ Trinacriæ violenter recuperaverat, dicto domino Artaldo & duobus ejus filiis per eundem dominum Martinum captis & decollatis, necnon bonis eorum confiſcatis, prædictus Ladislaus rex fecit inter ſe & dictam ejus conſortem divortium celebrari authore dicto Bonifacio, aſſerens quòd ipſa eo digna non eſſet, ea renitente nec prævalere valente. Sed tandẽ dictus rex Ladislaus eam cuidam ſuo militi Neapolitano dedit uxorem, à quo ipſa multos filios poſtea edidit, dicens tamen dicto militi, dum traducebatur, eum eſſe felicem quòd reginam in adulteram habiturus eſſet.

Divortium inter Ladiſlaum & uxorem miſerandum. Mulieris gravitas.

IN-

INTERCEDITUR APUD URBANUM pro vidua Caroli regis, proq́; ipſius corpore ſepeliendo,

CAPUT LXIIII.

ET licet tum Florentinorum, tum multarum civitatum egregii oratores apud Urbanum, quando reſidebat Genuæ, multis precib. laborarent, quòd cum Margareta ejusq́; natis miſericorditer ageret, ſineretq́; corpus dicti regis Caroli adhuc inſepultum tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ, multa ſibi promittentes ſi faceret, ipſaque domina Margareta præter ſpem multorum dictum FranciſcumButyllum de ſuis carceribus relaxando prædicto Urbano ad Genuam honorificè deſtinaſſet, tamen per hæc omnia ipſius cor emolliri non poterat, quin potiùs proceſſus proceſſibus ac condemnationē condemnationi cōtra reginam ejusq́; natos cumularet, quia dicti regis Caroli mortui nomen nimis habebat exoſum. Interim etiam, dum in Luca ſtetimus, advenerunt de Neapoli multæ nobiles dominæ tam ſeculares, quàm regulares, inter quas erant ſoror dicti Urbani, item mater dicti Butylli vidua, & ſoror Cardinalis de Aliſia, necnon ſoror domini Petri Cardinalis Neapolitani, poſtea Bonifacii IX. decens & pulchra juvencula, quæ poſtea facta eſt duciſſa Adriæ, item mater ejus vidua, quatuor ſorores Franciſci Cardinalis Monopolitani, quarum una erat monialis, & aliæ multæ dominæ generoſæ, necnon multi nobiles Neapolitani, & creato poſtea Papa Bonifacio præfato, unus Spoleti, & alter fratrum ſuorum prædictorum Marchio provinciæ Anchonitanæ.

Attende pium paſtorem, non Petro, ſed petra duriſſima ſimilem.

DE ULTIONE AB OTTONIS MILItibus in cives Neapolitanos, deq́; Ottonis ducis pietate,

CAPUT LXV.

TUnc ac diu poſtea ipſa civitas Neapolitana, propter proditionem, qua ejus cives & incolæ contra dominum

Ottonem ducem, & ejus uxorem Joannam reginam egerunt, intromittendo dictum regem Carolum miſerè fluctuabat: ſpoliabantur enim continuè domus multorum civiū, & exponebantur prædæ victoribus, adulteria, ſtupra, & alia multa fiebant mala in civitate, unde in maximo numero cives utriusq; ſexus ea tempeſtate terra ac mari ad Trinacriam, Capuam, Gajetam, & alias civitates ac loca confugerunt: quod cùm dominus Otto dux audiret, miſericordia motus, utpote pius & manſuetus, nec vindictæ cupidus, CCCCC. dominas, quæ tūc à Neapoli ad Averſam ſimul confugerāt, per ſuos familiares cum honeſta comitiva ad Neapolim reduci juſſit, promittens eis, quòd ibidem manendo non inferretur damnum, vel jactura in perſonis aut rebus earundem. Quibus reverſis, die ſequenti edictum per totam civitatem publicari fecit, quòd ſub pœna capitis nullus militum aut quisquam alius viro vel fœminæ Neapolitanis, in perſonis, domibus, aut rebus aliquam offenſam, vel injuriam irrogaret. Cumq; aliqui ex civibus ad dominum Ottonem ducem venirent, petendo veniā de commiſſis per eos contra ipſum & ejus conſortem perpetratam, pepercit eis, & aliquando flendo cum ipſis flentibus dixit, cur tot & tanta mala contra nos perpetrare voluiſtis, immemores quàm benignè uxor mea vos habuit, & in quanto amore vos confovit. Attamen bona pars pretioſi panni atque tentoria, quæ Urbano eandem civitatem ingreſſuro in vico Nidi prætenſā fuerunt, ut ſuperiùs dixi, & alia multa pretioſa jocalia ad manus victorum primis incaleſcentibus injuriarum motibus pervenerunt, quæ vendita ad Cathaloniam & alia diverſa loca maritima adducta nunquam reſtituta fuerunt: quorum malorū præcipua cauſa fuit Urbanus propter iracundiam, quam cōceperat & habebat contra Carolum regem ejusq; conſortem & natos ſæpè dictos. Ex quibus elicitur illud verificari, quòd nihil adeo forte & firmum in hoc mundo ſubſiſtit, quod ruinam pati non poſſit. Quis enim vidit munitionem & pulchriorem civitatem ipſa Neapoli? attamen peccatis civiū & incolarum exigentibus tam gravem periculoſamque in ſuæ viſitationis tempore paſſa fuit ultionem, & gratia dei factum eſt, quòd non, ut Sodoma, periit in æternum.

Fuga matronarum.

PRIN-

PRINCIPES GERMANIÆ MULta offerentes Urbano, ut unioni intendat, nihil efficiunt: Angelus præfectus urbis mactatur,

CAPUT LXVI.

DUm eramus Lucæ, quidam magni principes Alemani & prælati apud eundem Urbanum per quoſdam ſecretos nuncios eorum ſollicitè laborabant, conantes eum inducere, ut unionem faceret in Eccleſia cum dicto Clemente, offerentes ſibi multa ſumptus loco & alia ad illa perficienda quomodolibet oportuna, ſed proficere nihil poterant: dicebat enim, quòd ipſe eſſet verus Papa, nec expediret illud in dubium vertere, & ſimilia multa, & interim Angelus præfectus urbis per Romanos & quaſdam gentes armigeras Urbani proditoriè in civitate Viterbienſi, in qua tunc morabatur, vivus a pprehenſus, & minutis petiis in feſto ſancti Michaëlis menſe Septembri ſectus fuit, ita quòd de ipſis petiis farcimina fieri potuiſſent.

QUID POST NECEM DE UXORE & filiabus Angeli actum ſit, & alia jucunda de Franciſco: Item de Cardinali Manupelli, ejusq; fratre,

CAPUT LXVII.

UXor verò ipſius præfecti & duæ filię admodum juvenes & formoſæ tunc captę per Romanos, & ad Romam perductæ in duobus monaſteriis monialium collocatę fuerunt: quarum majorem poſtea Marchio frater Bonifacii Papæ duxit in uxorem, quæ in ſecundo ejus partu in urbe deceſſit, reliqua in monaſterio ſancti Laurentii in Paniſperne ſub caſtimonia perpetua remanente. De qua quidem victoria Urbanus non mediocriter exhilaratus diſpoſuit ulteriùs ire de Luca ad Peruſium civitatem, credens illius temporale dominium quærere poſſe, quò veniens circa feſtum ſancti Michaëlis illud nunquam potuit obtinere, ubi penè per annū ſte-

tit. Accidit tamen ibidem dicto Franciſco ſeu Butyllo magna cõtumelia, qui more ſuo quandam nobilem dominam Peruſinam adamavit, quod dictæ dominę fratres non latuit: unde cùm aliquando noctis ſubſilentio penes domum dominę habitu diſſimulato incederet, per dictos fratres in ipſum impetuoſè irruentes fuit fortiter flagellatus: quod cùm reſciverat Urbanus, de hoc vehementer dolens diſpoſuit, quòd ab civitate Peruſina quanto ocyùs recedere vellet: ſed ante quã receſſit, audivit nova ſuſpecta de Cardinali de Manupello ſuprà dicto, quem in eadem provincia patrimonii beati Petri in Tuſcia legatum fecerat, ipſum per quendã Beltot Anglicum magnum Capitaneum in Italia, & eidem Urbano fideliter adhærentem vocavit ad ſe Cardinalem de Manupello, quem adductum per eundem Beltot ad Peruſiũ captivum penes ſe multis diebus detinuit in palatio ſuo, cauſatus quòd aliqua caſtra Romanæ Eccleſię in eadem provincia conſiſtentia alienare voluiſſet, quem tamen poſtea Urbanus multorum magnatum precibus vix à captivitate relaxavit, & cùm poſtea dictus Beltot capitaneus penes quoddam caſtellum la Villa nuncupatum conſiſtens in via publica, qua itur de urbe ad Reate, diſtans viginti miliaria ab urbe, faceret tranſitum, & illud ingrederetur ut cibum cum quibusdam ſociis ſumeret, ignorans quòd dictum caſtrum eſſet Comitis Manupelli fratris dicti domini Cardinalis de Manupello, quidam ruſtici irruentes in ipſum ei manus & pedes amputarunt, truncum ejus etiam pluries perforando. Quod tamen abſque condigna ultione non remanſit, quia poſtea Paulus de Urſinis capitaneus quarundam gentium armigerarum dictum caſtrum cepit, & omnino deſtruxit. Præfatus verò Comes, qui circa CC. caſtra tenuit in Aprucio, quæ pro majori parte fuerunt Eccleſiarum & monaſteriorum, pòſt per dictum Ladiſlaum regem fugatus exul factus eſt, & vix habens unde miſeram vitam valeret ſuſtentare.

Beltot Anglici infelix exitus.

Ipſe autem Cardinalis de Manupello ſuperveniente poſtea obitu ejuſdem Urbani de illo plurimùm lætabatur, & per paucos menſes poſt ſurrogationem Bonifacii ſupervixit.

Bonifacius Urbano ſurrogatus fuit.

IVBI-

JUBILEUS DECURTATUR, Romaque publicatur: De Pontificis vigilantia in emulgendis per indulgentias omnibus Chriſtianis, cuncta admiratione, imò ſtomacho digniſſima,

CAPUT LXVIII.

ULTIMO autem anno Pontificatus dicti Urbani, ipſe annum Jubileū abbreviavit, ſcilicet ad ſingulos XXXIII. annos, & conſtituit, quòd tunc anno domini M. CCC. LXXXVIII. in feſto natalis domini inciperet annus Jubileus in urbe, & duraret per annum incluſivè, prout factum fuit: ſed ipſe Urbanus illum non vidit, quia priùs ab hac luce migravit, & innumerabiles peregrini toto illo anno, poſtquam incœpit Jubileus, præſertim de Alemania, Hungaria, Polonia, Boëmia, Anglia, & aliis regnis & provinciis, quæ fuerunt de obedientia Urbani, ad urbē venerunt: unde & maxima offertoria Eccleſiis & Baſilicis urbis ꝑ viſitatores data fuerunt, ex quibus aliquæ reparationes ipſarum Eccleſiarum factæ fuerunt, ſed reſiduum & major pars ad manus Bonifacii, & quorundam aliorum devenit. Ipſe etiā Bonifacius hujuſmodi offertoriis non contentus licet ad maximas ſummas aſcēderent (erat enim inſatiabilis vorago, & in avaritia nullus ei ſimilis) ad diverſa regna miſſit quæſtuarios vendendo dictā indulgentiā offerentib. tantum, quantum eſſent expenſuri in via, ſi ꝓpterea iviſſent ad urbem, & hujuſmodi exactores ſeu quæſtuarii etiā maximas ſummas pecuniarū à ſimplicibus ſeu barbaris ſubtiliter extorſerunt, ita aliquando in uno regno, ſeu in una provincia hujuſmodi venditionibus ultra centū milia florenorum reportarunt, quia omnia peccata etiam ſine pœnitentia ipſis confitentib. relaxarunt, ſuper quibuslibet irregularitatib. diſpenſarunt interventu pecuniæ, dicentes ſe omnem poteſtatē habere ſuper hoc, quā Chriſtus Petro ligandi & ſolvendi cōtuliſſet in terris, & ꝑ hoc ipſi quęſtaurii impinguati, dilatati, ingroſſati, & cum multis pulchris equis & decenti familia redeuntes ad urbē, ipſam de recollectis per eos taliter rationē Pontifici fecerunt, ſed aliquos eorū, quos comperit infideliter egiſſe, carcerib. intrudebat, non nulli

Ecce iubileum & indulgentias.

Attende quam feliciter

ter cedit negotiatio indulgentiarum: iuſtâ ta praclara rei mercede authoribus illius accidentibus.

nulli eorum mala morte perierunt, aliqui verò ſibi ipſis mortem conſciverunt, quidam furore populi in petias ſecti fuerunt, alii erroribus hæreſis involuti miſerè deceſſerunt, taliter ditati per fas & nefas. Juſtum enim erat, ut hi qui taliter Chriſtianum populum deceperunt, eorum avaritiæ conſulentes malè perderentur. Ipſe autem Urbanus ex terra quam indicendo dictum Jubileum ſeminaverat, fructus recolligere non poterat, ſed alter collegit.

URBANUS IN SICILIAM PROfecturus è mulo decidit, ac Romam rediens in defectu pecuniarum ad ſolvendum promiſſa ſtipendia armigeris, moritur,

CAPUT LXIX.

APPROPINQUANTE autem autumno dictus Urbanus exiſtens in Peruſio conabatur redire ad regnum Siciliæ, unde collecto oportuno armigerorum exercitu à Peruſio circa medium menſis Auguſti receſſit, & iter ad civitatem Narnienſem egit: ſed poſtquam pervenerat ad ſpatium decem miliarium à Peruſio, mulus ſuper quem ſedebat ceſpitans ad terram cum Pontifice cecidit vehementer, quo caſu precipiti Urbanus in diverſis partibus corporis læſus non potuit ulteriùs equitare, & ad eandam civitatem, quam exiverat, redire nolebat, ſed ſe verſus Tiburtum ultra Romam in vehiculo portari fecerat, qui cùm propè eſſet juxta pontem ſuper flumen, quod labitur per Tiburtum directa via qua de urbe itur ad Tiburtum, & illic pernoctare inſtituiſſet, multi Romani ad eum venerunt, obnixè rogantes quòd ad ſedem ſuam rediret. Videntes autem qui ad eum venerant, quòd in hoc non proficerent, ſibi vale dicto abierunt. Ipſe autem ulteriùs ſe per Campaniam in vehiculo uſq; ad Ferentinant civitatem vehi juſſit, animo regnum Siciliæ denuo intrandi, ſed deficientibus tandem pecuniis ad ſolvendum armigeris promiſſa ſtipendia, & appropinquante tempore hyemali quaſi inglorius & paucis ſibi obviam euntibus de Roma ad illam veluti peregrinus volens nolens revertebatur principio menſis Octobris, ubi per totum illum annum de-

gens

gens,& in ejuſdem anni revolutione per XXVIII.dies cõtinuè ægrotando deceſſit. Erant, qui affirmabant ſumpto veneno periiſſe:fuit enim in vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis tunc pręcedenti ac plures dies ſequentes facie ægra atque languenti,quare de vita ipſius tunc vehementiſſimè dubitabam,ſed illo ſero poſtquam ſe in lectum ægritudinis poſuiſſet accedenti ad ipſum mihi præfatus Butyllus occurrit in Apoſtolico palatio veniens ab ipſo, meque amplexabatur & flevit amarè,nec potuit conſolari, & illa nocte de urbe recedens ad provinciam marchiæ Anchonitanæ, in qua tunc habuit certa caſtra, voluit accedere, ſed in via prope Peruſium dolo quorundam interceptus dicta caſtra pro ipſius redemptione tradere coactus eſt in manus quorundam potentum,qui ejus captivitatem,ut dicebatur, ſubdolè fieri curaverant. Vnde ſubitò ſurrogato tunc Bonifacio in locum Urbani defuncti,ut ſuperiùs dictum eſt, ad ipſam urbem pauper & deſpectus rediit, & neminem reperiens, qui more priſtino,ei favorem ſeu honorem impenderet,juxta illud, Cùm moritur præſul,cognatio tota fit exul, incœpit valde dolere. Unde poſtea infra paucas ſeptimanas ab eadem urbe recedens,& iter verſus dictum regnum Siciliæ ſumens ad eundem dominum Raymundum de Baucio declinabat.

Vrbanus moritur.

Franciſce, redde quod debes.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE SCHISMATE QUOD ANNO M.CCC. LXXVIII. INCIPIENS, PER XXXIX. ANNOS CONTINUAtum in Eccleſia Romana duravit, THEODORICI de NIEM Hiſtoriæ liber ſecundus.

DE PATRIA, STATURA, MORIbusq; Clementis, De comitatu Gebennenſi in Gallia: Item de paupertate atq; indulgentia Clementis ante quàm electus eſſet, cùm legatum Lombardiæ ageret,

CAPUT PRIMUM.

PRÆDICTUS autem Clemens fuit natione Gallus, de domo Comitum Gebennenſium in regno Arelatenſi, quod eſt juris & proprietatis Romani imperii: fuit ante Cardinalatum Epiſcopus Cameracenſis, & per Gregorium Papam in principio ſui Pontificatus in Cardinalem aſſumptus, idiomatis Alemanici non imperitus, uno pede parum claudicans, quem tamen corporis defectum pauci cognoverunt eo id ex induſtria celante, largæ conſcientiæ, mediocris ſtaturæ, ac ferè corpulentus, dapſilis, eloquens, nobiles & primarios advenas ad eum undecunque declinantes hoſpitio & menſa liberaliter habuit atque excepit, qui licet multos haberet fratres & ſorores, ac etiam ex quibuſdam eorum nepotes, tamen eo defuncto comitatus Gebennenſis (exiſtens magnum & nobile feudum imperiale in Gallia) ad comitem Sabaudię pervenit, excluſis qualitercunque cunctis veris hæredibus, qui de jure ſuccedere debuerunt. Hunc Clementem cùm ſumptus ei in Italia olim deficerent, nec poſſet ſtatum continuare decentem, tunc dominus Gregorius Papa fecit eum legatum ſedis Apoſtolicæ in Marchia Anchonitana & partibus Lombardiæ, fortè magis ut ſic victum ab incolis illarum regionum ſub legationis ſuæ titulo quæreret, quàm ut quieti & ſaluti

Comitatus Gebẽnenſis feudum eſt imperiale.

Clemens quondam à Gregorio Papa ob e-

& ſaluti conſuleret eorundem. Unde cùm in civitate Ceſenatenſi in ipſa Marchia reſideret, quidam capitanei & eorum complices Britones & Gaſcones injurioſi & rapaces apud ipſum Robertum in præfata civitate degentes pro dicto Gregorio militantes, cives malè tractabant, recipiendo mutuò ab eis victualia & pabulum pro equis ſolvere creditoribus recuſabant, imò eos quandoque verbis & verberibus afflixerunt. *Ceſenatenſis legationis donatur officio.*

DE MISERANDA ATQVE ATROci civium Ceſenatenſium nece à militibus Gregorii XI. ad ipſorum tutelam illuc miſſis illata,

CAPUT II.

QUADAM die ſuſcitato rumore inter forenſes & cives, præfati Britones & Gaſcones fuere victores, qui non parentes ſexui vel ætati, ſenes cum mediocribus, pueros & infantes crudeliter trucidarunt, & de cadaveribus mortuorum omnes penè dictæ civitatis puteos repleverunt, ita quòd intra paucas horas illa die octo milia utriuſque ſexus hominum de ipſis civibus in prædicta civitate mortui ceciderunt: quo facto victores civitatem bonis ſpoliando, eam hominibus & bonis vacuam reliquerunt, quæ quidem civitas poſtea ad manus Caroli de Malateſtis devenit.

DE AVARITIA CLEMENTIS VENdentis Vercellas civitatem Eccleſiæ eodem legationis tempore, ac de truculentia Galeatii & Barnabovis,

CAPUT III.

NEC his contentus dictus legatus, ſed ſuæ avaritiæ conſulens, in maximum detrimentum plurimorum civitatem Vercellenſem, quam prius per aliqua tempora Otto & ejus frater Balthaſar duces Brunſuicenſes militantes tum illic cum auxiliis ſtipendiariorum Romanæ Eccleſiæ, non

abſq;

abſq; magnis & multis ſuorum periculis à Galeatio & Barnabove tūc ipſis Mediolano dominantibus vi eripuerunt & XL. caſtra ſimiliter cum civitate Vercellarum vi belli ceperunt, quæ poſtea Gregorio Papæ liberaliter dimiſerunt, qui dictis Barnabovi & Galeatio fratribus ea vendidit pro magna ſumma pecuniæ, ſub colore quòd illa ſumma pecuniæ pro neceſſitatibus Romanæ Eccleſiæ deberet expendi. Sed cùm ſentirent cives Vercellenſes, & habitatores caſtrorū iterum ſe ad dominiū eorundem tyrannorū redire debere, vehementiſſimè doluerunt, & multi eorum præ timore ad alia loca fugierunt. Sed poſtquā dicti fratres tyranni poſſeſſionem civitatis & caſtrorū taliter eis venditorum recuperarunt, ultra modū multos nobiles viros & alios incolas ceperunt, ipſis traditionis crimen imponētes, eos crudeliſſima morte ſcilicet quoſdā ignis incendio, alios ſuſpendio, & reliquos gladio, vel alia morte perdiderunt, & totam pecuniā quam pro emptione civitatis & caſtrorum præfato Roberto legato dederunt, de habitatoribus & incolis civitatis & caſtrorum infra pauca tempora extorſerunt.

Vide Galeatii et Barnavoni immanitatem.

DE CLEMENTIS IN NOBILES profuſa nimis rerum Eccleſiaſticarum largitione.

CAPUT IIII.

HIc Robertus, ſive Clemens multùm favebat magnatibus ſive nobilibus: unde petentibus ipſis terras, caſtra & dominia Eccleſiaſticarum cathedralium & monaſteriorum pro modico annuo cenſu ab ipſis ſolvendo in feudum ſine difficultate conceſſit, & ea Eccleſiis & monaſteriis auferens eidem etiam penſionis vel alterius ſervitutis onere retento abſolutè donavit per ſe & hæredibus ac ſucceſſoribus eorundem. Unde ſicut olim boni ac ſimplices imperatores ac reges Romani atq; alii Catholici principes leviter & ſimpliciter Eccleſiis & monaſteriis prædictis temporalia bona donarunt, ſic & iſte Pontifex illa tanquam eis incongrua adimendo laicis reſtituit poſſidenda, Quia corrigias corio longas damus ex alieno. Dictus Clemens poſtquam ſuum Papatum, ut ita loquar, per XIII. annos vel circà gu-

Nota Pontificis æquitatem.

Clementis obitus.

bernaſſet, in Avinione deceſſit. Multa etiam miranda ſtupendaq; & notatu digna occaſione dicti ſchiſmatis potiſſimè in Italia iſtis duobus, ſcilicet Urbano & Clemente de Papatu ſimul cōtendenibus acciderunt, quæ ne nimia prolixitas hiſtoriæ legentibus tædium generaret, hîc annotare calamo prætermiſi.

VENCESLAI ROMANI ATQUE Hungariæ regis ignavia, & quo pacto à clericis expeditionis prætextu decimam exegerit,

CAPUT V.

INterim Venceslaus rex Boëmiæ plures oratores diverſis temporibus miſit ad dominum Urbanum ſignificando qualiter pararet adventum in Italiam diadematis imperialis per manus ejus recipiendi gratia, ſed quia ad hoc perficiendum multis ſumptibus indigeret, petebat ſibi concedi quod decimam à clerò regni ſui exigere poſſet in ſubſidium hujusmodi expenſarum: quòd cùm ei conceſſum foret, decimas extorſit easque conſumpſit, attamen ſe de regno ſuo propterea non removit, ſic Papam & etiam Curiales ac Romanos ludificando. Credebant enim dicti Romani, quod rex ipſe utiq; veniret, ſicq; granum & vinum atq; alia victualia eo illuc veniente cariùs vendere poſſent, illa interim per plures menſes ſub ſpe vana penes ſe tenaciſſimè conſervarunt, in proprium eorum & Curialium detrimentum, quia ſæpiùs in magna parte deſtructa & corrupta cùm diutius illa conſervando conſervari non poſſent, irrecuperabiliter perierunt, & ſic avari cives Romani per mendacem regem & oratores hujusmodi decepti, in quo peccarunt, juſte puniti fuerunt.

Venceslaus rex decimā à clericis exigēs ignaviter domi reſidē, Romanos ludificat.

PETRUS DE THOMACELLIS POST mortem Urbani electus, Bonifacius IX appellatur: Item de forma & moribus ejuſdem,

CAPUT VI.

DEFUNCTO igitur Urbano, ut præfertur, in urbe in palatio Apoſtolico prope Baſilicam principis Apoſtolorũ, ac ejus corpore tradito ſepulturæ, Cardinales de ipſius obedientia, tam illi qui in Roma præſentes, quàm alii qui tunc in propinquis provinciis erant, pro celebranda electione futuri Pontificis in urbe convenientes, Petrum de Thomacellis in Papam elegerunt: quo electo infra horam prandii publicabatur ejus electio, & ſtatim concurrentibus illic ad palatium multis Romanis ac Curialibus ipſum ad majus altare in Baſilica principis Apoſtolorum more ſolito trahebant: quo facto cùm ad palatium rediret, obviantibus & congratulantibus ſibi omnibus una ſententia reſpondit, dicens: Gaudium meum, gaudium veſtrum eſt. Deinde in feſto ſancti Martini ſuæ coronationis recepit inſignia, & dum ad Eccleſiam ſancti Joannis Lateranenſis progrederetur per urbem iter agendo non multum honorificè comitatus propter vehementes imbres per plures horas ejus diei decidentes, Bonifacius parum curare præ magno gaudio videbatur.

Mores atq; forma Bonifacii. Hic erat magnæ ſeu proceræ ſtaturæ, ac decorus facie, necnon presbyter, natione Neapolitanus, ſcribendi atque canendi imperitus. Cùm eligebatur, in XLV. ætatis ſuæ anno aut circiter conſtitutus ignoravit gravitatem Pontificalis officii, & adeo ſupplicationes ſibi porrectas indiſcretè ſignavit, ac ſi nunquam fuiſſet in Romana Curia conſtitutus, nec quæ petebantur in ipſis intellexit, & propoſitiones factas coram eo per advocatos in ejus conſiſtorio toto tempore ſui Pontificatus non intelligens ad petita nimis confusè reſpondit: nemo enim proſperatur in illo, quod ignorat, unde inſcitia ferè venalis facta fuit in ipſa Curia tempore ſuo. Fuit tamen ſatis edoctus Grammaticæ ac diſertus, ſed non habuit in aliqua ſcientia præeminentiam ſive gradum.

Facilitas atq; imperitia Bonifacii.

Di

DE PONTIFICIS SYMONIA deteſtanda: Item de annatis & primitiis;

CAPUT VII.

IPSE verò reperit plures bonos & legales Candinales de ſuo collegio, qui ſymoniæ vitium deteſtabantur omnino, quorum præ timore, quoad vivebant, quaſi per ſeptem annos non audebat ſymoniam publicè exercere, attamen per aliquos mediatores ſecretè & ſubtiliter potiſſime in prælatorum promotionibus exercebat, intercedentibus pactis clandeſtinis de promotionibus per ipſum faciendis, dum tamen hujuſmodi promovendi ſibi aliquos florenos ſimulantes clanculò exhiberent, & ſi illi, à quibus poſtulabat pecunias; ei non dederunt in promptu, diverſas confinxit & allegat in ſecreto conſiſtorio coram Cardinalibus cauſas, quarum prætextu promovendorum plus debito negotia protelabat, ſeu totaliter impediebat, ſic etiam Cardinalibus ſuis ſæpiùs illudendo. Cardinalibus autem pro majori parte ſucceſſivè defunctis, quos ipſe ſymoniam odio habere cognovit, exhilaratus eſt nimiùm, quia tunc liberas habebat habenas ſymoniam pro libito etiam publicè exercendi: ſed demum circa decimum annum ſui regiminis, ut cautiùs ageret in hac parte, palliaretque ſymoniam, quam exercuit, quodam neceſſitatis colore, primos fructus unius anni omnium eccleſiarum cathedralium & Abbatiarum vacantium ſuæ cameræ reſervavit, ita quòd quicunque ex tunc in Archiepiſcopum vel Epiſcopum aut Abbatem per eum promoveri voluit, ante omnia cogebatur ſolvere primos fructus eccleſiæ vel monaſterii, cui præfici voluit, etiamſi nunquam poſſeſſionem ejuſdem conſequi poſſet, de quo ipſe Bonifacius penitùs non curabat, imò ſæpe dicebat, utinam non adipiſcatur poſſeſſionem eccleſiæ vel monaſterii hujuſmodi, ut iterum de alio rurſus pecunias extorqueret. Dicti autem primi fructus per ipſum æſtimati fuerunt ad triplum illius quod in literis cameræ Apoſtolicæ pro communi ſervitio ſolvendo taxata fuerunt. Et quia non omnes promovendi venientes ad Curiam ſufficientibus pecuniis cum ſacco parati erant, uſura in Curia tempore regiminis dicti Bonifacii tantum inva-

Iſtuc eſt ſapere de deo: etiam ſi occulta videat, parū curat Pōtifex.

Moriuntur probi.

Annatæ ac primitiæ fructuū eccleſiaſticorum.

Uſurarii in

urbe frequẽtes.

invaluit, quòd fœnus amplius non reputabatur peccatum, imò ipſæ uſuræ exigebantur quandoq; publicè coram judicibus & officialibus dicti Bonifacii. Et tunc illud Pſalmi, Et non defecit uſura & dolus in plateis eorum, verificabatur. Sicque exigebatur pecunia ſymoniacè pro aliqua gratia à Pontifice obtenta ex ſtipulatu promiſſa, & ut nihil de contingentibus ipſe Pontifex omitteret, multas uniones eccleſiarum parochialium & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ſymonia intercedente fecit.

Vide pietatẽ iudiciũ Curialiũ atq; officialium.

Attende religionẽ Pontificis.

DE TEMPORIS GRATIARUM (quòd hic Datas vocat) prioritate paſſim vendita, atq; de dolo falſo circa eam rem publicè adhibito: ubi attendendum eſt falſum circa literarum inſcriptionem commiſſum, ac vis veritati, imò juſtitiæ facta,

CAPUT VIII.

HIc Bonifacius ſuique ſecretarii & cubicularii in principio ſui Pontificatus unius anni ſpacio vel plus, primam, quæ erat quinto idus Novembris, plus offerentibus vendiderunt tam in verecundè ac frequenter, quòd paſſim de venit in deriſionem etiam populorum illa venditio, & ibidem Bonifacius ſub pacto quæcunque beneficia eccleſiaſtica ubicunque locorum vacantium, ſive reſervata eſſent ſive non diſpoſitioni Apoſtolicæ, ſub dato obitus eorum, qui ea vivi poſſidebant, vendidit, & hæc mercimonia publica multis annis duraverunt in Curia Bonifacii. Inveniſſet etiam tunc pleroſque curſores per Lombardiam & alias partes Italiæ diſcurrere, perſcrutantes, num infirmarentur aliqui pinguia eccleſiaſtica beneficia obtinentes, & ſi aliquos invenerunt ægrotantes, tunc currebant ad Romanam Curiam, & mortem talium intimabant illis, qui ſuper hoc ipſos pretio conduxerunt. Sed Pontifex ipſe utpote improbus mercator, quandoque etiam ſub eodem dato unum & idem ſacerdotium pluribus vendens, veluti novum proclamabat, pro ſecundo, tertio, vel quarto, concurrentibus ſimul in dato ſuper uno & eodem beneficio ſic vacante, quod illi duntaxat providere voluit, propterea volentibus excludere alios ab ipſo Bonifacio habentes gratias expectativas, novas gratias

Licitatio beneficiorũ, in qua plus offerẽti addicitur merx.

Nundinationes impudentiſſimæ.

tias poſteriores in Dato vendidit cum clauſula Anteferri, per multos annos & tandiu, donec nulli vel pauci illarum gratiarum deinceps invenirentur emptores: quod videntes ipſi proxenetæ, ad inauditam priùs practicam lucri captandi cauſa ſe improbè converterunt.

Tollat, qui te nō novit. Incautus atque parum providus mercator, quòd palā has licitationes exercēs, admonuit ne quis denuo ad eūdem lapidē impingeret: nemo enim diu latère poteſt.

QUO PACTO ALIAE ATQUE ALIAE inſuper artes à ſacerdotiorum nuncupatoribus, ut emptores priores eluderent atque novos ſubinde allicerent, commentæ ſunt ac confictæ: De regulis cancellariæ: Item alia pleraq; ejuſdem farinæ ad hanc officinam, ut mirè conducentia, ita cognitione digniſſima: ubi videre licet, quàm calluèrit author technas Romanenſes eo tempore quo paucis notæ erant: quas hodie & nemo non videt, & boni omnes deteſtantur,

CAPUT IX.

FINXERUNT enim alias novas gratias expectativas, quæ omnes gratias illas in Dato præcedenti, quæ vocabantur cū clauſula Anteferri, proſternebant, ſed illę fuerint nimis caræ, quia illæ cum ſimplici clauſula Anteferri pro XXV. florenis vel circà, ſed aliæ gratiæ cum Antelationis prærogativa pro L. ducatis communiter vendebātur. Simul quòd ultimę gratię per multos aſſiduè ambitioſos emerētur, præfati mercatores ſeu inſtitores, ut plus lucrarentur, novas cautelas invenerunt. Fecit enim dictus Pontifex perquàm multas regulas cancellariæ & alias ordinationes, per quas videbātur ſe hujuſmodi gratiarum expectativarum à ſe tum paſſim venditarum effrænatām multitudinem reſtringere velle: quod cùm multi dictarum gratiarum ſentirent emptores, novo pacto intercedente pecuniario quæſtu impetrarunt ab ipſo, ſub illis declarationib. non comprehenderentur gratiæ ipſis factæ, beneficia etiam diſpoſitioni dicti Pontificis generaliter reſervata, & illa potiſſimè, quæ vacabant in Curia præfata, plus offerenti vēdebāt ſub colore, ꝙ emptores illorū etiā primos fructus eorundem beneficorum in prōpta pecunia ad utilitatem cameræ Apoſtolicæ ante omnia ſolverent, qu-

Reſervatio beneficiorū ac primorū fructuum.

Obelo fodiũtur ac eraduntur ſupplicationes etiã ſubſcriptæ ac ſignatæ, modò eſſet qui plus offerret.

facto tunc primùm ſignabantur ſupplicationes pro ipſis emptoribus in quibus dicta beneficia petebantur, & etiam poſt quàm ſignatæ fuerunt, ſi alter veniſſet fortè, qui plus obtuliſſet, jam ſignatæ ſupplicationes hujuſmodi ſæpe de regiſtris ſupplicationum dicti Bonifacii cancellabantur, & ſuperveniens præferebatur præcedenti in Dato: dicebat enim ipſe Bonifacius, quòd illi qui minus obtulerunt, eum decipere voluiſſent. Vidi etiam tempore peſtilentiæ, quæ in urbe graſſabatur decimo anno Pontificatus dicti Bonifacii, quod unum beneficium aliquando in eadem ſeptimana ſucceſſivè pluribus vendebatur, nullo tamen illorum dicti beneficii habita poſſeſſione adepto, quia nunc emptore uno decedente ſucceſſit ſecundus, & eo etiam moriente tertius aderat, illud pro ſe volens habere, ſed nemini niſi ex pacto dabatur pecunia intercedente, quia nemo facilè oleum elicere poteſt de ſaxo duriſſimo. Hæc eo tempore omni timore Dei & verecundia hominum poſtpoſita in tam frequenti erant uſu, quòd Curiales pro majori parte affirmabant talia licitè fieri, cùm Papa in talibus, ut dicebant, peccare non poſſet: ſed quia emptores aliqui beneficiorum ſæpe non habebant pecunias promptas, tunc aut pignoraticiam aut fidejuſſoriam cautelam mediatoribus hujuſmodi præſtiterunt, & eadem pignora ſi ſtipulata pecunia in ſtatuto termino non ſolvebatur, vendebantur, & ceſſantes in ſolutione principales, vel fidejuſſores, qui ſolam præſtiterunt fidejuſſoriam cautionem, ſtatim in carcerem detrudebantur.

Vide quem ſecũda meſſis Pontifici ceſſeris emptorũ clade: Mercurio propitio atque internũtio, Plutone præſide, cũcta trãſigẽte ac coprobante Tyſiphone.

DE DISPENSATIONIBUS ALIISque malis Curialium artibus, ac de eorum officiis qui Curiæ præſidebant.

CAPUT X.

Oiniuriã atque iniquitatẽ plus quam tyrãnicam.

PRæterea diſpenſationes quæ petebantur ab ipſo antiſtite pro quibuſcunque, dum modò correſponderet pecunia, quam ejus rei cauſa petebat, indifferenter docto & illi cariùs, & indocto & huic remiſſiùs pacto etiam intercedente vendere non negavit: omnia etiam beneficia in eccleſiis urbis vacantia vendidit, & ſi non potuit habere pecunias, res alias permutationẽ recepit, ut porcos, ſues, equos, granũ, & fru-

mentum, vaccas, oves & boves, nil penitùs refutando, & tunc nil erat generale in ipſa Curia ſicuti ſuper talibus abuſivis gratiis fabricare minutas: omnes quippe Curiales magni, mediocres & parvi videbantur eſſe in talibus tunc experti. Sed qui plures pernicioſas cautelas ſeu ſubtilitates invenit, hic præ cæteris laudabatur, & ſecundum illos exorbitantes litteras auditores, & alii judices cauſarum in ipſa Curia judicabant, eorum nullas quantumcunq; etiam anormales refutando, quia & ipſimet talibus literis & gratiis ſe juvabant, ambiendo etiam eccleſiaſtica beneficia per eaſdem. Vidiſſes tunc pleroſque ex auditoribus ipſis, quorum quilibet prætextu talis expectativæ gratiæ ad certum valorem annuum ad unum, duo, tria vel plura beneficia ſibi factæ, ultra viginti beneficia acceptabant, & de illis etiam ſibi provideri fecerant, & ſic alii expectantes & habentes conſimiles gratias qualitercunq; excludebantur per eoſdem auditores propter prærogantiam, quia capellani erant & commenſales dicti Bonifacii, ut dicebant, & tunc fiebant etiam in audietia cauſarum crebræ allegationes per advocatos partium propter hujuſmodi literarum exorbitantias manifeſtas: unde augebantur expenſæ litigantibus, & cauſæ protelabantur nimiũ, & notarii cauſarum exactionabant plus ſolito litigantes, & multæ novitates malæ paſſim introductæ fuerunt in Curia momerata, quas nemo correxit, quia pecunia omnia ſuperabat, & per multos annos ſuper iſtis mirabilibus & abuſivis gratiis literæ dicti domini Bonifacii per ſuos ſecretarios expediebantur per cameram ad nutum illorum, qui eas habere volebant: quibus ipſi ſecretarii conſueverunt dicere, ante q̃ dictas literas expedirent, ſi minutè, ſuper quibus dictæ literæ confici debebant, ad eorum voluntatem factæ forent? qbus reſpondentibus, quòd ſic, tunc ſoluta ſtipulata pecunia pro dictis gratiis, per eoſdem ſecretarios expediebantur literæ ſuper illis, tamen raro juxta ſtylum Curiæ aut jus commune. Hic etiam Argus antiſtes, libros, veſtes, utenſilia & pecunias ſuorum Curialium & prælatorum adhuc quandoque ipſis agonizantibus per quoſdam officiales ſuæ Curiæ ad hoc deputatos pro ſe recolligi fecit ad inſtar corvi in prædam hiantis.

Roma barathrũ ac profundũ pelagus, in quod quicquid mergitur, abſorbetur.

Clauſum poſſidet arca Iovem.

Papæ ſervitia haud multum æquiora domino.

DE SORDIDISSIMO QUAEſtu in ſignandis ſupplicationibus à Bonifacio adhibito,

CAPUT XI.

SED cùm poſtea contra ipſos vendentes & ementes hujuſmodi gratias longè lateq; maxima in famia laboraret dictus Bonifacius, poſtremò ad profundum iniquitatis deſcẽdens, nullam penitùs ſupplicationem etiam pro quocunque & quantumcunq; paupere vel alio ſignare voluit, niſi ꝑ ſingulis ſupplicationibus quas ſignavit, ante ſignaturam ſingulos florenos auri à ſuis mediatoribus deputatis, per eum in talibus recepiſſet, excluſis tantùm perſonis ſuorum Cardinalium, quibus tamen gratias gratis vix ſignabat. Sentiens autem poſtea dictus Bonifacius, quòd dicta contra eũ infamia laboraret, ad alias cautelas ſub boni ſpecie ſe convertit: unde XI. Kalen. Januarii, Põtificatus ſui anno decimoquarto, revocavit omnes expectativas, & etiam alias diverſas gratiarũ ſpecies per eum factarum, quaſi erraſſet in omnibus illis, & nihilo minùs novas fecit gratias expectativas ad certos annos per eum limitatos, infra quos deceſſit, & illarũ etiam Dato ſecundum quod erant meliores, uſq; ad ejus obitum volentibus emere vendidit, & interim etiam ſingulos florenos pro ſingularum ſupplicationum ſignatura per ipſum facta extorſit, aſſerendo quòd per illam pecuniam ſic extortã multùm in ipſius ſtatu juvaretur. Vidi etiam tunc unius auditorum cauſarum dicti Bonifacii hominis inutilis & ſolo nomine Decretorum Doctoris literas ſuper expectativa gratia in diverſis provinciis Germaniæ fabricatas, in quibus diſpenſabatur inter alia ſecum, quòd ſex incompatibilia beneficia recipere & ſimul retinere, illaq; totiẽs, quotiens ſibi placeret, ſimpliciter vel ex cauſa pronunciationis dimittere, & loco dimiſſorum totidem ſimilia & diſſimilia beneficia recipere & retinere poſſet, etiamſi eſſent dignitates majores poſt Pontificales, ac electivæ & curatæ, necnon etiam ſuæ præſentiariæ ac Apoſtolicarum literarum ſcriptoriæ officia pacto pecuniario intercedente vendidit: tamen ementibus juramentum ſolitum (in quo inter alia cavetur, quòd pro illo habendo nihil dederunt, nec per alium eis ſcientibus quicquam

Periuria Curialiũ.

quam

quam datum fuit aut promiſſum)non remiſit, unde multi- perjuria commiſerunt. Nec credo, quod unquam adeo inverecundus & ingenioſus quæſtor pecuniarum repertus fuerit, prout erat pontifex Bonifacius, ita quòd propriè ei congruit illud vaticinium Cyrilli Epiſcopi, in quo comparat iſtos rapaces & ſymoniacos ſummos Pontifices cymbalo, quod fit ex pelle ab hirco vel ove detracta, & quibusdam fidibus trementibus pelle tenſa digitis aut ligno tactis aures demulcet Sic ille paſtor eccleſiæ quenquam minorum eccleſiarum vel pauperem clericum excommunicans, ac deinde extendet & differat negotia Curialia terminare,donec tactis nummis intra loculos conquaſſatis aures demulceat ad preces.Qui etiam ſolitus erat quaſi omni die manc circa horam Primarum comedere, & poſt comeſtionem lecto ſe reponere,ac usq; ad horam veſperarum dormitare, atque de nocte ſimiliter tempeſtivè ſurgere, & tunc ſuum officium recitare. Dum autem coram eo miſſa celebraretur prælatis illic concurrentibus in publico,ut eſt moris,omni pudore ſepoſito tunc illum,nunc alium de Secretariis ſuis infra miſſarum ſolennia venire coram ſe fecit, ſemper intentus ſi quas ſibi pecunias apportarent.Et nunquam in tantum iracundia ſeu moleſtia vexabatur, quin ſi videret ſibi pecunias afferri, lætaretur, ſolùm præſentes & recentes curans pecunias. Solebat enim quandoq; dicere,quod mallet parvum piſcem in manibus habere,quàm in dubio in mari Delphinum, & in hac opinione deceſſit. Nam cuidam interroganti ab eo in ultimo conſtituto, qualiter ſe haberet aut ſentiret? reſpondens ait, Si pecunias haberem,bene ſtarem.

Attēde hypocriſim, imo tyrannicam exactionem.

Cyrillus.

Cōparatio.

O impudentiam cacā atq; deteſtā dam.

NOVUM BONIFACII COMMENtum ad emulgendas pecunias à ſuis creaturis, illisq; pro commodo, aut extollendis, aut ſpoliandis,

CAPUT XII.

PRæterea idem Bonifacius circa ſeptimum Pontificatus ſui annum in graviſſimum detrimentum Cathedralium eccleſiarum & monaſteriorum ác prælatorum (quos illis vacā-

tibus præfecit)certam ordinationem ſeu regulam ſuæ Cancellariæ edidit, continentem in effectu, quòd quicunque Archiepiſcopi, Epiſcopi, necnon Abbates per eum promoti infra annum à tempore promotionis hujuſmodi de ipſis factæ incluſive computandum, literas ipſius Bonifacii ſuper eiſdem promotionibus usque ad Theſaurarium expeditas non haberent, caderent à jure ſibi acquiſito ex promotionibus ipſis,ac eccleſiæ & monaſteria ex eo per annum vacarēt, dictæq; literæ(licet ſolviſſent per eum promoti aliquando pro majori parte expenſas) & onera quæ de novo promotis incumbunt,non dabantur de ipſa Theſauraria, niſi totaliter perſolviſſent. Unde multi Epiſcopi, Archiepiſcopi & Abbates de novo promoti per ipſum ex defectu pecuniarum per lapſum dicti anni perdiderunt eorum titulos,& jus ſibi competens in eccleſiis & monaſteriis,quibus præfecti fuerunt. Et hæc practica irremiſſibiliter obſervabatur tempore Bonifacii usque ad ejus obitū in Curia. Et ſicut frequenter de Archiepiſcopis & Epiſcopis facti fuerunt extrà Archiepiſcopi & Epiſcopi,ita & de Abbatibus non Abbates, & de glorioſis inglorii, ac de magiſtris diſcipuli, in ludibrium & ſcandalum totius cleri & populi Chriſtiani,ac damnum eccleſiarum & monaſteriorum, quibus præfecti fuerunt. Et per hoc etiam uſuris & aliis multis malitiis via latiſſimè aperta fuit in Curia ſæpe dicta,& multæ baratriæ ſequebantur. Et licet Innocentius ſeptimus,qui dicto Bonifacio ſucceſſit, dictam ordinationem tanquam injuſtiſſimam & nequiſſimam in principio ſui Pontificatus refutaſſet, poſtremò tamen ad importunam inſtantiam aliquorum lucri cauſa eam circa aliquos prælatos renovavit in principio ſecūdi anni ſui Pontificatus, propter quod Deus ſubitò punivit eum,ut creditur,ut inferiùs ſuo loco clariùs apparebit, & pro certo baratrias & novas adinventiones dicti Bonifacii ad extorquendum pecunias indifferenter, ab omnibus fiebant,ut vix aliquis per omnia conſcribere poſſet. Tunc temporis vidiſſes etiam continuò valde multos apoſtatas diverſorum ordinum mendicantium & non mendicantium in eadem urbe diſcurrere, & aliquos effici armigeros ipſius Bonifacii, ſed plurimos titulares Epiſcopos,ac pleroſque ſedis Apoſtolicæ capellanos ad aliquam eccleſiam titularem promovebat,ita quòd nonnulli,qui heri ut ſcurræ ſeu hiſtriones aut diſcoli per vicos & tabernas aliaque

Qualis paterfamilias talis familia.

Attēde me

aliaque ſuſpecta loca per urbem diſcurrebant,in publico hodie facti Epiſcopi& prælati ſancta tractabant,nullis præmiis, nulla priùs habita pœnitentia ſeu abſolutione à centuris eccleſiaſticis,quas ſic evagando per mundum & apoſtatando, & peccata enormia committendo damnabiliter incurrebant. Præterea multi religioſi, & præſertim mendicantium ordinum fratres, quod poſſent eccleſiaſtica beneficia regere, & extra eorum ordines & loca religioſa morari, ac alia ſimilia multa impetrarunt,nec potuit adeo quid injuſtum aut abſurdum poſtulari, quod non concederetur intercedente ſymoniaco pacto, & ſoluta pecunia ex ſtipulatu prædicto promiſſa in Curia ſæpè dicta. *tamorphoſim.* *Sententia Horatii, Diſsina humanaq; pulchrus divitiis parent, &c.*

QUOD A PARENTIBUS NON MULtum degeneraverit Bonifacius, & quantum in divi Petri auxerit patrimonium,

CAPUT XIII.

HIc Bonifacius habens matrem omnium mulierum avariſſimam, & duos fratres præſentes in Curia(de quibus ſuprà quædam tetigi, & plura dicentur inferiùs)his complacendo gratias,quas poſtulabant pro aliis,conceſſit:unde ipſi, ſcilicet mater & fratres magnas pecuniarum ſummas congregabant: ſed reſpice finem, qui ſi bonus eſt,eum laudare memento. Ipſi enim pro omnibus duplicia receperunt, & ſi forſan aliqui venientes ad præfatā Curiam habebant equos pulchros,aut illos omnes ſeu ſaltem aliquos ex eis dicti fratres modis omnibus acquirebant& volebant habere,nec aliquis eis,quæ petebant,præſumpſerat denegare. Fuit inſuper ipſe Bonifacius in temporalib. non mediocriter fortunatus, ſed in ſpiritualibus debilis: nam in quarto anno ſui Pontificatus civitatis Peruſinæ & ſuorum caſtrorū omnium ei oblatum ultro temporale dominiū acquiſivit. Veniens autē ad Peruſinam illic periculosè & diutius egrotabat:ſicq; etiā diu fecit in Reate primo anno ſui Pontificatus, & paſſim Viterbium & Montisflaſconenſium civitatum,multorumq; illic adjacentium caſtrorū mediante dicto Cardinali Ravennatēſi *Filii huius ſeculi, &c.* *Civitates quadam ad Bonifacium deficiunt.*

 tunc

tūc ad ipſū de præfato Clemente cōverſum, & ſucceſſivè fortiſſimas Narnienſis & Spoletanæ civitatúm arces, & ipſas civitates cum ducatu Spoletano, multaque alia loca munita, & tandem marchiam Anchonitanam, pariter & Bononiam ſub ejus ditionem recēpit, & in decimo anno ſui Pontificatus Romæ in alto & baſſo temporale dominium habuit, & quandiu vixit, tenuit manu forti: quod contigit ex diſſenſione civium Romanorum, quæ omnes politias citò diſſolvít, & ut urbem, provincias & civitates, terras & caſtra poſſet ſine defectione tenere, multos ſecum ſtipendiarios ſemper habuit, ſed dictos ejus fratres voluit in omnibus preeſſe, multis etiam & gravibus aſſiſiis, talliis & impoſitionibus eccleſiaſticos prælatos ac presbyteros, necnon clericos & laicos dictarum provinciarum per eoſdem ſuos germanos & ſtipendiarios aggravavit, ac nimis ſeverè, quæ petebantur ab ipſis, pecuniaria ſubſidia fecerat extorqueri, non parcendo dignitati, ſtatui, vel ætati.

Romani omnes Bonifacio parēt.

Attende ex paſtore lupum, ex patre carnificem, ex Pontifice tyrannum.

DE INSANA AEDIFICIORUM EXtruendorum libidine, qua plerique Pontifices laborant pernicioſiſſime: Item de inclementia Bonifacii in Prælatos: Item de Roberto Palatino Romanorum rege, & de Pontificis ſorore.

CAPUT XIIII.

CASTRUM etiam ſancti Angeli prædictum in burgo ſancti Petri Romæ totaliter tunc deſtructum, ſumptuosè de pecuniis, quas taliter per ſymoniam acquiſivit, de novo fecit reformari. Capitolium etiam Romanum, ubi indigebat notabiliter, reformavit, & adeo munivit, quòd de hoc Romani cives non videbantur eſſe contenti, aſſerentes illud non caſtrum, ſed prætorium eſſe debere, atque ad tractandum cauſas & conſulendum in illo pro republica urbis fuiſſe deputatum, & ad hoc valde multi pauperes presbyteri continuè laborabant portantes lapides & cæmentum, ut ſic gratias aliquas ab eodem Bonifacio reportarent, & literas ejus ſuper illis gratis haberent, quod pauci eorum conſecuti fuerunt. Præterea idem Bonifacius prætextu hujuſmodi ſtructurarū, quas

Improbitas

quas fecit fieri,& gentiũ armigerarum,quas tenuit, ut multas pecunias poſſet exigere, pleroſque Archiepiſcopos, Epiſcopos,Abbates,& alios Eccleſiaſticos prælatos præſentes in ejus Curia,vel abſentes inſcios & invitos, vel ſimpliciter abſolvit à prælaturis ſuis, & aliquando eas ad titulares eccleſias tranſtulit, ſeu promovit ad procurationem regum & principum,Cardinalium,& aliorum, dum modò pactæ eſſent ſummæ pecuniarum quantas volebat: unde in pleriſq; regnis & provinciis maximæ diſcordiæ oriebantur. Vidiſſes tunc in eadem Curia multos ſolo nomine incedere prælatos ab omnibus deſpectos,nec habẽtes fortè panem ad manducandum,quibus ipſe Bonifacius non compatiebatur,nec ad ipſum intravit gemitus eorũdem. Ipſe etiã paulo pòſt,quàm electus fuit in Papam,dominum Ladislaum coronari fecit in regem Siciliæ,tunc ætatis fortè X V I I. annorum,ac ipſum & dominas præfatas Margaretam matrem & Joannam ſororem ipſius regis Ladislai recepit in plenitudinem gratiæ ſuæ ac ſedis Apoſtolicę,abſolvẽs ipſos ab omnibus Eccleſiaſticis cenſuris & proceſſibus,quas præfatus Urbanus tulit in eos propter regem Carolum præfatum dudum in Hũgaria interfectum. Et non diu ante ipſius obitum electionem de domino Roberto moderno rege Romanorum per Archiepiſcopos Moguntinenſem,Colonienſem, & Trevirenſem electores imperii contra dictũ dominum Venceslaum regẽ factum,me etiam tunc præſente,in conſiſtorio publico approbavit,promittens quòd ſibi favores Apoſtolicos impendere vellet. Ipſe autem dominus Robertus licet ante dictam approbationem veniſſet uſque ad Italiam contra ducem Mediolanenſem,tamen in hoc finaliter non profecit. Et nunc redeundo ad propoſitum,dictus Bonifacius multis morbis acutis,ſcilicet gravi tuſſi,raucedine gutturis,colica,&calculo & nonnullis aliis ægritudinibus concurrentibus continuè præmebatur,pręfatumq; dominum Ladislaum regem tunc pauperem,multũ illa intentione quod matrẽ & fratres ſuos prædictos aliosq; de ſtirpe ſua,ut exiſtimo, cõmendatos haberet,juvit in pecuniis & gentibus armorũ, adeo quod rex ipſe fretus auxilio Bonifacii Neapolim & regnũ Siciliæ de manibus hæredũ prædicti ducis Andegavenſis & quorũdã aliorũ potentũ tũc detentũ,recuperabat: quod ſine auxilio Bonifacii,aut vix,vel nunquã facere potuiſſet. Hic etiã Bonif. reſidendo

atque inclementia Bonifacii in prælatos.

Electio Roberti Palatini contra Vẽceslaum Bohemum à Bonifacio comprobatur.

Bonifacius morbis vexatur.

Bonifacii ſoror nubit. dend › Peruſii prædictam ſororem ſuam matrimonio tradidit C › miti ſancti Flaviani inter regnum Siciliæ & marchiã Anconitanam reſidenti,quem poſtea ducem Adriæ fecit, dans ei in dotem X V I I.milia florenorum,ut fama laborabat qui quidem dux factus fuit ultra modum lubricus & ſævus tyrannus, & poſt multas crudelitates per eum commiſſas dicta ejus uxor ex jactura cultelli in eam per ipſum ducem ira commotum, prout dicebatur, facta vitam finivit. Cujus exequiæ in baſilica principis Apoſtolorum largifluè peractæ fuerunt,ſumptibus Bonifacii & eo diſponente, & dux ipſe,qui non fuit in eiſdem exequiis, poſtea traditoriè eſt interfectus.

Dos p.etrum ampla tanti ſacerdotis ſorori.

Tragœdiæ funebres in morte amicorum Pontificis adhibitæ.

DE STATU URBIS PERUSIENSIS, ejuſq; populi factionibus ac bellis civilibus,

Caput XV.

IDem Bonifacius præfatis fratribus ſuis ab eodem Ladislao Soranum comitatum & quædam alia dominia in regno Siciliæ conſiſtentia pretio emit, pro quibus ultra centum milia florenorum auri exburſavit de pecuniis eccleſiæ Verùm in eadem civitate Peruſina ſunt tres ordines, ſeu ſtatus civium:nam quidam ſunt nobiles, qui dicuntur Beccarini, & poſt eos majores de populo,qui Raſpantes nuncupantur, & minutus populus.Qui quidem Peruſini poſtquam à Romano Imperio recedentes ſe ditioni Romanæ Eccleſiæ ſubdiderunt,invicem hoſtilitér diffidentes,nunc una pars aliam nunc alia iſtam violenter expulit à civitate, ſeque ultra modum invidiosè tum perſequebantur, & perſequi non ceſſabant:ipſe autem populus minutus indifferenter tenuit ſe cũ parte vincente,aliàs enim civitas ipſa inbrevi tempore abſq; habitatoribus remanſiſſet.De quo eſt valde mirandum,ipſa enim civitas eſt in aere ſalubri(rariſſimè ibi peſtilentiæ)collocata,magna,populoſa & inclyta, habens generale ſtudiũ, & utriuſque ſexus habitatores ingenio acutos, proceros & decenter indutos,necnon circũſcripta factione valde honorabiles,affabiles & jucundos,& ad omnia ſive ſeria ſive joca peragenda promptiſſimos & audaces,necnon ad miniſtrandum juſtitiam & puniendum exceſſus ac maleficos perdendum

dum ſemper bene diſpoſitos & ſolertes. Contigit igitur, cùm prædictus Bonifacius Peruſii anno quarto ſui Pontificatus in ætate reſideret, quòd dicti Raſpantes, qui tunc erant exules ab eadem civitate, ad illam vellent qualitercunque redire, & exercitum haud longè ab eadem civitate ducerent, ac ibidem diebus pluribus morarentur, quorum generalis capitaneus vocabatur nomine proprio Beordus, valde audax & expertus in armis. Ipſe autem Bonifacius conabatur facere concordiam inter ipſos & Beccarinos, ita quòd plures Raſpantium ſub colore concordiæ civitatem reintrarunt, ſed Bonifacius proventus & emolumenta, quæ recepit a domino Peruſino, in dotem ſororis ſuæ præfatæ & alios ſuos privatos uſus convertens, non tenuit in eadem civitate ſtipēdiarios, qui unam partem alteri parti forſan injuriari volentem vi reprimere poſſent. Unde accidit in principio menſis Auguſti infra horam prandii me tunc è regione palatii dicti Bonifacii habitante & vidente, quod multi de Raſpantibus ad plateam ante palatium ſubitò irruentes, quos ibi invenerunt Beccarinos de hoc improviſos crudeliter occiderunt, & forſan centum numero illo die, inter quos erant multi milites & militares, & plerique legum Doctores, & alii eminentiores cives. Et hujuſmodi invaſio atque interfectio per dies aliquot perduravit. Iſte autem Beordus fugiente dicto Bonifacio à Peruſio, infra paucos dies poſtea intravit Peruſium cum quingentis equitibus, & dominium ipſius civitatis & ejus caſtrorum adeptus eſt. Et cúm poſtea Bonifacius de Aſſiſio ad urbem rediiſſet, tunc Beordus Tudertinam civitatem ejusque comitatum contra Bonifacium movens publicam guerram apprehendit, & quandiu vixit, tenuit & poſſedit, & in marchia Anchonitana pugnando campeſtri bello cum ipſo Marchione & Rectore dictæ Marchiæ, fratre ipſius Bonifacii, eum vicit, & diu tenuit captivum, quem tamen ipſe Bonifacius mediante pecuniario ſuffragio liberavit.

Exules Peruſini.

Pōtifex parū de ſalute ſubditorum curans.

Quo pacto negligentia Pōtificu, Peruſini cives in mutuas neces graſſabantur.

Exules reducuntur.

Frater Bonifacii in bello captus.

MACHINAMENTA QUIBUS Pontifex Beordum Peruſinorum præfectum dolo obtruncat,

CAPUT XVI.

UNde Bonifacius valde indignatus Beordo, ipſum excõmunicavit, & perquàm diros proceſſus contra ipſum in urbe fulminavit. Sed quia parum vel nihil profecit in illis ad alias ſubtilitates ſe convertit, per quas Beordum dolo, interfici procuraret, prout ſtatim factum fuit. Unde Abbas monaſterii ſancti Petri in burgo ſancti Angeli Peruſini, qui erat de parte Beordi & Raſpãtibus, cui Beordus plurimùm confidebat, credens ſe conſecuturũ propter facinus hujusmodi Cardinalium, unà cum quibusdam ſuis amicis paucis quodam mane accedẽs ad hoſpitium dicti Beordi in Peruſio, eodem adhuc in lectulo quieſcente, pulſavit ad oſtium cameræ, in qua Beordus quievit, & audiens dictus Beordus quod dictus Abbas exiſteret qui pulſavit, mandavit janitori, ut portam aperiret, & ipſe interim diploide duntaxat ſe veſtivit, & ſurgens de lecto dictum amplexabatur Abbatẽ, atq; tunc duo qui cum Abbate erant, ipſum extractis gladiis confoderunt & traditoriè interfecerũt: quo facto ipſi ſtatim fugientes à Peruſio ad Bonifacium acceſſerunt, qui dictum Abbatem recipiens in ejus cubicularium ſatis honoravit & dilexit. Tamen idem Abbas poſtea infra pauca tempora in urbe morte naturali deceſſit, & alii interfectores Beordi ſeu complices ipſius Abbatis nullam mercedem ab ipſo Bonifacio cõſecuti fuerunt, ſed remanſerũt exules proſcripti ac banniti ſemper à civitate Peruſina præfata. Dictus verò Bonifacius ſollicitante eum ad hoc prædicto Cardinali Monopoliranenſi, turpiter fugit ad Aſſiſſium declinando, comitatus ſeptem Cardinalibus & officialibus ſuis ac Curialibus multis: tamen Ravennas & Piſanus Cardinales, de quibus ſuperiùs dictum eſt, & multi ex eisdem Curialibus per multas ſeptimanas & ego cum ipſis remanſimus in civitate prædicta. Raſpãtes verò dixerunt, quod multùm mirabantur, quare dominus Bonifacius taliter aufugiſſet, cùm ipſi nihil in ejus aut ſuorum Curialium præjudiciũ voluiſſent aut vellent conari, & quoſdã magnæ authoritatis viros

Beordus interficitur.

minimè ſuſpectos ad Bonifacium deſtinarunt ad Aſſiſſiū, rogantes ut ad ſuam civitatem redite dignaretur, eam cum ejus jurisdictione temporali, uti prius fecerat, pacificè poſſeſſurus: quod tamen facere non curavit, ſed poſtea ad Romam revertebatur, & pro illis de Beccarinis ſuperſtitibus (quibus Raſpantibus in ipſa civitate mortem intentabant, repertiq; ſubitò mactabantur) non rogavit aut ſcripſit: quòd ipſi Raſpantes à cæde Beccarinorum ceſſarent. Et tunc pro pretio XV. milium florenorum auri, præter alias ſummas, quæ inter mediatores ſeu proxenetas hujus trāſactionis diviſæ fuerunt, civitatem Rigenſem in Pruſia, quæ tunc in tēporalibus ſpectabat ad Metropolim Rigenſem, cū ejus territorio & pertinentiis univerſis vendidit ipſe Bonifacius in Aſſiſſium perpetuum magiſtro & fratribus hoſpitalis beatę Mariæ Teutonicorum, invito Archiepiſcopo & capellano Rigenſi: & ipſa eccleſia tunc erat ordinis ſancti Auguſtini Canonicorū regularium, celebris valde, ſed poſtea mutavit ſtatū, & Canonici illi ſunt hodie Fratres hoſpitalis ejuſdē.

Vendit divina atq; humana Bonifacius.

LADISLAUS A BONIFACIO REX Hungariæ coronatus, parum illic rebus eccleſiæ proſpicit, & inglorius ex eodem regno in Siciliam redit.

CAPUT XVII.

POſtea verò ipſe Bonifacius eodem anno decimoquarto ſui Pontificatus dictū dominum Ladiſlaū coronari fecit in regem Hungariæ in civitate Jaurienſiū per Cardinalem Florentinēſem, ſibiq; omnē cenſum in qua eccleſiæ Romanæ eatenus ratione dicti regni Siciliæ tenebatur, qui exiſtimabatur valere octingēta milia florenorum auri, ſpontè remiſit, & triennalē decimā in regno Siciliæ ultra hoc ſibi cōceſſit: unde multa mala prælatis & clero dicti regni ſubſecuta fuerunt. Tamen Ladiſlaus in regno Hungariæ modicam utilitatem ſibi aut Eccleſiæ confecit, ſed infecto negotio, quod intendebat in Hungaria, ad ſuum regnum Siciliæ navali ſubſidio infra pauca tempora rediit. Cùm enim idem Ladiſlaus illuc iret, rex Sigiſmundus in Boemia, audiens regem Ladiſlaum ad regnum Hungariæ veniſſe, accede-

acceleravit & ipſe redire ad regnum Hungariæ, unde collecto forti & decenti exercitu armatorum ad Hungariam iter egit, cauſa cum Ladislao pugnandi: quod ſentiens Ladislaus maluit ad regnum redire Siciliæ, ſicque pace gaudere, quàm ſub eventu litis dubio in Hungaria diutius remanere, aut pugnare, quia Vincere cùm neſcit ſapiens, pro tempore cedit.

TUMULTUS HUNGARIAE REGIS contra Bonifacium & quæ tum in eodem regno contra Curiam acta fuerant,

CAPUT XVIII.

AT Sigiſmundus ægrè ferens, quòd præfatus Bonifacius contra eum talia fieri fecerat, de ipſo Bonifacio ac collegio Cardinalium & multis magnatibus per mundum vehementer conquerendo famoſas epiſtolas deſtinavit, & ex hoc in ipſo regno Hungariæ clades hominum innumerabilium, ac eccleſiaſticarum & piorum locorum & monaſteriorum enormis deſtructio, incendia civitatum, oppidorum, villarũ, & caſtrorum, necnon infinita alia mala, quæ guerræ ſecum producunt, diu vigentia ſubſequebantur, quia non ſine multorum diſpendio reges deponuntur. Et adeo vires aſſumpſerunt mala hujuſmodi, quòd etiam presbyteri & eccleſiaſticæ perſonæ utriuſque ſexus non fuerunt ſecuri per totum regnum Hungariæ, quantum ad invaſionem & deſtructionem nulla eſt habita differentia inter presbyteros, clericos, & vulgares, ſacrum & profanum. Et exinde in Curia Bonifacii pauci Hungari viſi fuerunt. Sed ipſe Sigiſmundus poſtea Cathedrales eccleſias & monaſteria, necnon omnia beneficia eccleſiaſtica in Hungaria dedit quibus voluit, & de exaltatione regis Ladislai, quoad regnum Hungariæ, ipſe Bonifacius & ejus collegium lucrati fuerunt.

BONIFACIUS BALNEANDI CAUſa Puteolas proficiſcitur: Author eorum amœnitatem deſcribit atque commendat; & quædam mira de ſubterraneis cujuſdam montis meatibus refert,

CAPUT XIX.

CUmque Bonifacius decimumquintum annum ſui Pontificatus attingeret, deliberavit ire cauſa recreationis ad balnea calida in Tripergulis prope civitatem Puteolanam, q̄ balnea tredecim miliaria Italica diſtant à Neapoli, & ſunt prope mare, ubi adhuc cernitur hoſpitium Sibyllæ Cumanæ, ut fama eſt, necnon aliqua pars antiquiſſimarum Cumarum & Bajarum civitatum, quas olim mare abſorbuit. De quibus quidem civibus & deliciis incolarum Horatius & Seneca & alii Poëtæ plura referunt, & adhuc aliquæ partes turrium atq; domorum lapidearum ſupra aquas maris elevantur. Et ſunt in loco prædicto, ut dicitur, triginta duo balnea ſingularia habentia virtutes mirabiles & diſtinctas, quas deſcripſit in quodam libello metrico Gervaſius orator Arelatenſis, & Cancellarius Ottonis hujus nominis quarti imperatoris, de quo fit mentio in c. venerabilem. de electione. q̄ fuit Saxo, ſed Pictaviæ in Francia converſatus: ad ejus ſolatiū idem Gervaſius conſcripſit etiā alium librum, q̄ intitulatur, Otia imperatoris. Et ibidem in Tripergulis de uno monte ſaliunt tres puriſſimi fontes contigui, unus prope alium, & horum unus eſt calidus, alter tepidus, tertius verò frigidus, & propè in mari fluunt, & inter hujuſmodi balnea unum dicitur Solis, alterū Lunę, q̄ credo fuiſſe olim Auguſto & Auguſtæ tantùm deputata. Et in eodem monte ſunt multæ vię mirabiles ſculptæ in lapidibus, & etiam ſpeluncæ q̄ plures quadratæ ad inſtar puteorum, valde ꝓfundæ, & videntur fumantes cineres albi in eiſdem, & in ſuperiori parte turres & camerę latę ac magnę etiam ſciſſæ in petris, ſed ad quid, aut quando, & ꝑ quos id olim factum fuerit, ac qualiter illæ viæ atq; ſpeluncæ turresq; & camerę in ipſa petra ſculptę fuerūt, aut quo viæ prædictæ ab alia parte montis clauduntur, non poteſt aliquis, ut exiſtimo, veraciter indagare. Ego verò

Cuma atq; Baiæ mare obruta.

Gervaſius Cācellarius Ottonis balneorum Puteolanorū vires deſcripſit.

Author re-

& me-

ſtibus præfecit) certam ordinationem ſeu regulam ſuæ Cancellariæ edidit, continentem in effectu, quòd quicunque Archiepiſcopi, Epiſcopi, necnon Abbates per eum promoti infra annum à tempore promotionis hujuſmodi de ipſis factæ incluſivè computandum, literas ipſius Bonifacii ſuper eiſdem promotionibus usque ad Theſaurarium expeditas non haberent, caderent à jure ſibi acquiſito ex promotionibus ipſis, ac eccleſiæ & monaſteria ex eo per annum vacarēt, dictæq; literæ (licet ſolviſſent per eum promoti aliquando pro majori parte expenſas) & onera quæ de novo promotis incumbunt, non dabantur de ipſa Theſauraria, niſi totaliter perſolviſſent. Unde multi Epiſcopi, Archiepiſcopi & Abbates de novo promoti per ipſum ex defectu pecuniarum per lapſum dicti anni perdiderunt eorum titulos, & jus ſibi competens in eccleſiis & monaſteriis, quibus præfecti fuerunt. Et hæc practica irremiſſibiliter obſervabatur tempore Bonifacii usque ad ejus obitū in Curia. Et ſicut frequenter de Archiepiſcopis & Epiſcopis facti fuerunt extrà Archiepiſcopi & Epiſcopi, ita & de Abbatibus non Abbates, & de glorioſis inglorii, ac de magiſtris diſcipuli, in ludibrium & ſcandalum totius cleri & populi Chriſtiani, ac damnum eccleſiarum & monaſteriorum, quibus præfecti fuerunt. Et per hoc etiam uſuris & aliis multis malitiis via latiſſimè aperta fuit in Curia ſæpe dicta, & multæ baratriæ ſequebantur. Et licet Innocentius ſeptimus, qui dicto Bonifacio ſucceſſit, dictam ordinationem tanquam injuſtiſſimam & nequiſſimam in principio ſui Pontificatus refutaſſet, poſtremò tamen ad importunam inſtantiam aliquorum lucri cauſa eam circa aliquos prælatos renovavit in principio ſecūdi anni ſui Pontificatus, propter quod Deus ſubitò punivit eum, ut creditur, ut inferiùs ſuo loco clariùs apparebit, & pro certo baratrias & novas adinventiones dicti Bonifacii ad extorquendum pecunias indifferenter, ab omnibus fiebant, ut vix aliquis per omnia conſcribere poſſet. Tunc temporis vidiſſes etiam continuò valde multos apoſtatas diverſorum ordinum mendicantium & non mendicantium in eadem urbe diſcurrere, & aliquos effici armigeros ipſius Bonifacii, ſed plurimos titulares Epiſcopos, ac pleroſque ſedis Apoſtolicæ capellanos ad aliquam eccleſiam titularem promovebat, ita quòd nonnulli, qui heri ut ſcurræ ſeu hiſtriones aut diſcoli per vicos & tabernas aliaque

Qualis paterfamilias talis familia.

Attēde me

aliaque ſuſpecta loca per urbem diſcurrebant,in publico hodie facti Epiſcopi & prælati ſancta tractabant,nullis præmiis, nulla priùs habita pœnitentia ſeu abſolutione à cenſuris eccleſiaſticis,quas ſic evagando per mundum & apoſtatando, & peccata enormia committendo damnabiliter incurrebant. Præterea multi religioſi, & præſertim mendicantium ordinum fratres, quòd poſſent eccleſiaſtica beneficia regere, & extra eorum ordines & loca religioſa morari, ac alia ſimilia multa impetrarunt,nec potuit adeo quid injuſtum aut abſurdum poſtulari, quod non concederetur intercedente ſymoniaco pacto, & ſoluta pecunia ex ſtipulatu prædicto promiſſa in Curia ſæpè dicta. *tamorphoſim.*

Sententia Horatii, Divina humanaq; pulchris divitiis parent, &c.

QUOD A PARENTIBUS NON MULtum degeneraverit Bonifacius, & quantum in divi Petri auxerit patrimonium,

CAPUT XIII.

HIc Bonifacius habens matrem omnium mulierum avariſſimam, & duos fratres præſentes in Curia(de quibus ſuprà quædam tetigi, & plura dicentur inferiùs)his complacendo gratias,quas poſtulabant pro aliis,conceſſit:unde ipſi, ſcilicet mater & fratres magnas pecuniarum ſummas congregabant: ſed reſpice finem, qui ſi bonus eſt,eum laudare memento. Ipſi enim pro omnibus duplicia receperunt, & ſi forſan aliqui venientes ad præfatā Curiam habebant equos pulchros,aut illos omnes ſeu ſaltem aliquos ex eis dicti fratres modis omnibus acquirebant& volebant habere,nec aliquis eis,quæ petebant,præſumpſerat denegare. Fuit inſuper ipſe Bonifacius in temporalib. non mediocriter fortunatus, ſed in ſpiritualibus debilis: nam in quarto anno ſui Pontificatus civitatis Peruſinæ & ſuorum caſtrorū omnium ei oblatum ultrò temporale dominiū acquiſivit. Veniens autē ad Peruſinam illic periculosè & diutius ęgrotabat:ſicq; etiā diu fecit in Reate primo anno ſui Pontificatus, & paſſim Viterbium & Montisflaſconenſium civitatum,multorumq; illic adjacentium caſtrorū mediante dicto Cardinali Ravennatē ſi

Filii huius ſeculi, &c.

Civitates quadam ad Bonifacium deficiunt.

tũc ad ipſũ de præfato Clemente cõverſum, & ſucceſſivè fortiſſimas Narnienſis & Spoletanæ civitatúm arces, & ipſas civitates cum ducatu Spoletano, multaque alia loca munita, & tandem marchiam Anchonitanam, pariter & Bononiam ſub ejus ditionem recepit, & in decimo anno ſui Pontificatus Romæ in alto & baſſo temporale dominium habuit, & quandiu vixit, tenuit manu forti: quod contigit ex diſſenſione civium Romanorum, quæ omnes politias citò diſſolvít, & ut urbem, provincias & civitates, terras & caſtra poſſet ſine defectione tenere, multos ſecum ſtipendiarios ſemper habuit, ſed dictos ejus fratres voluit in omnibus prœeſſe, multis etiam & gravibus aſſiſiis, talliis & impoſitionibus eccleſiaſticos prælatos ac presbyteros, necnon clericos & laicos dictarum provinciarum per eoſdem ſuos germanos & ſtipendiarios aggravavit, ac nimis ſeverè, quæ petebantur ab ipſis, pecuniaria ſubſidia fecerat extorqueri, non parcendo dignitati, ſtatui, vel ætati.

Romani omnes Bonifacio parēt.

Attende ex paſtore lupum, ex patre carnificem, ex Pontifice tyrannum.

DE INSANA AEDIFICIORUM EXtruendorum libidine, qua plerinq; Pontifices laborant pernicioſiſſime: Item de inclementia Bonifacii in Prælatos: Item de Roberto Palatino Romanorum rege, & de Pontificis ſorore,

CAPUT XIIII.

CASTRUM etiam ſancti Angeli prædictum in burgo ſancti Petri Romæ totaliter tunc deſtructum, ſumptuosè de pecuniis, quas taliter per ſymoniam acquiſivit, de novo fecit reformari. Capitolium etiam Romanum, ubi indigebat notabiliter, reformavit, & adeo munivit, quod de hoc Romani cives non videbantur eſſe contenti, aſſerentes illud non caſtrum, ſed prætorium eſſe debere, atque ad tractandum cauſas & conſulendum in illo pro republica urbis fuiſſe deputatum, & ad hoc valde multi pauperes presbyteri continuè laborabant portantes lapides & cæmentum, ut ſic gratias aliquas ab eodem Bonifacio reportarent, & literas ejus ſuper illis gratis haberent, quod pauci eorum conſecuti fuerunt. Præterea idem Bonifacius prætextu hujuſmodi ſtructurarũ, quas

Improbitas

quas fecit fieri,& gentiũ armigerarum,quas tenuit, ut multas pecunias poſſet exigere, pleroſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates,& alios Eccleſiaſticos prælatos præſentes in ejus Curia,vel abſentes inſcios & invitos, vel ſimpliciter abſolvit à prælaturis ſuis, & aliquando eas ad titulares eccleſias tranſtulit, ſeu promovit ad procurationem regum & principum,Cardinalium,& aliorum, dum modò pactæ eſſent ſummæ pecuniarum quantas volebat: unde in pleriſq; regnis & provinciis maximæ diſcordiæ oriebantur. Vidiſſes tunc in eadem Curia multos ſolo nomine incedere prælatos ab omnibus deſpectos,nec habẽtes fortè panem ad manducandum,quibus ipſe Bonifacius non compatiebatur,nec ad ipſum intravit gemitus eorũdem. Ipſe etiã paulo pòſt,quàm electus fuit in Papam,dominum Ladislaum coronari fecit in regem Siciliæ,tunc ætatis fortè X V I I. annorum,ac ipſum & dominas præfatas Margaretam matrem & Joannam ſororem ipſius regis Ladislai recepit in plenitudinem gratiæ ſuæ ac ſedis Apoſtolicę,abſolvẽs ipſos ab omnibus Eccleſiaſticis cenſuris & proceſſibus,quas præfatus Urbanus tulit in eos propter regem Carolum præfatum dudum in Hũgaria interfectum. Et non diu ante ipſius obitum electionem de domino Roberto moderno rege Romanorum per Archiepiſcopos Moguntinenſem,Colonienſem, & Trevirenſem electores imperii contra dictũ dominum Venceslaum regẽ factum,me etiam tunc præſente,in conſiſtorio publico approbavit,promittens quòd ſibi favores Apoſtolicos impendere vellet. Ipſe autem dominus Robertus licet ante dictam approbationem veniſſet uſque ad Italiam contra ducem Mediolanenſem,tamen in hoc finaliter non profecit. Et nunc redeundo ad propoſitum,dictus Bonifacius multis morbis acutis,ſcilicet gravi tuſſi,raucedine gutturis,colica,&calculo & nonnullis aliis ægritudinibus concurrentibus continuè præmebatur,prę́fatumq́; dominum Ladislaum regem tunc pauperem,multũ illa intentione quod matrẽ & fratres ſuos prædictos alioſq́; de ſtirpe ſua,ut exiſtimo, cõmendatos haberet,juvit in pecuniis & gentibus armorũ, adeo quod rex ipſe fretus auxilio Bonifacii Neapolim & regnũ Siciliæ de manibus hæredũ prædicti ducis Andegavenſis & quorũdã aliorũ potentũ tũc detentũ,recuperabat: quod ſine auxilio Bonifacii,aut vix,vel nunquã facere potuiſſet. Hic etiã Bonif. reſidendo

atque inclemẽtia Bonifacii in prælatos.

Electio Roberti Palatini contra Vẽceslaum Bohemum à Bonifacio comprobatur.

Bonifacius morbis vexatur.

Bonifacii ſoror nubit. dend › Peruſii prædictam ſororem ſuam matrimonio tradidit C ›miti ſancti Flaviani inter regnum Siciliæ & marchiã Ancnonitanam reſidenti, quem poſtea ducem Adriæ fecit, *Dos parum ampla tanti ſacerdotis ſorori.* dans ei in dotem X V I I. milia florenorum, ut fama laborabat qui quidem dux factus fuit ultra modum lubricus & ſævus tyrannus, & poſt multas crudelitates per eum commiſſas dicta ejus uxor ex jactura cultelli in eam per ipſum ducem ira commotum, prout dicebatur, facta vitam finivit. *Tragœdia funebres in morte amicorum Pontificis adhibita.* Cujus exequiæ in baſilica principis Apoſtolorum largifluè peractæ fuerunt, ſumptibus Bonifacii & eo diſponente, & dux ipſe, qui non fuit in eiſdem exequiis, poſtea traditoriè eſt interfectus.

DE STATU URBIS PERUSIENSIS, ejusq; populi factionibus ac bellis civilibus,

CAPUT XV.

IDEM Bonifacius præfatis fratribus ſuis ab eodem Ladislao Soranum comitatum & quædam alia dominia in regno Siciliæ conſiſtentia pretio emit, pro quibus ultra centum milia florenorum auri exburſavit de pecuniis eccleſiæ. Verùm in eadem civitate Peruſina ſunt tres ordines, ſeu ſtatus civium: nam quidam ſunt nobiles, qui dicuntur Beccarini, & poſt eos majores de populo, qui Raſpantes nuncupantur, & minutus populus. Qui quidem Peruſini poſtquam à Romano Imperio recedentes ſe ditioni Romanæ Eccleſiæ ſubdiderunt, invicem hoſtilitér diffidentes, nunc una pars aliam nunc alia iſtam violenter expulit à civitate, ſeque ultra modum invidiosè tum perſequebantur, & perſequi non ceſſabant: ipſe autem populus minutus indifferenter tenuit ſe cũ parte vincente, alias enim civitas ipſa inbrevi tempore abſq; habitatoribus remanſiſſet. De quo eſt valde mirandum, ipſa enim civitas eſt in aëre ſalubri (rariſſimè ibi peſtilentiæ) collocata, magna, populoſa & inclyta, habens generale ſtudiũ, & utriuſque ſexus habitatores ingenio acutos, proceros & decenter indutos, necnon circũſcripta factione valde honorabiles, affabiles & jucundos, & ad omnia ſive ſeria ſive joca peragenda promptiſſimos & audaces, necnon ad miniſtrandum juſtitiam & puniendum exceſſus ac maleficos perdendum

dum ſemper bene diſpoſitos & ſolertes. Contigit igitur, cùm prædictus Bonifacius Peruſii anno quarto ſui Pontificatus in æſtate reſideret, quòd dicti Raſpantes, qui tunc erant exules ab eadem civitate, ad illam vellent qualitercunque redire, & exercitum haud longè ab eadem civitate ducerent, ac ibidem diebus pluribus morarentur, quorum generalis capitaneus vocabatur nomine proprio Beordus, valde audax & expertus in armis. Ipſe autem Bonifacius conabatur facere concordiam inter ipſos & Beccarinos, ita quod plures Raſpantium ſub colore concordiæ civitatem reintrarunt, ſed Bonifacius proventus & emolumenta, quæ recepit à domino Peruſino, in dotem ſororis ſuæ præfatæ & alios ſuos privatos uſus convertens, non tenuit in eadem civitate ſtipẽdiarios, qui unam partem alteri parti forſan injuriari volentem vi reprimere poſſent. Unde accidit in principio menſis Auguſti infra horam prandii me tunc è regione palatii dicti Bonifacii habitante & vidente, quod multi de Raſpantibus ad plateam ante palatium ſubitò irruentes, quos ibi invenerunt Beccarinos de hoc improviſos crudeliter occiderunt, & forſan centum numero illo die, inter quos erant multi milites & militares, & pleri que legum Doctores, & alii eminentiores cives. Et hujuſmodi invaſio atque interfectio per dies aliquot perduravit. Iſte autem Beordus fugiente dicto Bonifacio à Peruſio, infra paucos dies poſtea intravit Peruſium cum quingentis equitibus, & dominium ipſius civitatis & ejus caſtrorum adeptus eſt. Et cùm poſtea Bonifacius de Aſſiſio ad urbem rediiſſet, tunc Beordus Tudertinam civitatem ejusque comitatum contra Bonifacium movens publicam guerram apprehendit, & quandiu vixit, tenuit & poſſedit, & in marchia Anchonitana pugnando campeſtri bello cum ipſo Marchione & Rectore dictæ Marchiæ, fratre ipſius Bonifacii, eum vicit, & diu tenuit captivum, quem tamen ipſe Bonifacius mediante pecuniario ſuffragio liberavit.

Exules Peruſini.

Põtifex parũ de ſalute ſubditorum curans.

Quo pacto negligentia Põtificis, Peruſini cives in mutuas neces graſſabantur.

Exules reducuntur.

Frater Bonifacii in bello captiuſ

MACHINAMENTA QUIBUS Pontifex Beordum Perusinorum præfectum dolo obtruncat,

CAPUT XVI.

UNde Bonifacius valde indignatus Beordo, ipſum excõmunicavit, & perquàm diros proceſſus contra ipſum in urbe fulminavit. Sed quia parum vel nihil profecit in illis ad alias ſubtilitates ſe convertit, per quas Beordum dolo, interfici procuraret, prout ſtatim factum fuit. Unde Abbas monaſterii ſancti Petri in burgo ſancti Angeli Peruſini, qui erat de parte Beordi & Raſpãtibus, cui Beordus plurimùm confidebat, credens ſe conſecuturũ propter facinus hujusmodi Cardinalium, unà cum quibusdam ſuis amicis paucis quodam mane accedẽs ad hoſpitium dicti Beordi in Peruſio, eodem adhuc in lectulo quieſcente, pulſavit ad oſtium cameræ, in qua Beordus quievit, & audiens dictus Beordus quod dictus Abbas exiſteret qui pulſavit, mandavit janitori, ut portam aperiret, & ipſe interim diploide duntaxat ſe veſtivit, & ſurgens de lecto dictum amplexabatur Abbatẽ, atq; tunc duo qui cum Abbate erant, ipſum extractis gladiis confoderunt & traditoriè interfecerũt: quo facto ipſi ſtatim fugientes à Peruſio ad Bonifacium acceſſerunt, qui dictum Abbatem recipiens in ejus cubicularium ſatis honoravit & dilexit. Tamen idem Abbas poſtea infra pauca tempora in urbe morte naturali deceſſit, & alii interfectores Beordi ſeu complices ipſius Abbatis nullam mercedem ab ipſo Bonifacio cõſecuti fuerunt, ſed remanſerũt exules proſcripti ac banniti ſemper à civitate Peruſina præfata. Dictus verò Bonifacius ſollicitante eum ad hoc prædicto Cardinali Monopoliranenſi, turpiter fugit ad Aſſiſium declinando, comitatus ſeptem Cardinalibus & officialibus ſuis ac Curialibus multis: tamen Ravennas & Piſanus Cardinales, de quibus ſuperiùs dictum eſt, & multi ex eisdem Curialibus per multas ſeptimanas & ego cum ipſis remanſimus in civitate prædicta. Raſpãtes verò dixerunt, quod multùm mirabantur, quare dominus Bonifacius taliter aufugiſſet, cùm ipſi nihil in ejus aut ſuorum Curialium præjudiciũ voluiſſent aut vellent conari, & quoſdã magnæ authoritatis viros

Beordus interficitur.

minimè

minimè ſuſpectos ad Bonifacium deſtinarunt ad Aſſiſſiũ, rogantes ut ad ſuam civitatem redire dignaretur, eam cum ejus juriſdictione temporali, uti priùs fecerat, pacificè poſſeſſurus: quod tamen facere non curavit, ſed poſtea ad Romam revertebatur, & pro illis de Beccarinis ſuperſtitibus (quibus Raſpantibus in ipſa civitate mortem intentabant, repertiq; ſubitò mactabantur) non rogavit aut ſcripſit: quòd ipſi Raſpantes à cæde Beccarinorum ceſſarent. Et tunc pro pretio XV. milium florenorum auri, præter alias ſummas, quæ inter mediatores ſeu proxenetas hujus trãſactionis diviſæ fuerunt, civitatem Rigenſem in Pruſia, quæ tunc in tẽporalibus ſpectabat ad Metropolim Rigenſem, cũ ejus territorio & pertinentiis univerſis vendidit ipſe Bonifacius in Aſſiſſium perpetuum magiſtro & fratribus hoſpitalis beatę Mariæ Teutonicorum, invito Archiepiſcopo & capellano Rigenſi: & ipſa eccleſia tunc erat ordinis ſancti Auguſtini Canonicorũ regularium, celebris valde, ſed poſtea mutavit ſtatũ, & Canonici illi ſunt hodie Fratres hoſpitalis ejuſdẽ.

Vendit divina atq; humana Bonifacius.

LADISLAUS A BONIFACIO REX Hungariæ coronatus, parum illic rebus eccleſiæ proſpicit, & inglorius ex eodem regno in Siciliam redit.

CAPUT XVII.

POſtea verò ipſe Bonifacius eodem anno decimoquarto ſui Pontificatus dictũ dominum Ladislaũ coronari fecit in regem Hungariæ in civitate Jaurienſiũ per Cardinalem Florentinẽſem, ſibiq; omnẽ cenſum, in qua eccleſiæ Romanæ eatenus ratione dicti regni Siciliç tenebatur, qui exiſtimabatur valere octingẽta milia florenorum auri, ſponte remiſit, & triennalẽ decimã in regno Siciliæ ultra hoc ſibi cõceſſit: unde multa mala prælatis & clero dicti regni ſubſecuta fuerunt. Tamen Ladislaus in regno Hungariæ modicam utilitatem ſibi aut Eccleſiæ confecit, ſed infecto negotio, quod intendebat in Hungaria, ad ſuum regnum Siciliæ navali ſubſidio infra pauca tempora rediit. Cùm enim idem Ladislaus illuc iret, rex Sigiſmundus in Boemia, audiens regem Ladislaum ad regnum Hungariæ veniſſe, accele-

acceleravit & ipſe redire ad regnum Hungariæ, unde collecto forti & decenti excercitu armatorum ad Hungariam iterum egit, cauſa cum Ladislao pugnandi: quod ſentiens Ladislaus maluit ad regnum redire Siciliæ, ſicque pace gaudere, quàm ſub eventu litis dubio in Hungaria diutius remanere, aut pugnare, quia Vincere cùm neſcit ſapiens, pro tempore cedit.

TUMULTUS HUNGARIAE REGIS contra Bonifacium & quæ tum in eodem regno contra Curiam acta fuerant,

CAPUT XVIII.

AT Sigiſmundus ægrè ferens, quòd præfatus Bonifacius contra eum talia fieri fecerat, de ipſo Bonifacio ac collegio Cardinalium & multis magnatibus per mundum vehementer conquerendo famoſas epiſtolas deſtinavit, & ex hoc in ipſo regno Hungariæ clades hominum innumerabilium, ac eccleſiaſticarum & piorum locorum & monaſteriorum enormis deſtructio, incendia civitatum, oppidorum, villarū, & caſtrorum, necnon infinita alia mala, quæ guerræ ſecum producunt, diu vigentia ſubſequebantur, quia non ſine multorum diſpendio reges deponuntur. Et adeo vires aſſumpſerunt mala hujuſmodi, quòd etiam presbyteri & eccleſiaſticæ perſonæ utriuſque ſexus non fuerunt ſecuri per totum regnum Hungariæ, quantum ad invaſionem & deſtructionem nulla eſt habita differentia inter presbyteros, clericos, & vulgares, ſacrum & profanum. Et exinde in Curia Bonifacii pauci Hungari viſi fuerunt. Sed ipſe Sigiſmundus poſtea Cathedrales eccleſias & monaſteria, necnon omnia beneficia eccleſiaſtica in Hungaria dedit quibus voluit, & de exaltatione regis Ladislai, quoad regnum Hungariæ, ipſe Bonifacius & ejus collegium lucrati fuerunt.

Boni-

BONIFACIUS BALNEANDI CAUſa Puteolas proficiſcitur: Author eorum amœnitatem deſcribit atque commendat; & quædam mira de ſubterraneis cujuſdam montis meatibus refert,

CAPUT XIX.

CUmque Bonifacius decimumquintum annum ſui Pontificatus attingeret, deliberavit ire cauſa recreationis ad balnea calida in Tripergulis prope civitatem Puteolanam, q̃ balnea tredecim miliaria Italica diſtant à Neapoli, & ſunt prope mare, ubi adhuc cernitur hoſpitium Sibyllæ Cumanæ,ut fama eſt,necnon aliqua pars antiquiſſimarum Cumarum & Bajarum civitatum, quas olim mare abſorbuit. De quibus quidem civibus & deliciis incolarum Horatius & Seneca & alii Poëtæ plura referunt, & adhuc aliquæ partes turrium atq. domorum lapidearum ſupra aquas maris elevantur.

Cumæ atq; Baiæ mari obrutæ.

Et ſunt in loco prædicto,ut dicitur, triginta duo balnea ſingularia habentia virtutes mirabiles & diſtinctas, quas deſcripſit in quodam libello metrico Gervaſius orator Arelatenſis,& Cancellarius Ottonis hujus nominis quarti imperatoris,de quo fit mentio in c. venerabilem. de electione. q fuit Saxo, ſed Pictaviæ in Francia converſatus:ad ejus ſolatiũ idem Gervaſius conſcripſit etiã alium librum , q intitulatur, Otia imperatoris.

Gervaſius Cãcellarius Ottonis balneorum Puteolanorũ vires deſcripſit.

Et ibidem in Tripergulis de uno monte ſaliunt tres puriſſimi fontes contigui,unus prope alium , & horum unus eſt calidus, alter tepidus, tertius verò frigidus, & propè in mari fluunt,& inter hujuſmodi balnea unum dicitur Solis, alterũ Lunę , q̃ credo fuiſſe olim Auguſto & Auguſtæ tantùm deputata. Et in eodem monte ſunt multæ vię mirabiles ſculptæ in lapidibus , & etiam ſpeluncæ q̃ plures quadratæ ad inſtar puteorum,valde ꝓfundæ,& videntur fumantes cineres albi in eiſdem , & in ſuperiori parte turres & camerę latę ac magnę etiam ſciſſæ in petris,ſed ad quid , aut quando,& ꝑ quos id olim factum fuerit, ac qualiter illæ viæ atq; ſpeluncæ turresq; & camerę in ipſa petra ſculptę fuerũt, aut quo viæ prædictæ ab alia parte montis clauduntur , non poteſt aliquis , ut exiſtimo, veraciter indagare. Ego verò

Author re

G &me-

rũ natura curioſus indagator mõtem intrat. & mecum duodecim ſocii omnes nudi dictum montem intravimus, reptando manibus & pedibus per plures ſculptas vias,& loca quædam ſunt,ſicut cellulæ, in ipſo monte, per quas tranſire nos oportuit,donec ad medium illius perveniremus,ubi quidam fons adeo calidus ſcaturit, quòd ſi imponatur ovum,ſubitò indureſcit,nec poteſt aliquis gradiẽs per illas vias in altum caput erigere absq; imminentis ſuffocationis aut mortis periculo,propter nimium calorem proveniẽtem forſan ex fumoſitate dicti fontis ebullientis. Eſt quoque illic ſignum ſtatuæ in figura hominis equeſtris poſitum in una earundem viarum,ultra quod ſignum non eſt alicui gradiendum,hujuſmodi vias ſoli vicinorum locorum incolę extenſis faculis tunc ſunt experti. Sed contigit ſæpè, quòd Notho flante ac dictas vias penetrante,ſi quis tũc eſſet in eodem monte,ſtatim ſuffocaretur, ſicut accidit tribus militib. Alemanis tempore dicti Ottonis ducis, qui redeuntes de ſepulchro Dominico,montem ipſum utiq; intrare volebant, ſed ſubitò flante vento ſuffocati in monte perierunt. Ego autem illum ingrediens, dum juvenis eſſem, ſic reptando ultra modum ſudavi, vovens tunc deo, quòd ſi me illa vice extra illum montem ſalvum redire permitteret, nunquam eſſem de cætero reverſurus.

BALNEI PUTEOLANI VIRTUTES atq; effectus, & de monte, quem vulgus Veneris dicit: Item de cujusdam balnei ſicci natura;

CAPUT XX.

SUNT etiam prope illum montem alii montes ſulphurei, qui ſæpè flante Africo incenduntur & eructant flammas terribiles,maximè tempore hyemali, quas ultra octo miliaria Italica flante Africo quandoq; conſpexi. Ego etiam illic quodam manę balneum ſanctæ Margaretæ nuncupatum ingreſſus,& mecum quidam qui habuit manum inflatam & valde dolentem, qui me vidente balneando ſubitò curatus eſt,& quoddam ſignum rubeum, ubi dolor erat, duntaxat remanſit,inflatura & dolore totaliter mitigato.Et Gervaſius in libello ſuo de virtutibus illorum balneorum concludit quòd

quòd ibi ſit introitus veri purgatorii, in quo ſicuti divina providentia ſalvandorum animæ purgantur, ſic corpora hominum viventium variis morbis infecta illarum aquarum ſalientium ſalubritate curantur. Sed ego puto eſſe fabuloſum, & tractum ex ſeptimo Politicorum, ubi dicitur, quòd illis qui volunt feliciter agere, & frui omnibus quæ ad beatitudinem pertinent, neceſſaria eſt temperantia & juſtitia, & additur, propter quod in inſulis Bajarum, ſicut Poetæ dicũt, in quibus animæ bene operantes vivunt feliciter, perſeverãt poſt mortem, & talibus maximè utilis eſt Philoſophia, in cujus actu conſiſtit ultimus finis & temperantia, per quam ſedantur concupiſcentiæ, & colitur juſtitia, per quam regulantur actiones. Sed illæ inſulæ, quæ vocantur Bajarum, aliæ ſunt, quàm in quibus balnea ipſa conſiſtunt. Et deinde ad quatuor miliaria propè cernitur mons ſanctæ Barbaræ in plano campo, eminens & rotundus, quem deluſi multi Alemani in vulgari appellant der Gral, aſſerentes, prout etiam in illis regionibus pleriq; autumant, quòd in illo multi ſunt homines vivi & victuri usq; ad diem judicii, qui tripudiis & deliciis ſunt dediti, & ludibriis diabolicis perpetuò irretiti: prope quod eſt unum balneum in quadam caſa penitùs ſine aqua, ſed ſolùm ſuper quendam rotundum & latum lapidem exuti veſtibus ſedent balneantes, qui incipiunt ſudare delectabiliter & bene purgantur, cujus ipſe quoq; experientiam feci: prope quod eſt ſtagnum, in quo ſerpentes nemini nocentes in maxima multitudine frequenter apparent. Et in hac regione ſegetes matureſcunt & colliguntur in Majo & circa medium Aprilis: etiam tunc in Neapoli reperiuntur in copia novi fructus, ſcilicet fabæ, ceraſa, atque pyra parva dulcia & guſtui amœna: credo quòd in hoc multùm operetur induſtria incolarum. Videres etiam ibi uvas in viribus ſuper ulmos protenſas in hyeme usq; ad feſtum natalis Domini in copia magna, & viridaria multa quovis tempore anni arboribus & herbis virentibus plena.

Mons, quẽ Veneris vulgus appellitat.

Mira vis balnei prorſus ſicci.

RUINÆ ATQUE VESTIGIA VETErum ædificiorum circa Neapolim, & de monumentis Virgilii ibidem,

CAPUT XXI.

Crypta, eſt locus abditus & concameratus.

DEinde revertendo ad Neapolim, invenitur crypta per montem magnum lapideum ſciſſa, medium miliare & ultra continens in longitudine, quæ eſt adeo proportionabiliter ab illo & ab alio introitu montis facta, quòd abſque lumine illam clara die quivis poſſet tranſire, tam alta in ſuperficie ac lata, quòd unus equus obviando alteri ipſum non arctat à via, in cujus principio verſus Neapolim cernitur ſepulchrum magni poetæ Virgilii Mantuani, ad quod de Brunduſio, ubi deceſſit, poſt ejus obitum oſſa ſua delata & in eo ſepulta fuere, quia ipſe per artem Magicam dictam cryptam, quod tamen fabuloſum eſt, fieri ordinavit petente Cæſare Auguſto, propter nimiam multitudinem ſerpentum, qui ſemper in cacumine dicti montis exuberanter ſerpunt. Et multa alia miranda fecit in Neapoli dictus Virgilius, quorum adhuc aliqua veſtigia videntur ibidem.

Sepulchrũ Virgilii.

TRIA MILIA HOMINUM RECEptacula ſubterranea montis circa Neapolim, & quædam alia vetuſtatem teſtantia, lectu jucundiſſima ex ſententia Franciſci Petrarchæ referuntur: Item quæ de Virgilii magia atq; monumentis vulgò dicuntur, an vera, vel fabuloſa ſint, judicium ejuſdem Petrarhæ: Item Urbs Neapolitana commendatur,

CAPUT XXII.

AB alia verò parte Neapolis prope Eccleſiam ſancti Januarii, quæ diſtat quatuor miliaria, intravi ſemel cum aliquibus ſociis cum facibus ardentibus clara die quendam alium montem, in quo ultra tria milia camerarum ſculptarũ in petra duriſſima vidi, & in qualibet ipſarum camerarũ valde multa monumenta ad omnem ꝓportionẽ hominum ab

uno

uno anno& bimatu & ſic ulteriùs aſcendendo ad hominum juſtam magnitudinem antiquis temporibus facta, & in medio dicti montis quendam locum ad modum carceris factũ conſpexi, & dicebant ruſtici, qui nos introduxerunt, quendam Rolandum fortiſſimum contra Græcos pugnantem captum in bello & illic incarceratum fuiſſe, quod æſtimo falſum. Verùm Franciſcus Petrarcha in ſuo libello, quem Itinerarium intitulat, de iſtis plura loquitur, ad quem, illa ꝓtractare pleniùs ſi velis, recurrere potes. In libello ipſo miranda recitat, quæ transfretantibus mare de oſtiis Tyberinis usque Neapolim, quorum multorum clara veſtigia videntur. Ibi olim habitavit Circe, quæ ſuis carminibus ſocios Ulyſſis convertit in beluas, & ubi olim erat carcer illuſtrium, & ubi Tullius interfectus eſt, & ubi Scipio Africanus ſibi elegit exiliũ & inſulam poetarum, & ubi Tarquinius Superbus pulſus à Roma, Latinorumq; deſtitutus auxiliis occubuit, & montẽ Veſuviũ in mari protenſum, ubi eundẽ Ulyſſem ajunt ſacrificaſſe. Poſt oſtia Tyberina caput Ancii cernitur: ita enim vocant nautæ locum, ubi Antimum fuit caput Volſcorum, quę cùm olim multa bella cum Romanis geſſiſſet, capta demum & cum tota gente ſubacta eſt. Proximè Aſtur eſt, inde mons Plancus, cui carminibus potens Cyrce nomen impoſuiſſe creditur: ibi enim, ut ajũt, habitavit, atq; Ulyſſis ſocios cõvertit in beluas, quæ transformatio quoddam myſteriũ habet: locus eſt celebris ſcriptorum ingeniis. Hic ad dexteram Põtiæ remanent, & olim carcer illuſtrium progredienti tibi latiùs tunc primùm aderit: mox Cajeta nutricis Æneæ nomen ſervans, ubi quò proſperior navigatio ſit, ſacrũ Eraſmi tumulum adire non pigeat, cujus opem multis in marino diſcrimine ꝓfuiſſe conſtans eſt opinio. Hic flexus littorũ & pelagi fumus ingens, ſaltusq; lauriferi, cedrifer, & odoratũ ac ſapidum ſemper lætè virentium nemus arbuſcularũ. In hoc tractu formiæ ſunt, dicam veriùs, fuerunt, alterum Ciceronis infanda cæde, alterũ Scipionis indigno nobilitatũ letho & cineribus patrię negatis. Sed hæc duo loca æſtimatione magis animi, quàm oculis aſſequêris. Alter n. jacet, alter & latet, niſi ꝙ apud formias duæ vel tres magnæ ſupereminent arenę, ſed in oculis erit Inarime, quæ ſeſe obviàm dabit, inſula Poëtarum nota præconio, Iſclam moderni vocitant, ſub qua Jovis edicto obrutum Tipheum gigantem fama eſt, fecitq;

Franciſci Petrarcha Itinerarium.

Inarime.

locum fabulæ,& vapor velut hominis anhelantis,& Ethneo more æſtuare ſolitum incendium. Vicina huic Prochyta eſt parva inſula,ſed unde nunc magnus vir Joannes ille,qui formidatum diadema Caroli non veritus & gravis memor injuriæ & majora,ſi licuiſſet,auſurus ultionis loco habuit regi Siciliam abſtuliſſe. Simul & ad lęvā Cumas colle humili Sibyllę patriam videbis. Nam hoc Mediolano proximū lario imminens,alpibus adjacens,Comum eſt,non Cumæ: quod ne fortè cum vulgo fallaris,dixerim. Hinc jam Miſenus collis in mari porrigitur,humati illic Miſeni Phrygii nomē habēs: ſunt qui putant Miſenum ibi peremptum ab Æneа, diis infernis ſacra facturo,quę,ut aſſerunt,absq; humana cæde fieri nequeunt. Atrocitatem facinoris Maroneo eloquio excuſatā. Illic ſanè ſacrificatū ab Ænea narraſſe Virgiliū,ubi ſacrificaſſe Ulyſſem Homerus antè narraverat. Et eſſe aūt hujuſcemodi ſacris apta loca,quòd ubi ſunt Averni atq; Acherontis Tartarea nomina,ibi dictis oſtii limen irremeabile, & illic facilis deſcenſus Averni,de quo loquitur Poëta, q̄ patentem dixit diebus ac noctib⁹, ſed laborioſi reditus. Hîc Sibyllæ Cumanę domus maxima ſuper horrentem Averni ripam cernitur, jā vetuſtate ſemiruta,habitatore quidē à nullo,ſed variarū volucrum nidis frequens,in qua etiam ego fui. In illo flexu fontes calidi ac tepidi inſigniùs,q̄ in alia parte noſtri orbis, erūpunt, quidam verò ſulphureum ac ferventem cinerem eructant. Eſt & ibi terra ſine igne viſibili,ſine aquis,quę à ſe ipſis ſalubrem & medentem vaporem corporibus profert. Deniq; eiſdem in locis humanæ vitę remedium convenire dixeris,& mortis horrorem. Et ſub eodem monte Miſeno Romanorū una claſſium olim ſtabat ad occurrendum repentinis incurſibus. Alia quidem Ravennæ erat, idq; alto conſilio Auguſtus Cæſar inſtituit, ut mare ſuperum ac inferum (quibus inſulæ ad inſtar Italiæ magna pars cingitur) hoc gemino præſidio tuta eſſent. Intra Miſenum Bajæ ſunt,à ſocio Ulyſſis illic ſepulto ſic appellatę,ſitu eminentiſſimo. Bajæ Romanis delicię videntur fuiſſe,quod & marmoreę teſtudines calidis fontibus ſuperjectæ,& murorum reliquiæ ampliſſimæ indicāt, & ſcriptorum aſtipulatur fides. Hîc etiam Romanorū piſcinę ingentia monſtrantur exordia: nam furoris alterius, quo & foſſam ab Averno usq; Oſtiam tanto terrarum ſpacio per tot montes non impenſa rei publicæ,ſed jactura, nō labore populorum

Prochyta.

Cumæ Sibyllina.

Avernus eſt a Acherontis.

Baiæ.

pulorum,ſed exitio fodiendis deſtinarat. Hic angulus & Lucrinum habet,& undam illam Juliam,atq; æquor indignãs, quorum & Poëta recordatus eſt cùm Georgica ſcriberet,op⁹ à Julio extructum, ab Auguſto Cæſare immutatum , &,aut me memoria fruſtratur, mare Mortuũ appellant, ſic maris impetum preſſerunt hominum manus. Contra Meſenum& Bajas Puteolæ tribus aut quatuor paſſuum milibus procul apparet hoc maris intervallum. Gajus Romanorũ IIII.imperator, peſſimorum verò poſt Neronem primus , per inanem ſumptuoſamq; jactantiã terreſtri ponte connexuit , quẽ ipſe equeſtri primũ habitu mox triumphantis in morẽ magno procerum comitatu faſtuq; plus q̃ Cæſareo permeavit. Non longè à Puteolis Falern⁹ collis attollitur,famoſa planitie nobilis:inter Falernum mons eſt ſaxeus hominum manibus ꝑfoſſus,quod vulgus inſulſam à Virgilio Magicis incantaminibus factum putat. Ita clarorum fama hominum non veris contenta laudibus, ſæpè etiam fabulis viam fecit,de quo cũ me olim Robertus regno clarus,ſed preclarior ingenio ac literis, q́d ſentirẽ multis aſtantib. ꝓcunctatus eſt,humanitate fretus regia(qua non reges modò,ſed homines vicit) jocans, nuſquã me legiſſe marmariũ fuiſſe Virgilium ? reſpondi ſic: quòd ille ſereniſſimæ natu frontis approbans,non illic Magicæ,ſed ferri veſtigia eſſe confeſſus eſt. Sunt autẽ fauces excavati montis anguſtæ,ſed longiſſimę atq; adeo tenebroſæ intùs & horrificę,ſem ꝑ nox,publicum iter in medio mutum & religioni proximum,belli quoq; temporib. inviolatum,ſi vera populi vox eſt,& nullis unquam latrociniis attentatam cryptam Neapolitani dicunt,cujus etiam in Epiſtolis ad Lucilium Seneca mentionem facit. Sub finem tramitis,ubi primò videri cælum incipit, in agro edito ipſius Virgilii buſta viſuntur pervetuſti operis, unde hæc forſan ab illo perforati montis effluxit opinio:juxtà breve , ſed devotiſſimum ſacellum ſupra ipſum cryptæ exitum , & mox ad radicem montis littore Virginis matris templum,quò magnus populi aſſiduè navigantium fit concurſus. Proxima in valle ſedet ipſa Neapolis, inter urbes littoreas non minima, portus hîc eſt manu factus ſupra portum regiæ, ubi ſi in terram exeas , capellam regis intrare nõ omiſeris,in qua conterraneus olim meus pictorum noſtri ævi princeps magna reliquit manus & ingenii monumenta. Non audeo te hortari,ut in colle urbi ꝓximo

Reſponſum Franciſci Petrarchæ, an Virgilius Magus fuerit.

De meatu ſubterraneo longiſſimo.

Neapolis deſcribitur, atq; laudatur.

Carthuſiæ domum adeas: ſcio ut navigatio fatigationem & faſtidium parit: ac Claræ virginis præclarum domicilium, quamvis à littore parumper abſceſſerit, vides reginæ ſenioris ampliſſimum opus. Illud nulla feſtinatio, nullus labor impediat, quin duos illius urbis vicos, ſcilicet Nidum & Capuanum, videas, ædificiis ſupra privatum modū & ante quā peſtis orbem terræ funditùs exhauſiſſet, vix cuiquam credibili militiæ numero ac decore incomparabiles milites. Ad militiæ pelagus opus profeſſioni tuæ debitum te mitto ſtudioſum veritatis, non ad fabulas. Et idcirco caſtrūOvi titulo cognitum, eminùs conſpexiſſe ſatis fuerit. Hæc eſt civitas, ubi Virgilius noſter liberalibus ſtudiis operam dedit, cùm jam antè patria illum tua Mediolanum tenerioribus annis diſcipulum habuiſſet. Hinc tandem digreſſo biceps aderit Veſuvius, & ipſe flammas eructare ſolitus. Hinc ad dextram Caprarum inſula ſequitur aſperrimis rupib. circumſepta. ſeceſſus infamis ſervilitū Tiberii voluptatum & officina ſævitiæ. Pulcherrimus terrarum tractus ad lævam Pompejos atque Herculaneum habuit celebres olim urbes, nūc inania nomina, quas terræmotibus everſas, Seneca inter cæteros teſte, dicunt. Supereſt adhuc Surrentum & ipſum melliflua planicie genetoſum, tota regio Terræ laboris hodie, olim pars Campaniç fuerat, veraq; ubertatis appellata, quo prætextu Cereris hìc Liberiq; certamen incerta victoria ſtatuæ. Poſt hęc gremium maris, ecce mox aliud ex ordine panditur, in quo Salernum videbis, & Salerni hìc fuiſſe medicum fontem fama eſt: ſed nihil eſt, quod non ſenio exareſcat. Hæc Petrarcha meminit, ubi ſuprà. Quàm pulchra & florens civitas ſit ipſa Neapolis, nimis longum eſſet per ſingula enarrare, quæ alio nomine Prothonopejon, id eſt, pulchra, à Prothonopejo nobili & pulchro adoleſcente eſt dicta: & rectè, nā reveta amœniſſima & ſpecioſiſſ. civitas eſt, habēs ab iſta parte portū maris, & ab alia quaſi in circuitu montes & valles pingues & fertiles, delectabiles valde, & ſplendiſſima ædificia, viridatia pulcherrima, necnon habitatores utriusq; ſexus communiter proceræ ſtaturæ, ac veſtib⁹ decenter indutos eloquentes & aſtutos, & ad inveniendum res novas aptiſſimos, ubi ſemper ſunt in magno numeto nobiles & militares, ſed multi intrinſecùs raptores & fures, qui nocturno tempore per turmas congregati domorum oſtia vi frangunt, & bona ſurripiunt,

Virgilius Neapoli ſtuduit, & Mediolani.

Terra laboris.

Proſequitur author laudes civitatis Neapolitanæ referre.

unt,& obviantes eis caſu capiuut & ſpoliant, & aliquando interficiunt,aut vivos ad puteos projiciunt,& alia multa horrenda committunt, & iſti Malraſini à vulgaribus nuncupātur. Item bona & ſana victualia & diverſa vina plus quàm in ulla alia civitate guſtui delectabilia & ſalubria, & alia omnia quę ad jucunditatem & delectationes ſunt hominū,etiā fructus aromatici ac diverſi communes fructus in maxima abundantia & optimo foro reperiuntur ibidem,nec vidi aliquē locum ſimilem eidem civitati & ejus territorio, quo ad illa. Eſt ibi etiam regalis manſio frequenter,unde civitas ipſa pulcherrima, variis multisq; mechanicis impletur, & licet ibi ſit maximus portus maris,tamen abundanſia recentium piſcium non habetur, ſed qui illic apportantur, in competenti foro venduntur.Quæ deſcriptio ſufficiat de Neapoli.Cumq; dictus Bonifacius galeas de aliquib. locis per mare & demū per flumen Tyberim usque ad urbem de Anchona & aliunde duci feciſſet, multosq; nobiles vaſallos Romanæ Eccleſię, qui illic in magno numero & apparatu decenti & tempeſtivè advenerant,cauſa comitandi eum in præfata Quadrageſima,ad balnea hujuſmodi ad ſe Romam venire feciſſet: Rex Ladislaus præfatus hoc percipiens timuit, ne fortè Bonifacius contra eum aliquid machinaretur. Quapropter Bonifacio ſcripſit, quòd ipſum comitari intenderet perſonaliter, ſi utiq; per mare ſive terram ad illud balneum tranſire vellet, propter quod Bonifacius tunc continuè in urbe remanſit data licentia redeundi ad propria illis,qui illic venerant. *Redit author ad hiſtoriam perſequēdam.*

QUÆNAM INTER PETRI LUnenſis nuncios atque Boniſacium geſta ſint, cùm convenerant,ut inter ſe de ſchiſmate,quo Eccleſia laborabat, tollendo agerent,

CAPUT XXIII.

SEquenti verò autumno circa feſtum ſancti Michaëlis ad Romam venerunt ſolennes nuncii Petri de Luna in ejus obedientia nominati Benedicti,qui dicto Clementi immediatè ſucceſſit:qui quidē nuncii Bonifacium & ejus Cardinales valde diligenter exhortabātur,quòd cū eodē petro ad facien- *Petrus de Luna ſucceſſor Clem.*

mentis Antipapæ.

dam unionem in Eccleſia univerſali in aliquo loco utrique parti tuto concurrere vellent. Ad quod ipſi domini Cardinales partis noſtræ bene inclinati erant, ſed aſſignato termino, quo ſuper hoc Bonifacius dictis nuntiis finaliter reſpondere volebat, ſcilicet in ejus palatio penes Baſilicam principis Apoſtolorum, in eodem feſto ſancti Michaëlis in veſperis. Et cùm illic Bonifacius, Cardinales ac nuntii & multi Curiales invicem conveniſſent, tunc præfati nuntii perquàm diſcretè & ſolerter, quæ ipſis commiſſa fuerunt, propoſuerunt, rogãdo & exhortando (tamen, ut credebatur, ſubdolè) dictũ Bonifacium, quòd finem daret huic ſchiſmati eum eorum domino ad hoc parato, ut dicebant. Quibus cùm Pontifex ad hoc parum benigniter reſpondiſſet, aſſerens ſe eſſe Papam, & eundem Petrum Antipapam, & ſimilia verba parum, vel nihil ad cauſam facientia: tunc ipſi nũtii dedignati in ejus pręſentia dixerũt, quòd dominus eorum non eſſet ſymoniacus notantes Bonifacium eſſe talem. Unde Bonifacius valde commotus, juſſit eos Urbem exire: qui reſponderunt, quod ſalvum conductum haberent ab ipſo & Romano populo adhuc aliquantulum illic manendi, & inde recedendi, & quòd illo gaudere vellent.

MORITUR BONIFACIUS: NUNCII Petri Lunenſis carceribus mancipantur, atq; pecunia liberantur,

CAPUT XXIIII.

UNDE ipſe Pontifex ira immoderatiùs incaleſcens, & pungente ipſum dicto morbo calculi lectum ægritudinis ſubitò intravit, in quo tertia die ſequenti in feſto ſancti Remigii mane deceſſit, dictis nuntiis adhuc exiſtentibus in urbe. Quo mortuo quidam alter perfidus miles Neapolitanus & conſanguineus Bonifacii tũc Capitaneus caſtri ſancti Angeli, pręd ictũ frangendo ſalvum conductum eoſdem nuncios in urbe cepit, & ad præfatum caſtrum perduxit, ac demum pro eorum liberatione ab eis ſummam V. milium florenorum auri, vel circà, ut dicebatur, extorſit: de quo ipſi domini Cardinales ac Curiales valde doluerunt, & interponentibus ſe ipſis Cardinalibus infra dies paucos dicti nuntii de prædicto

Bonifacii obitus.

Nuncii Petri de Luna carceribus mancipantur, ac pretio redimuntur.

dicto caſtro relaxati fuerunt. Dum jam ipſi Cardinales conclavē ingredi vellent cauſa eligendi ſucceſſorem Bonifacio memorato,& ad id quibuſdam Cardinalibus tunc propterea in domo Archipresbyteri in gradib.ejuſdem Baſilicæ ſimul congregatis,dicti nuntii venientes rogarunt,quod tum ſuperſederent in electione hujuſmodi,& ſi hoc facerent,ſperarent unionem futuram cito, deq; ipſorum domino grata vellent nova referre, quod tamen dicti domini Cardinales facere noluerunt,exiſtimantes quòd talia truſaticè proponerent,ac ſtatim conclave ingrediebantur, ut eligerent ſucceſſorem Bonifacio.

QVANTO PRETIO GALEATIVS à Venceslao rege ducis Mediolanenſis nomen emerit: De laude Ottonis I. Item quo pacto Carolus IIII. Rom. rex imperii jura diſſipaverit: eiusq; diſsipationis per Authorem deploratio,

CAPUT XXV.

SEPTIMO autem anno Pontificatus Bonifacii præfatus Joannes Galeatius de Vicecomitibus poſtea vocatus,dux Mediolanenſis,emit ab Vēnceslao rege Boēmię pro ſumma CL.milium florenorum,quòd ipſum ducem Mediolanenſē fecerat,& poſtea etiam unum de filiis ſuis comitem creaverat Papienſem,nec carè vēdidit ipſe rex hæc notabilia dominia Imperii,quæ nec ipſe nec ſui progenitores eidē imperio addiderunt, ſed primus ille Otto magnus Auguſtus totam Lōbardiam dicto imperio univerat,abducendo Berengariū regem Italię,& ejus filiū Albertum cum uxoribus ipſorum uſq; ad Bambergā in Germania captivos,ubi poſtea in exilio deceſſerūt,ſicq;dicti regis Boēmiæ genitor ſcilicet Carolus hujus nominis quartus Auguſtus, imò veriùs diſſipator injuſtus tempore Urbani Papæ V.regnum Arelatenſe,quod ſimiliter eſt juris & proprietatis imperii, & ꝙ etiā dictus Otto magnus imperator adjecit imperio,ſumpto magno prandio apud Villā novā prope Avinionem per eundem ducem ipſi Carolo pręparato tranſtulit in præfatum ducem, poſtea in regno Siciliæ vita functum:nec his contentus idē Carolus, nobilem principatum Delphinatum vulgariter nuncupatū, qui

De laude Ottonis primi.

Carolus quartus,nō Auguſtus, ſed potiùs dilapidator.

Carolus prædictus

Delphinatum in primogenitum regis Gallorum ab imperio alienat.

qui eſt una de ſeptem provinciis dicti regni Arelatenſis quod etiam Burgundiæ nuncupatur, tranſtulit in regem Francorum, ſub colore quod primogenitus regis Franciæ dictum principatum tanquam vaſallus Imperii teneret in feudum,& inde Delphinus vocaretur. Ipſe etiam rex Carolus, ut electores Imperii præfatum eligerent Venceslaum, dedit aliquibus eorum pecunias,aliis oppida eis adjacentia, quę erant proprietatis & juris imperii:multa quoque titulo pignoris diverſis dominis temporalibus & prælatis Eccleſiaſticis in Germania obligavit, quæ nunquam poſtea ad hujuſmodi imperium redierunt. Dictum autem imperium ex quatuor fortibus parietibus magnus Otto Imperator ſtabilivit.quibus eo *veniente diu poſt ſpiritu ſancto cooperante firmiter perſiſtebat,cujus tres parietes, ſcilicet regnum Arelatenſe, Lombardia, & Roma, quaſi per diverſos ventos fortes noviter concuſſi ceciderunt, uno ſibi duntaxat remanente,pariete debili,vix modicam portiunculam adhuc habet in Germania ipſum imperium, magis fidelitate hominum qui commorantur in terris imperii in Alemania, nolentium ab imperio ſeparari, quàm probitate & induſtria imperatorum & regum Romanorum, qui infra ſexaginta annos proximè præteritos imperio præfuerunt. O beata res publica per tam vigiles & fideles alumnos,ſcilicet Carolum patrem,& deinde Venceslaum filium, ac poſtremò Rupertum præfatos noſtris temporibus gubernata: nimirum igitur ſi tota Chriſtianitas contra paganos auxiliantibus tam ſtrenuè ac fideliter illis tribus ſucceſſivè principibus viguit hactenus & viget,nomenque imperiale timendum meritò nationibus & paganis exiſtat,ſpemque magnam gerant miſeri Chriſtiani,potiſſimè in Ultramarinis partibus conſtituti,quòd de manibus impiorum in manu potenti Ruberti,vel Venceslai regum aliquando debeant liberari.

*vivente, fortè.

Imperium quomodo ab Ottone primò firmatũ, poſt collapſum ſit.

DE

DE QUIBUSDAM SCOTIS PSEUdoprophetis vulgi ſeductoribus. quo pacto toti ferè Italiæ illuſerint,

CAPUT XXVI.

PRÆTEREA anno decimo ejuſdem Bonifacii aliqui truſatores de Scotiæ partibus ad Italiam venientes, cruces lateritias ſubtiliter per infuſum ſanguinem in conſpectu populi exprimentes, dictas cruces etiam olei liquore intùs madefactas æſtivo tempore ſudare fecerunt, & finxerunt unum ipſorum eſſe Heliam prophetam, & de paradyſo rediiſſe, mundumq; in brevi terræmotu perire debere. Et totam penè Italiam, Romam quoque, & Campaniam Romanam pervagantes, omnem populum mirabiliter deceperũt, ita quòd etiam presbyteri & clerici ac laici utriuſq; ſexus, & penè totus populus in Roma & vicinis regionibus, necnon etiam quidam Cardinales decepti per hujuſmodi truſatores ſe induerunt ſaccis ſeu albis camiſiis, necnon cantantes nova carmina per modum letaniæ proceſſionabiliter iverunt per civitates, & loca vicina per XIII. dies continuò ante quàm ad domos proprias redierunt, nocturno tempore cubantes in Eccleſiis & monaſteriis ac eorum cœmiteriis & aliis officinis illa turpiter defœdando, necnon penes ipſa repertos fructus in arboribus totaliter devorando. In quibus quidem proceſſionibus & ſtationibus maximè nocturno tempore multa fiebant anormala, quia ſenes & juvenes, necnon adoleſcentes & mulieres pariter & virgines abſque prava ſuſpicione ſimul de nocte in eodem lecto cubabant, & mane ſurgentes ibant ulteriùs cantando tota die, ſicut die præcedenti fecerunt: ſed demum uno comprehenſo Pſeudopropheta in aqua pendenti, necnon ad quæſtiones poſito, ipſe flagitium detexit, pœna docente, quem pòſt flamma combuſſit: quod cùm acciperent aliqui ex ejus complicibus, ne ipſi etiam in locum venirent tormentorum, ab illis partibus clanculò abierunt. *Attende nocturna ſacra.*

NI-

NICOLAUS DE COLUMNA NOctu contra Bonifacium urbem intrans, excidit propoſito aliquibus ſuorum comprehenſis atque ſupplicio affectis: Item miſerum ac crudele facinus ejus, qui patrem & fratrem laqueo ſuſpendit, refertur,

CAPUT XXVII.

ANNO verò undecimo Pontificatus ejuſdem Bonifacii ſuprà dictus dominus Nicolaus de Columna cum aliquibus civibus Romanis conſpiravit contra Bonifacium, conatus violenter auferre dominium temporale ab eo urbis prædictæ: unde quadam vice noctis ſub ſilentio menſe Januario clanculò cum multis armigeris equitibus & peditibus portam populi urbis intravit, ad plateam Capitolii penetrarunt, & ad portas domorum plurium civium Romanorum tunc fortè dormientium, quos crediderunt ei in hac parte velle adhęrere ipſóſque juvare, pulſarunt: ſed illis non reſpondentibus timuerunt, credentes quòd hæc Bonifacius reſciſſet, ſicq; ipſis catervatim eorum negocio imperfecto remanente ab urbe fuga lapſis & aliquibus eorum ped tum in quibuſdam vineis intus & extra urbem ſe uſque ad crepuſculū matutinum occultantibus, illi infelices uſque ad numerum XXXI. per Romanos capti, nec mora, morti addicti omnes in patibulo dicto permittente Bonifacio ſimul jugulati fuerunt: ubi contigit tunc res horribilis, quia tunc judices, qui eos ad mortem condemnarunt, non habentes ſuſpenſorem, cuidam juveni adoleſcentulo etiam tunc inter alios capto, cujus pater & frater etiam tunc illic captivati erant ſuſpendēdi, promiſerunt ei immunitatem, ſi ſecum captivatos ſuſpenderet, qui aliquandiu ſuper hoc deliberando, tamen omnes ipſos ac etiam patrem & fratrem ſuos, tamen acriter flendo ſuſpendit: qui tamen mortem, poſtquam omnes illos ſuſpēdit, vix evaſit, ſed aſtantium populorum precibus liberatus abſceſſit. Et ecce miſeranda humana conditio & periculoſa nimis dominandi ambitio: nam iſti pauperes ſuſpenſi fuerunt ſubditi prædicti domini Nicolai de Columna coacti ſecum Romam proficiſci cauſa temporalis dominii eripiendi à manibus Bonifacii & ſuorum, & in hoc deficientes & comprehenſi mala morte unanimiter perierunt, Bonifacio, qui unico verbo eos liberare potuit, connivente.

Miſerum ſpectaculū.

Iubi-

JUBILEUM VISITANTES SPOLI-antur atq; rapiuntur: Matronæ atq; virgines abducuntur à latronibus,

CAPUT XXVIII.

ANNO verò duodecimo Pontificatus dicti Bonifacii Galli aſſerentes tunc annum Jubileum ſecundum antiquam inſtitutionem Eccleſiæ Romanæ, ad urbem catervatim utriuſq; homines ſexus cauſa devotionis in maxima multitudine penè per totum illum annũ advenerũt, quorum multi erant nobiles & egregiæ perſonæ, ac larga offertoria ad urbes & Eccleſias attulerunt; ſed quia tandem plerique illorum in diſtrictu Romanorum & prope urbem rebus ſuis ſpoliati atque malè tractati, necnon aliquæ pulchræ mulieres & generoſæ in itinere violenter à noſtris ſtipendiariis raptæ, necnõ abductæ fuerunt, ad nos pauci de partibus Ultramontanis pro anni Jubilei in urbe conſequenda indulgentia pervenerunt, & tunc etiam peſtilentia incœpit vigere in urbe: ſed ipſe Bonifacius, quamvis deliberaſſet recreationis cauſa ab ipſa urbe tunc velle abire, tamen timore dominii temporalis urbis ejuſdem, ne illud interim perderet, etiam æſtivo tempore remanſit, neque advenis illo periculoſo tempore decumbentibus aliquam eleemoſynam fecit, licet tunc in omnibus abundaret: ſolitus enim erat rapere, nec rapta indigentibus communicare.

COMETA APPARUIT: VILHELmus Gelriæ & Joannes Mediolani duces moriuntur: Lõbardia inteſtinis bellis ſeditionibusq; laborans, miſerè concutitur & deformatur: Tamberlani Tartarorum Imperatoris cum Turcis conflictus, atq; victoria, contra Baizetum eorum Imperatorem: Multi Chriſtiani à tyrannide Turcarum liberantur.

CAPUT XXIX.

ANNO verò decimo tertio Pontificatus Bonifacii circa tempus Quadrageſimale continuò per XL. dies ſerotenus appa-

apparuit grandis cometa, cujus caput verſus Italiam,& cauda protendebatur verſus Occidentem: unde paulo pòſt eodem anno Vilhelmus dux Gelriæ valde potens & ſtrenuus in partibus Occidentis, & poſtea infra annum dictus Joannes dux Mediolanenſis deceſſerunt: poſt cujus quidem ducis Mediolanenſis obitum continuis guerris ipſa Lombardia in tantùm concuſſa extitit, quòd etiam aliquæ magnæ civitates ibidem ſuis habitatoribus aut interfectis ſeu fugatis penè vacuæ remanſerunt, ſcilicet Cuma, Placentia, & Parma, interim deſtructis in eadem Lombardia multis Eccleſiis, monaſteriis, &aliis piis locis, ubi tunc etiam cædes hominũ, deflorationes ſacrarum & aliarum virginum, ſtupra& adulteria, deprædationes, & alia mala innumera commiſſa fuerunt, illis, qui ſe reges Romanorum appellant, tacentibus & diſſimulantibus, ac ſi res non tangeret ipſos. Præterea eodẽ anno in æſtate maxima bella inter Tamerlanum Tartarorum & Baizetum Turcorum Ammiratos ſive imperatores commiſſa fuerunt, ubi fortis impegit in fortem, & tandem Baizetus captus & interfectus per ipſum Tamerlanum extitit, licet Baizetus fuerit potentiſſimus, & ſub tributo ad minus Chriſtianorum X. magna dominia ſive regna ſubjecta teneret. Et poſtquam Tamerlanus fuit victor, Turciam hoſtiliter pervagando ferro& igne cuncta vaſtabat. Tunc temporis multi Chriſtiani, qui captivi in Turcia tenebantur, adjutorio quorundam Chriſtianorum in Pera prope Conſtantinopolim habitantium navali ſubſidio liberati fuerunt, & creditur quòd deus miſertus eorum fuerit, qui habitabant Conſtantinopoli & Peræ, ac in aliquibus terris propinquis, quas paulo antè Baizetus per octo annos continuè obſedit & quaſi jam cepit, ſed audiens adventum dicti Tamerlani ſolvit eandem obſidionem, credens ſe Tamerlano poſſe reſiſtere manu forti, ſed ſecum pugnando defecit, ubi dicuntur plus quàm quingenta milia hominum pugnantium ſimul diebus multis in bello cecidiſſe, ac unus filiorum dicti Baizeti junior ea tempeſtate devenit ad manus imperatoris Græcorum, qui jam regit, & duo alii ejus filii.

Tâberlanus cum Baizeto Turcarũ imperatore belligerans, vicit atque occîdit Baizetum, cũcta igne & ferro proſternens.

Maxima hominum ſtrages.

Tam-

TAMBERLANUS TARTARORUM rex, Damaſcum capit atque diripit: Smyrne arx omnium munitiſsima ob arrogantiam fratrum Hieroſolymitanorum à Tamberlano deſtruitur: Ejusdem Tamberlani, qui quingentos Mahometi ſacerdotes ad templum confugiens concremaverat, de eo ſuo facto reſponſum: De filiabus Tamberlani Magiæ peritis, ubi haud parum multa adferuntur de Magia, quamq; vim Magorum incantationes habeant, oſtenditur,

CAPUT XXX.

Subſequenter etiam idem Tamerlanus Damaſcum nobiliſſimam Syriæ civitatem obſidendo demum cepit, quam pecuniis, necnon melioribus & pretioſioribus pannis & bonis omnibus ſpoliatam ignis incendio devaſtavit, & ultra viginti milia hominum juvenum utriusque ſexus in diverſis artibus mechanicis apprimè inſtructorum ſecum abduxit ad Metropolitanam ejus civitatem Semerkant nuncupatam, in finibus Perſarum & prope Indiam inferiorem conſiſtentem, quæ priùs fuit parva, quam tamen ipſe ampliavit, & magnificavit in tantum, quòd in omnibus præcellit, ut dicitur, cæteras civitates in partibus Orientis regnorum, & provinciarum, quas ſuæ ditioni ſubjecit. Demum tamen deceſſit in ipſa. Hic etiam Tamerlanus pugnando tunc cum Soldano Babyloniæ & quibusdam ſuis ſatrapis primò prope Alapiā, & deinde in quibusdam aliis locis inter Cariam & Damaſcum, vicit eos, & Smyrnam tunc fortiſſimum caſtrum in Græcia vicinum Turcorum dominio, quod erat hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani, etiam ea tempeſtate vi deſtruendo ſolo coæquavit. Tamen quidam Cathalanus, qui pro eodem hoſpitali illius erat capitaneus, ſi vexillum dicti Tamerlani ſuper illo collocare voluiſſet, rogatu cujusdā Epiſcopi Chriſtiani Tamerlanus illud nullatenus deſtruxiſſet, ſed quia dictus Cathalanus illud aut faſtu ſeu alias recuſavit facere, dictus Tamerlanus hoc ægrè ferens, & vim viribus accumulans tandem dictum caſtrum cepit & deſtruxit

Smyrna arx muniti ſsima à Tamerlano deſtruitur.

totaliter, adeo quòd etiam, ut ipſimet fratres dicti hoſpitalis ajunt, cum centum milibus florenorum auri in ſtatum priſtinum reduci non poſſet. Et confugientes ad Meſquitas Machometi flamines numero quingentos & ultrà, cum Meſquita ſeu templo hujuſmodi concremavit etiam in Damaſco, de quo alii Saraceni hoc videntes admirati fuerunt, cùm Tamerlanus eſſet illius ſectę, quòd ſacerdotes & templa ipſius Machometi taliter deſtinaret igni: quod ipſe conſiderans fertur dixiſſe, quod Deus ipſum miſiſſet, ut malos Saracenos & falſos Chriſtianos cæde & incendio devaſtaret. Volens etiam vi capere tunc temporis Hieruſalem, impediebatur per brucos, qui ejus exercitum adeo vexarunt per iter, quòd verſus eandem civitatem ulteriùs ire non potuit, unde in Perſiam rediens Suſam, quæ nunc vocatur Thauriſium, & Baldach maximas civitates & omnes alias provincias centum & viginti numero, quæ, ut legitur in Heſter, olim Aſſuero regi Perſarum ſubditæ fuerunt, ac multa alia regna in partibus Orientalibus & Aquilonaribus, necnon etiam aliqua in Europa ſuæ ditioni ſubjecit. Audivi ab aliquibus, qui dictum Tamerlanum diu noverunt, quòd habuit tres filias, quas in arte Magica fecit inſtrui, in qua mirabiliter profecerunt, quæ incantationes & exorcizationes & imagines contra provincias, quas ſibi ſubjicere voluit, facere conſueverũt, quæ plerunque effectum ſortitæ fuerunt. Nec de hoc miretur aliquis, quòd talia fieri poſſunt Domino permittente, ſicut tradunt philoſophi, qui ſecreta naturæ rimati fuerunt, & in libro Jacobi Alkindi de Radiis doctiſſimi philoſophi luculenter apparet, qui inter alia multa ſic inquit: Verba enim cum omni ſolennitate prolata effectum habent & proprietatem mutandi omnia elementa in aliquam formam novam, & hebetandi naturales ſuas formas, ne faciant, quod per ſolitum ſuum curſum facturæ eſſent. Terra enim cùm ſit naturaliter frigida, per vim verborum calorem retinet. Aqua, quæ ponderoſa corpora per naturam ſuam intra ſe recipi permittit, per vim quorundam verborum naturâ iſta privatur, & fit, quòd ferrum ſupernatat. Aër quoq; per verba à flatibus ceſſat, & pluvia: ignis autem à combuſtibilibus abſtinet, & hoc eſt, quòd ponderoſa corpora per aërem multotiens deferuntur præter ſolitum curſum: naturâ levia quoque per vim verborum deſcendunt & fiunt fulgura & coruſcatio-

Tamerlanus Machometi ſacerdotes ſimul cum tẽplo flammis tradidit.

Tamerlani de ſeipſo iudicium atq; ſententia.

Perſas ſubegit Tamerlanus.

Filiæ Tamerlani Magæ periti.

Iacobus Alkindus philoſophus.

Vis naturæ immutatur per verba.

ſcationes, nubes & tenebræ, & alia elementorũm accidentia. Unde Medeam de inſula Calchos, quam Jaſon abduxit, veteres ſcripturæ loquuntur, quòd ſuis incantationibus elementa mutabat, ſenes juvenum vultus reſumere, ſeu juveneſcere, ac ipſum Jaſonem vellus aureum rapere, boves eructantes flammas igneas & mortiferas vincere faciebat. In Adamante apparet, quòd ferro præſtat motum aſcendendi à centro, cùm ei applicatur. Igitur cùm voces ſignificativæ per impoſitionem hominum in modum perfectæ orationis conjunctæ proferuntur, in conjunctione tali multoties ſortiuntur effectum per radios ſuos, quem diſtinctè prolatæ non habent: ſicut herbæ confectæ ex tali confectione alium conſequuntur effectum, quem non habent ſeparatim. Similiter quoque & voluntas hominis ex prolatione verborum mutatur, ut appareat iſtud verum quid per curſum voluntatis. Sic principum dilectio per verborum prolationem acquiritur, & mulieres ad amorem aliquorum accenduntur, & generaliter per verba cum debita ſolennitate prolata miranda fiunt, & multa in extraneum motum poſſunt trãſmutari. Ipſa etiam verba voluntatem accelerant. Hinc eſt, quòd ſcorpiones expelluntur per verba à locis, ac lupi, leònes, mures, & muſtelæ hoc modo vocantur ad aliquem locùm, & expectant eorum capturam, quod Pſalmiſta tangere videtur ſoquendo de incantatore, ſeu venefico ſapienter ſerpentes incã tante. Unde omnes homines ſenſu & ratione uſi credunt preces Deo factas ſibi & aliis proficere, & inde inolevit ſolennis conſuetudo apud Deum homines orandi & obſervandi pro bonis habendis, & malis depellendis. Succedit autem effectus, cùm tempus, & locus, & aliæ circumſtantię ſuffragantur, ſed deſtituuntur effectu. cùm deeſt aliquid, quod neceſſariò exigitur, ut preces effectũ ſortiatur. Unde preces hominum Deo porrectæ cùm intenſo carent deſiderio & intentione obtinendi ſtudioſà fruſtratæ reperiuntur, cùm id quod intenditur, minimè obtinetur, in quantum ſenſu cognoſci poteſt, & hæc aliquãdo operantur effectum, dũ modò dicentis intentio aliquatenus ſuffragetur. Præterea cùm obſecrationes proferuntur ad Deum, etiam ab hominibus, qui nullam ſunt Dei cognitionem conſecuti, dum modò obtinendi deſiderium affuerit, & ſpes vel fides obtinendi: verba ſic oblata habent ſuum effectum, licet de Deo fidem non habe-

Fabuloſa.

Mala conſectio, quo niã claudicat ſimile.

Frivola, imò aliena à fide.

Longè alia horũ verborum ratio.

Supplicationes ad Deũ quam vim habeant.

beat,qui dixit verba cum obtinendi voluntate. Deum enim nullus homo cognoſcere poteſt. Et hujus exemplum habetur de Alexandro Magno orante Deum, quòd conjungeret montes Caſpios, in quibus includeret perpetuò Gog & Magog perverſas nationes,& exauditus eſt,beato Auguſtino teſtante. Orationes autem & obſecrationes ſunt ab hominibus circa caſus contingentes faciendæ devotis mentibus & intenſo deſiderio,& non carebunt effectu, licet quoad caſum, in quo fiunt,quandóque non proficiant:profuit enim, quoad aliquid, nobis quibus ignorantia cauſarum opinionem contigentiæ facit. Cùm itaq; obſecrationes fiunt ad Deum ab hominibus devotæ mentis & profundi deſiderii cum debita ſolennitate pro aliquo motu in ſubjecta materia inducendo,ſequitur optatus effectus, harmonia in omnibus pro loco & tempore procreante.Non autem ſolum adDeum diriguntur obſecrationes,ſed etiam ad ſpiritus,qui aliquibus hominibus prodeſſe creduntur: licet eorum exiſtentia ſit imperceptibilis,credunt enim plures angelos eſſe ſubſtãtias incorporeas habentes poteſtatem faciendi motus in rebus elementatis,credunt etiam aliquos homines a corpore ſolutos ſpiritualem exiſtentiam retinere, & quandoq; motus facere in hoc mundo, aut ad hoc faciendum effectusque hominum precibus induci,ſicut periclitari timentes in mari invocant ſanctum Nicolaum, & incarcerati ſanctum Leonardum,ut eos liberent à periculo maris & carceribus.Præterea multi viderunt ignitum ferrum innocentis manibus virtutẽ adurendi protinus amittere, nec portanti nocere; ſed quo modo niſi potentia divina ad orationes illius, cum intenſo deſiderio flexa? quod nemo prudens aut diſcretus ignorat. Igitur ſi malus ille miles,de quo ſuperiùs fuit mentio,potuit incantare,& per incantationes imbellem efficere exercitum domini Ottonis ducis Brunſuicenſis, & movere aërem ad mittendum ventos validos in facies eorum qui in ipſo fuerunt exercitu,ut adverſarios nec rectè videre,neq; illis vim vi repellendo,prout tunc contigit,reſiſtere poſſent,ſed cùm poſtea exercitum ſuprà dicti ducis Andegavenſis ſimilibus exorcizationibus & incantationibus, ut exiſtentes in eodem exercitu vim pugnandi amitterent, conaretur inficere, ante quàm rem ipſam perageret divina permiſſione comprehenſus, vivus ipſe incantator flamma combuſtus apud exercitum

Vis Magia

tum antè dictum ad inſtar magiſtri ſui Stara, qui aliàs dicitur Zoroaſtes, filii Cham, qui quidem Stara artis ipſius Magicæ primus inventor, cùm dæmones ſuis incantationibus ſæpius invocaret, tandem igne cæleſti per eos, quos taliter invocabat, ſuccenſus diſparuit, quem tamen extunc in illa ætate quidam rudes hominum pro deo coluerunt. Et de iſto Tamerlano aliqui dicere volunt, quòd quidam ſanctus Gregorius, non ille Romanus Pontifex, ſed alter, prædixit illa magnifica facta & bella quæ fecit, & addidit quòd infra pauca tempora poſt ejusdem Tamerlani obitum ceſſaret ſecta dicti Machometi, & Chriſtiani illas partes recuperare deberent, quod multi Chriſtiani exiſtentes in illis partibus anxiè præſtolantur, ſed fruſtra, ut timeo: quia nulla diſpoſitio apparet, quoad hoc, apud noſtros, & fortè raro vel nunquam inter Chriſtianos plures diviſiones viſæ ſunt, quàm vigent præſentialiter, tam in ſacerdotio, quàm in regno.

Stara artis Magicæ primus inventor.

DE SIGNIS ATQUE PRODIGIIS, quæ præceſſerunt Bonifacii mortem, & de fortuna ac morte Franciſci nepotis Urbani Pontificis,

CAPUT XXXI.

ILLA etiam æſtate ante obitum dicti Bonifacii quandoque tempeſtates horrendiſſimæ, venti validi, grandines, tonitrua & coruſcationes apparuerent in urbe: nam quadam nocte quoddam novum ædificium, quod ipſe Bonifacius magnis quadratis lapidibus multum ſumptuosè inceperat conſtrui facere, in qua Papa pro tempore benedictionē daret populo, in ejus ſummitate ventorum impetu comcuſſum, necnon aſſeres & ligna, ſuper quib' artifices operabantur, impetu ventorum deducta, necnon etiam fortiſſima pinnacula & pars murorū caſtri ſancti Angeli in ſuperficie in terram projecta, & multa alia damna commiſſa fuerunt. Item alia quadam nocte de ſero usq; ad mane vehementiſſimę coruſcationes apparverunt in urbe, ita quòd Curiales & urbicolę vehementer ſtupefacti ſubitam urbi ſubverſionem imminere timue-

muerunt, & decimo anno ſui Pontificatus circa Quadrageſimam terræmotus fuit per totam urbem, qui tamen nulli nocuit, ſed timorem magnum intulit: ipſo Bonifacio diſſimulante, imò etiam approbante, quidam ſui Cardinales & Epiſcopi Curiales venationibus intenti, aliisq; vanitatibus dediti fuerunt, ex quibus Papa & ſui Cardinales atq; Curiales longè lateq; diffamabantur, & in parabolam atq; ludibrium hominum devenerunt. Et etiam tunc videlicet nono anno Pontificatus Bonifacii Leodienſes ab obedientia Bonifacii recedentes, cum eorum electo adhuc eis præſidente (de quo multa dicentur inferiùs) neutrales facti fuerunt, ſed poſtea ſurrogato Innocentio ſeptimo, de quo dicturus ſum, Bonifacio defuncto ad eandem obedientiam ſub diverſis multùm à jure & ratione exorbitantibus conditionibus redierũt. Hujus etiam Bonifacii Pontificatus anno ſexto prefatus Franciſcus nepos ejuſdem Urbani, de quo ſuperiùs recitavit hiſtoria, qui apud Raymundum de Baucio poſt obitum Urbani remanſerat quadam die, cùm in Curia dicti Raymundi circa choream nobilium ſtaret illam inſpiciendo, poſt horam ſolus intravit cameram, in qua dormire conſuevit, & fortiter clamando cum cultello plura ſibi vulnera inflixit: quod cùm audirent nonnulli in prædictam cameram ſubitò irrumpentes, ipſum jacentem in terra & vociferantem necnon ſanguinolentum reperierunt. Unde prædictus dominus Raymundus dolens vehementer, dictum Franciſcum apud ſe noluit diutius retinere. Tandem Raymundus & Franciſcus inter ſe tractatus facientes, ſcilicet quòd comitatus Alti muri, quem Franciſcus tunc habebat, domino Raymundo hæreditariè remaneret pro duodecim milibus florenorum & certa penſione annua, dicto Franciſco, quoad viveret, per Raymundum ſuosq; hæredes miniſtranda. Quo facto dictus Franciſcus cum ejus matre, necnon filio & filia atq; octodecim miniſtris utriusq; ſexus per mare navigando cauſa eundi Venetias & ibidem morandi prope Brunduſium in Apulia maris ſupervenientis tempeſtate navi, in qua navigabant, ſubverſa, omnes, qui in ipſa erant, ſubitò in aquarum fluctibus perierunt, & ſic tota poſteritas ejuſdem Urbani vi finita eſt, marinis fluctibus divino judicio vindictam repetente.

Franciſcus Vrbani nepos ſeipſum vulnerat.

Franciſcus cũ ſuis mari obruitur.

DISPUTATIO DE PONTIFICIS *ſymonia, & an illi liceat vendere ſacerdotia ſine ſymoniæ nota ſeu macula,*

CAPUT XXXII.

MULTI etiam periti in jure propter continuationes ſymoniæ in Romana Curia tempore dicti Bonifacii publicè arguere atq; tenere volebant, quòd Papa ſymoniam committere non poſſet etiam in beneficiis ſeu rebus eccleſiaſticis intercedente pecuniario quæſtu ſeu pacto: quod & mihi videbatur ſatis injuſtum, cùm ſaltem incivile ſit & contra bonos mores, ſi quod dignis gratis dari debet, ob vilem pecuniarium quæſtum concedatur indignis, quodq; Papa, qui omnibus præeſt, à quo cæteri vivendi normam capere debent, ſic tali crimine ſordidatus, profectò cùm alium punire non poſſet in eo, in quo ipſe deliquit, quia Turpe eſt doctori, cùm culpa redarguit ipſum. Ex hoc etiam apud vulgares multùm vileſcit & vituperatur Papalis authoritas & diffamatur: unde quidam imperator dixit, illum eſſe Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem ac diſpenſatorem animarum fidelium. Indignum fatemur, non ob dignitatis injuriam, ſed ob perſonæ defectum, qui diſpenſationes cum fratrum deliberatione maxima faciendas in camera ſua more mercatorum exiſtens ipſe bullator, ſcriptor, & forſan numeraror: & talis fuit ſine verecundia antè dictus Bonifacius. Vivente eodem quidam integri magiſtri in ſacra Theologia & alii in ſcientiis illuminati, dolentes ita communiter & apertè ſymoniam committi in Curia, & quòd ſic fieri poſſet, multis Juriſtis & aliis pertinaciter aſſerententibus, in contrarium arguendo, & concluſiones in quaternas & codices redigendo determinarunt, licet ſub magno timore, quòd Papa vendendo eccleſiaſtica beneficia ex pacto intercedente ſymoniacus eſſet, quia non foret conſtitutus, ut illa venderet, ſed ut dignis gratuitò diſpenſaret.

DE PETRI LUNENSIS, QUI POST Benedictus vocatur, patria, vita, moribus & geſtis ante Pontificatum, deq; electione ejusdem, & juramentis Cardinalium ante electionem præſtitis: Item quo pacto idem Petrus religionem jurisjurandi eluſerit: Item principes Germani ſuper ſchiſmate conſultant, & ad Bonifacium nuncios mittunt, quos ille beneficiis atq; honoribus faſcinat, inq; ſuam trahit ſententiam,

CAPUT XXXIII.

NUNC verò ad prædictum Petrum de Luna me convertens tangam pauca de ipſo, quem vidi in monte Peſſulano (jam ſunt XXXVI. anni, vel circiter) legentem in jure Canonico, de regno Aragoniæ, de Baronibus, ut laborat fama, ortus, brevis ſtaturæ ac gracilis, homo ingenioſus, & ad inveniendum res novas valde ſubtilis: hunc legentem tunc in Jure, ut præfertur, præfatus Gregorius Papa creavit Cardinalem, qui tūc ſatis diligebatur à multis, eo quòd peritus & virtuoſus exiſteret, à pluribus laudabatur, qui cum eodem Papa Gregorio Romam veniens, ac in palatio apud eccleſiam ſancti Apollinaris prope turrim ſanguineam morando illud in brevi tempore ſumptibus propriis notabiliter reformavit, ſed tempore ſchiſmatis per eundem Clementem factus Legatus in Aragonum & Hiſpaniæ regnis diu remanſit, etiam ſæpe contra ipſum Robertum, quòd ad unionem eccleſiæ intendere non curaret, atq; in hoc malè faceret, multaq; ſimilia etiam coram regibus & principibus, necnon eccleſiaſticis prælatis clero & populo publicè prædicabat, colligens tamē fragmenta ne perirent, & pecunias abundāter in illis. Miſſus etiam Pariſios idem Petrus per præfatum Clementem ad regem Francorum & univerſitatem ſtudii Pariſienſis, in ejus ſermonibus & actibus ſemper innuit, quòd ſi ipſe dicto Roberto, poſtquam decederet, in ejus obedientia ſuccederet, modis omnibus unionem in univerſali eccleſia facere vellet, oſtendens ſe valde ad hoc inclinatum. Quamobrem poſtea defuncto Clemente, ſui Cardinales credentes, quòd Petrus

corde

corde gereret, ſicut ore priùs dixiſſet, eo prætextu in loco dicti Clementis ſurrogandum elegerunt, ſed ante quàm ad cādem electionem procederent, voverunt & jurarunt ipſi Cardinales & Petrus, quòd ille, qui ex ipſis eligeretur, ad requiſitionem ipſorum Cardinalium, dum ipſis hoc videretur expedire, ſuo Papatui cedere deberet, dum tamen etiam Papa alterius obedientiæ cederet ſuo Papatui, ut ſic dicam, cùm duos ſimul ſummos Pontifices concurrere jus & ratio non permittant. Unde ipſo tali conditione dicto Clementi ſurrogato, ejus Cardinales, rex Francorum & multi principes de partibus Galliæ ſollicitè monuerunt quoſdam de electorib⁹, ut ſimul cum Bonifacio partes ſuas intuitu fidei efficaciter interponere vellent, ut & idem Bonfacius ſuo Papatui cederet, ad hoc quòd ipſa unio ſequeretur, & reportantes ſuper hoc ab eiſdem electoribus reſponſionem eis gratam, illa tamen adjecta conditione, quòd ante omnia dictus Petrus cederet, ut juraverat ſe facturum. Dum ipſi Cardinales & quidam alii proceres de Francia requirerent ipſum, quòd Papatui cederet, eis reſpondit, quòd id facere non teneretur, quaſi ex eo maxima toti Chriſtianitati ex hoc diſpendia imminerent, ac ſuper hujuſmodi petitis ab ipſo & ad ea reſponſis factis multa confecta fuerunt publica inſtrumēta, & per Galliam, Alemaniam & alibi in diverſis regionibus publicata. Interim etiam magnum conſilium principum in Franckfordia Maguntinenſi diœceſi vernali tempore ſuper eadem materia fuerat celebratum, videlicet Pontificatus dicti Bonifacii anno octavo menſe Aprili, ad quod etiam Univerſitas ipſa Pariſienſis & multi reges & principes ſuos nuncios deſtinarūt, q per duodecim dies in hujuſmodi conſiliis remanſerunt: ſed quidam Gallici magnates renitentē cedere Petrum diutina obſidione conſtrinxerunt in Palatio Avinionenſi, demum ipſum ceperunt, & per triennium captivum detinuerunt in eodem palatio, ad hoc quòd ſi ſponte nollet, vi ad cedendum dicto ſuo Papatui cedere cogeretur, dum modò præfatus Boniſacius etiam cederet ſuo Papatui, ut præfertur, & interim eidem Benedicto, ſive Petro, Gallici obedientiam ſubtraxerūt. Ipſe autē Bonifacius nuncios ſibi ſuper hoc ex hujuſmodi principibus Alemaniæ deſtinatos, cum quibus etiā erant nuncii tunc regis Angliæ, verbis tenuit, ita quòd ab eo certū reſponſum ſup hoc finaliter non habebant, quos demum

Franckfordia conſultāt de ſchiſmate principes.

Petrus Avinioni obſeſſus capitur.

Vide aſtutiā Bonifacii nuncios h[illegible]

neficiis fascinantis.

corrupit quibuſdam gratiis anormalis, pro ſe ſuisq́; habere volebant,ſicq; impeditos vel taliter qualiter expeditos ad propria redire permiſit,negocio ceſſionis, pro quo ad eum venerunt, in primis terminis remanente. Hoc potiſſimè cõtigit ex eo,quia præfatus dominus Venceslaus rex Boëmiæ rogatus per principes,ut in favore Catholicæ fidei ad ipſos etiam Franckfordiam tunc veniret,licet publicaſſet ac etiam promiſiſſet,quòd ſic facere vellet,illuc tamen venire neglexit:præfatus verò Bonifacius multum ægrè tulit,quòd dicti principes eum hortabãtur ad cedendum,& libenter eis propterea nocuiſſet,ſi colore aliquo potuiſſet: quod tamẽ dicti principes equanimiter tolerarunt,& poſt hoc iterum ipſum aliqui de prædictis principibus literis eorũ exhortati fuerũt, ut ceſſaret ab illis,neutralitatem,ſi perſeveraret in talibus,cõminantes. Unde poſtea in publico conſiſtorio declarabat, quod de cætero tales gratias ſub diem obitus facere nollet, & ſi faceret,nõ valerent,& gratias priùs in talibus factas per ipſum palliavit. Videntes autem dicti Cardinales & magnates Gallici,quòd præfati principes Alemaniæ cum Bonifacio,ut cederet, effectualiter proficere non poterant,&præfatum Petrum ſolum ad cedendum ejus Papatui ſe fruſtra vexare amplius detinendo, ipſum ab eadem captivitate liberarunt cooperante ſibi in hoc multùm præfato duce Aurelatẽſi,&liberatum ad ſtatum priſtinum poſuerunt,ſibi uſq;tunc ſubtractam per eos obedientiam reſtituendo. Secundariò etiam ipſi Gallici præfato Petro hujuſmodi obedientiam ſubtraxerunt tempore Pontificatus Angeli Corarii,dum dictus Petrus ſtaret in portu Veneris Januenſis diœceſis,& ad faciendam unionem in univerſali eccleſia ſe nimis redderet difficilem & moroſum,quæ inferiùs ſuo loco latiùs apparebunt. Præterea licet dictus Petrus de Luna gravitatem Pontificalis officii,& quid ageret,ipſo Bonifacio lõgè meliùs intelligeret,tamen fortè ſuorum Cardinalium & Curialium importunitate multas valde anormalas & exorbitantes beneficiales & alias gratias,necnõ exemptiones & uniones eccleſiaſticorum benificiorum,ac diſpenſationes ad obediendũ plura incompatibilia indulgentias,quorum & peccatorũ remiſſiones & ſimiles conceſſiones anormalas fecit,ſequendo in hoc dictum Bonifacium, juxta illud: Si videbas furem currere,currebas cũ illo:multos etiã de noſtra obedientia ad

Benedictus rurſus libertati reſtituitur.

Benedictus paulatim ad ſuorum mores ſe cõfert atq; componit.

obe-

obediēdū ſibi,quibus potuit,viis & modis induxit,multorū etiam pinguium ſuæ obedientię beneficiorum fructus ſibi continuè reſervando,quos toto tempore ſui Pontificatus in uſus proprios diſpenſavit: fuit tamen aliquantulum providus in creandis ſuis officialibus & faciendis gratiis,quàm erat ſuus prædeceſſor Clemens VII. qui tanquam prodigus non ſcivit quicquam petentibus denegare.

RURSUS DE MORTE ET FUNERE *Bonifacii,& de his quæ contigerunt in urbe inter Guelphos & Gibellinos factionarios: Item de electione Innocentii ſeptimi,*

CAPUT XXXIIII.

MORTUO igitur dicto Bonifacio,funus ejus ſatis humiliter in præfata Baſilica principis Apoſtolorum in capella conjuncta capellæ dicti Gregorii Papæ ad dexteram,dū itur ad altare beati Gregorii Papæ, & prope ſepulchrū Gregorii Papæ V. minoris Gregorii(propter largas eleemoſynas &alia bona opera,quibus claruit,appellati, & fuit Saxo natione)ſepeliebatur:ſed interim quòd dictus dominus Ladiſlaus rex imperium tenuit Romanum,magnum & pretioſū valde monumentum dicti fratręs ejuſdem Bonifacii ſibi in eadem capella conſtrui fecerunt,præfatiq; Cardinales noſtrę obedientiæ poſt obitum dicti Bonifacii conclave cauſa eligendi novum Pontificem ſubintrarunt, & elegerunt demū Innocentium hujus nominis ſeptimum:quo facto in urbe magna diſſenſio inter cives Romanos orta fuit, quia illi de parte Gibellina voluerunt recuperare ſtatum libertatis,&regiminis dictæ urbis,prout penes populū & quoſdā Banderenſes erat,ante quàm prædicto Bonifacio traderetur, cooperātibus ipſos in hoc dominis Nicolao & Joāne deColūna prædictis fratribus,& Baptiſta de Sabellis, necnon quibuſdā aliis Baronibus de ipſa urbe oriundis deGibellina,qui etiam circa urbem ipſam multa caſtra & alia loca munita tunc tēporis poſſidebant.Pars verò Guelpha & qui favebant eis de Urſinis,multiq;potentes in hoc prædictis eorum cōcivibus viriliter reſiſtebant,aſſerentes expedire communicati, quòd urbicolæ per eccleſiam,& non per cives regerentur. Interim Gi-

Bonifacius moritur anno 1405.

Innocentius VII.in Pontificem eligitur.

Guelphi & Gibellini diſſenſionē excitant.

Gibellini traxerunt in auxilium dictum regem Ladiſlaum, & pluribus diebus una pars contra aliam tunc in urbe periculosè pugnabant, ubi etiam plerique interfecti ceciderunt, & multa mala fiebant tunc in urbe, ſcilicet violentiæ, ſtupra, & adulteria, & his ſimilia impunè, qua tempeſtate Innocentius, qui ſecundum annum ſui Pontificatus ferè complevit, eligebatur in Papam, cujus primus annus ſui Pontificatus fuit purgatorius multorum malorum priùs in Romana Curia commiſſorum: in illo enim ſuprà dictus Cardinalis Monopolitanus ſummus Pœnitentiarius & aliqui inſignes ſymoniaci, & ultra modum talibus lucris locupletati, quaſi repentina morte corruerunt, & quædam alia innovata fuerũt, quæ per ordinem inferiùs deſcribentur, ſed ante hujuſmodi electionem ipſe Innocentius tunc Coſmarus tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem presbyter Cardinalis, ac ipſum eligentes prædicti ſui Cardinales ſponte jurarunt & voverunt, quòd quicunque ipſorũ eligeretur in Papam ad hoc, quòd dicta unio fieret, ejus Papatui purè & ſpontè cedere deberet, dum tamen dictus Petrus de Luna etiam ſuo Papatui ſponte cedere vellet.

Exitus ſymoniacorũ miſerãdus.

GESTA A LADISLAO ROMÆ INter dictas Italiæ factiones, & quæ circa coronationem ejuſdem contigerunt,

Caput XXXV.

Præfatus que Ladiſlaus rex hæc percipiens, nec fortè multùm de votis & juramentis hujuſmodi contentus, acceſſit ad Urbem ipſam cum grandi exercitu, cujus dominiũ, ut dicebatur, ſibi tunc vendicare volebat, petente parte Gibellina ab eodem novo Papa, ut dominium temporale, necnon caſtra & munitiones ad eandem urbem pertinentia liberè eidem Romano populo relaxaret, ſed cùm Papa ſuique Cardinales multis per eos rationibus allegatis facere denegarent, magna ſubitò inter Papam & Cardinales ex una parte, & talia petentes ex altera, controverſia orta fuit, ita quòd Papa & Cardinales timentes rumorem popularem imminere, quendam Muſchardam magnum capitaneum eccleſiæ cum

eum vigoroſo exercitu in urbem pro ipſorum cuſtodia venire fecerunt, qui tamen contra tãtam multitudinem alterius partis non poterat prævalere. Quod videns Innocentius prefatum regem ſic placare ſtuduit, nam ei prædictam Campaniam etiam maritimam ad certos annos conceſſit gubernandam, quibus habitis rex conſtituit ſe arbitrum inter Papam & partem Gibellinam, ordinando parum utiliter pro eccleſia ſic, quòd dicta pars Gibellina illo prætextu Capitolium pro ſe recepit, & ibi tantum de ſale tempore dicti Bonifacii, recollectiõ invenit, ad Cameram Apoſtolicam pertinẽte ratione dicti dominii temporalis, quòd ejus valor ultra viginti milia florenorum auri aſcendebat, quòd pars Gibellina & aliqui potentes Romani de illa factione ſuis privatis uſibus attraxerunt, atque Capitolium pro ſe diu tenuerunt, quia regimen dictæ urbis eidem parti Gebellinæ ſub certa modificatione rex aſſignare voluit, tamen quòd officiales ſive regentes urbem officia ſua à Papa acceptare deberent, necnon aliquos pontes & portas intus & extra eandem urbem ad Papam tunc pertinentia ipſe rex in eodem arbitrio Papæ adjudicavit. Quo facto quendam plebeium divitem civem Romanum rex ipſe creavit in militem ad cumulum lætitiæ dictæ partis Gibellinæ, poſtea in urbe ipſa, ut clariùs dicetur inferiùs, turpiter decollatum, & etiam aliquibus damnis pleriſque civibus & incolis urbis per gentes armigeras regis illatis. Erant enim armis ac victualibus non ſatis muniti hujuſmodi armigeri, ipſe rex cum ejus exercitu ad propria remeavit. Tamen Innocentius cum magna lætitia & frequentia Romani populi atque Curialium ſuæ coronationis ante ipſam Baſilicam principis Apoſtolorum recepit inſignia, & ad eccleſiam Lateranenſem eadem die, ut moris eſt, accedens, néc moram ibi faciens ipſa die rediit ad palatium ſuum apud præfatam Baſilicam conſiſtens. *Ladiſlaus coronatur.*

DE INSOLENTIA SEPTEM VIRORUM in Innocentium Pontificem, ac de miſeranda cæde illorum per nepotem Pontificis facta, & de tumultu vulgi in clericos,

CAPUT XXXVI.

ET quia dicitur, Cùm ſervo æquā palmus datur, accipit ulnam, dicti regentes ſeu officiales, qui tunc eandem urbem rexerunt, VII. numero de ipſa parte Gibellina viri prudentes nuncupati (nomine tantùm, non ſignificatione, ſeu exiſtentia, ut exitus acta probavit) nō uſq; quaq; obſervātes domino Papæ pacta, quæ præfatus rex Ladiſlaus fecerat inter partes, ipſum Innocētiū de die in diem multipliciter infeſtabant, modò illud, nunc aliud habere volentes ab ipſo. Sed Joannes de Columna non longè ab urbe interim continuè habuit magnū numerum armigerorum in ſubſidiū tunc regentiū de parte ſua in urbe, & in odiū Papæ & Cardinalium ac Curialiū, fingens partes Petri de Luna ſe fovere, ut orta demū diviſione grandi inter eaſdem partes urbē violenter intrare, atq; Papam, Cardinales, & Curiales prædictos vi opprimere poſſet. Ipſe verò Innocentius, qui fuit vir pacificus, mitis & probus, unde quantū potuit eiſdem regētibus complacuit: credidit enim in bono vincere malū, ſed breviter in his omnibus non profecit, quem continuò injuſtis petitionibus vexarunt, quamobrē dum iterū ab eo quędam ex præconcepta malitia non concedenda peterent, irato animo rèſpondit eis dicens, Nunquid omnia feci, quę voluiſtis, & quid amplius vobis facere poſſum, niſi velitis & hunc quem geſto mantellum? volēs per hoc innuere, quod in tantum eum vexarēt, quod citiùs Papatui cederet, quàm tot ab eis vellet moleſtias ſuſtinere: & in ſumma per eum, ad rationem flecti non poterant ullo modo, quin de die in diē magis ipſum diverſis exquiſitis coloribus moleſtarent, unde coactus fuit ſemper pro cuſtodia ſuæ perſonæ & ſibi aſſiſtentium dictum capitaneum cum grādi exercitu armigerorum in eodem burgo tenere illa tempeſtate durante, & plus expendere tenendo illos armigeros, quam emolumenta valebant, quæ ſibi ex Papatu fortitan obvenerunt. Unde his durantibus Papa & Cardinales & Curiales de ipſis regentibus

Innocentius nomine & re ipſa.

gentibus

gentibus non mediocriter dubitabant. Tandem Innocentius credēs induratos animos eorundē importunorum civiū per magna ſaltem beneficia emollire, multos creavit Cardinales, inter quos erant Errorius, de quo ſuo loco dicetur, & quinq; Cardinales Romani, quorum aliquos de aliori, & reliquos de mediocri ſtatu recepit, quorū adhuc quatuor ſunt nobiſcum: nec per hoc adamantina corda ipſorū regētium urbem tunc temporis flectere potuit, ut ab ejus infeſtatione ceſſarent, quia latebat anguis in herba. Ipſe nanq; rex Ladislaus deſiderans ardēter dominari Romanis, dictos regentes & multos majores de populo, qui Cavalratte nuncupantur: corrupit pecunia, ut ſibi aſſiſterent, quòd dominium ipſius urbis quomodolibet ſortiretur, & hos corruptos reliquū vulgus propterea multùm habebat exoſos, & proviſionatos nominabat. Et hæc durabant uſq; ad quintā diem menſis Auguſti, & interim ſemper erat cum competenti exercitu ipſe Muſcharda in burgo ad cuſtodiā Papæ & ſuorum Cardinalium. Innocētius verò habebat tunc quēdam patruelem natum fratris ejus nomine Ludovicum de Melioratis, ætatis X X X. annorum, vel circa, laicum, temerarium & audacem, qui jam factus armiger ſæpe dicto Muſchardo capitaneo ſe conjunxit, multum ægrè ferens, quod Innocentius per dictos regentes tam improbè tractabatur: unde contigit, quòd eadē quinta die menſis Auguſti mane dicti regentes urbis comitantibus quibuſdā aliis Romanis, tamen paucis, qui in his non erant culpabiles, ad prædictū palatium, ut cum Innocentio (uti dicebant) amicabiliter concordarent, acceſſerunt, & poſtquam cū Innocentio multa locuti fuerunt, nec effectivam concluſionem recepiſſent, & circa horam prandii de palatio cum quibuſdā Cardinalibus recedentes, per ipſum burgum prope hoſpitale ſancti Spiritus in Saxia equitarent, tunc ipſe Ludovicus per ſuos ſatellites armatos eos capi & ad ſe fecit violenter adduci, ac mox ex eis undecim veſtibus in quadam camera denudatis mactavit, & exangues de alto ad terram adhuc palpitantes projici fecit, ubi uſq; ad veſperas illa die nudā cadavera jacuerunt. Et duodecimus, qui erat cōnſobrinus cujuſdam ex noſtris Cardinalibus jamjam necandus cum aliis dicti Cardinalis ſupervenientis óportunis precibus mortem vix evaſit: & ſubitò poſt hoc circa horam nonam rumor invaluit

Truculentia Ludovici nepotis.

valuit

Tumultus popularis in urbe contra Curiales.

valuit in urbe de morte hujuſmodi occiſorum, unde reliqui regentes, qui evaſerant, contra Papam, Cardinales & Curiales populum concirarunt cum crebris pulſationibus campanæ in Capitolio ſolitæ pulſari cùm Romani contra hoſtes ſuos ire conſueverunt ad bella. Et quia multi ſemper fuerũt & ſunt in urbe rapaces, amicitiæ & honori lucra præponentes, mox catervatim ad domos & hoſpitia Curialium multorum ruentes, illa ſpoliarunt, & etiam multos ex Curialibus venerabiles viros ceperunt, ac captivos irreverenter & inhoneſtè ad Capitolium perduxerunt, aliquos eorum baculando, & nonnullis prælatis veſtes quibus induti fuerant, beluino impetu laniando, quos captivos in publicis carceribus ad inſtar malefactorum diu non abſque ſummo ipſorum captivorum periculo detinuerunt. Quid plura? maximus timor invaſit ea die Curiales, quia vix ſalutis ſpem habebant. Sed & ipſe Papa & Cardinales atque alii, pauci tamẽ Curiales cum eis, ab urbe fugientes in fervore diei & æſtus verſus Viterbium iter egerunt, ſed ſiti adeo anguſtiati multi fuerunt, quòd & Papa ſiti tunc vexatus mortem vix evaſit ac XXX. vel circa de comitatu Papæ præ ſitis anguſtia deceſſerunt, & prope Papam inter Romam & Sutrium tranſeuntem, Abbatem monaſterii ſancti Petri Peruſinenſis quidam ſtipendiarii interfecerunt, & unus ex hujuſmodi ſtipendiariis volens vi auferre cuidam Curiali poculum, quod cum potu manu geſtabat, Curialem ipſum interfecit Papa vidente, & cadavera eorum, qui in via deceſſerunt, inhumata ibidem in campis diutius remanſerunt, ita quòd eis congrueret illud, Cælo tegitur qui non habet urnam. Cumque Papa perveniſſet ad Viterbium, infra paucos dies quàm plures etiam ex dictis Curialibus credentes ſe potu refocillari, & vina frigida immoderatè bibentes moriebantur. Sed illi, qui remanſerunt in urbe, Curiales continuò in magno periculo & timore ſteterunt eadem die poſt fugam ſeu receſſum dicti Innocentii. Tunc præfatus Joannes de Columna cum ſuis armigeris dictum burgum intravit, & in eodem palatio quaſi per XX dies ſtetit, à populo Joannes vigeſimus tertius ironicè appellatus. Cujus armigeri ac multi Romani & plebeji accedentes ad prædictum palatium, & hoſpitia ac cameras illi contiguas Papæ & Curialium multos libros in Regeſto ſupplicationum & litterarum Papalium repertos de-

Innocentius urbem excedit.

deportarunt, & literas bullatas & aliqua regiſtra ſupplicationum & litterarum Papalium laniarunt, & de theſauraria Papali ultra L. volumina librorum exportarunt. Quæ tàmen poſtea tractu temporis cameræ dicti Innocentii pro majori parte reſtitua fuerunt: & quis poſſet tot crudelitates & tanta maleficia, quæ tunc fiebant in urbe, ſatis enarrare? At ipſi regentes multùm de occiſione ſuòrum concivium dolentes, queruloſas & doloſas epiſtolas contra Innocentium & Ludovicum ad diverſos dominos & multarum civitatum communitates direxerunt. Inſignia dicti Innocentii ubicunque depicta deleverunt, aut cum luto turpiter maculari fecerunt, comminando quòd vellent omnino unionem eccleſiæ procurare, ac deinceps dicto Innocentio nullo modo obedire, nec ipſum in Papam habere vel reputare, multaque magnalia ſe facturos exiſtimabant, ad quæ perficienda eorum vires ſe nullatenus extendebant.

DE CONFLICTU MILITUM LADISLAI & partium Innocentii ad pontem ſancti Angeli: Item alia de immutatione ſtatus ac regiminis urbis Romæ,

CAPUT XXXVII.

CUM hæc per multos dies agerentur in urbe me ibidem continuè exiſtente, præfatus rex Ladislaus cogitans fortè quòd bonum eſſet aquis turbidis piſcari ſcientibus artem, inſtituit tunc Romanorum dominium pro ſe capere, præfato Joanne de Columna & pleriſque tunc regentibus eandem urbem civibus lucri cauſa in hoc couſpirantibus, propter quod rex infra dies paucos comitem Trojenum cum decenti armatorum comitiva in ſubſidium Joannis & regentium præfatorum, quòd dominium pro ipſo rege per eos caperetur, deſtinavit ad urbem ipſam, qui introivit duobus de prædictis regentibus & quondam Ricardo de Sanguineis Romano ad latus comitantibus, ſed cùm prope Ec-

ecleſiam ſancti Celſi venirent, multi occurrebant eis Forenſes adhuc ibidem exiſtentes, ac etiam quidam cives Romani, quibus non erat gratus adventus comitis memorati: quod ipſe parvipendens, nec ibidem pauſare diu præſumens, per pontem ſancti Angeli ſuper Tyberi ad dictum Burgum ſancti Angeli accederat, ſed ſubitò ipſe & dictus Joannes de Columna & pleriq; alii capitanei & complices eorum ſe armarunt, & dimiſſis ipſorum equis in eodem Burgo, per dictum pontem in magno numero, ſcilicet trium milium, ut dicebatur, bene armatorum habentium lanceas ſingulariter ſinguli per eundem pontem redierunt, ſed noſtris fortiter reſiſtentibus cum baliſtis & lapidibus, necnon obſtruentibus pedem dicti pontis cum vaſis & aſſeribus, ne ulteriùs progredi poſſent. Unde combuſtis demum per ipſos regis amicos quibusdam caſellis mercatorum in eodem ponte conſiſtentibus circa crepuſculum veſpertinum eadem die ad dictum Burgum reverſi fuerunt, ſed interim vici urbis circa pontem fortibus repagulis usq; ad Campum Florũ per cives Romanos muniebantur ubiq;, ita quòd etiam tunc rex ipſe Ladislaus ad conſequendum hujuſmodi temporale dominium Romanum non profecit, ſed ipſorum Romanorum animos contra ſe fortiùs provocabat. Et his peractis die immediatè ſequenti penè totus populus in hac ſententia concors remanſit, quòd præfatum dominium temporale ad regem Ladislaum nunquam devenire deberet, aſſerentes quòd omnia mala citiùs pati vellent, quàm ei ſubeſſe, ipſosq; officiales & regentes per triduum in eodem Capitolio continuè obſederunt: qui obſeſſi credebant, quòd pars dicti regis infallibiliter, cùm etiam tunc capitaneus dicti caſtri ſancti Angeli partem foveret regis, ipſeq; rex tam grandem exercitum haberet in Burgo antè dicto, & per faculas ardentes de nocte illi in Capitolio & alii in caſtro exiſtentes mutuò ſibi ſigna dederunt, ſed fruſtrà: quia nimis tunc prævaluit contra eos cõcordia civium. Unde ipſi in Capitolio circumvallati tandem tradiderunt Capitoliũ ſalvis perſonis & rebus eorum, quod populus libenter acceptavit. Et habito per populum Capitolio priores officiales deſtituerunt, & eis tres regentes, quos Bonos viros appellarunt, in eodem regimine ſurrogarunt, q̃ conſultiùs & mitiùs agentes cum captivis & detentis Curialibus in Capitolio ipſos cũ bono moderamine à captivitate hujuſ-

Obſidentur regis in Capitolio à Romanis.

Traditur Capitoliũ.

Curiales capti liberãtur.

huiuſmodi liberarunt, inter quas erant Patriarcha Grādenſis, qui infra paucos dies poſtea deceſſit, Namienſis, & quidam alii Epiſcopi, necnon plures magnæ authoritatis viri, forſan quinquaginta numero, qui omnes fuerunt Curiales: bona verò ipſis ablata Curialibus ubilibet per urbem tunc temporis per Romanos procurantibus & diſponentibus tribus regētibus præter ſpem omnium, magna ex parte reſtituebantur illis, quibus ablata fuerunt, & hoc contigit, cùm cognoviſſent Romani, quòd Innocentius valde increpaſſet Ludovicum, quòd tantam ſtragem de Romanis fecerat, ut præfertur, aſſerens quòd Ludovicus omnibus malis, quæ propterea Papa & Cardinales, necnon Curiales ipſi paſſi erant, cauſam dediſſet: tamen ſimulante fecerat illud Papa, qui ſæpè de auſteritate dicti Ludovici loquendo ex hoc gratulabatur in immenſum, aſſcribens ferè ei Julii Cæſaris audaciam & virtutem. Recedens autem à Burgo dictus comes cum ſua comitiva, Romanos & Eccleſias ac monaſteria ipſius urbis tot bobus, vaccis, pecoribus, bubalis & aliis animalibus extra ipſam urbem in diverſis locis depaſcentibus ſpoliavit, quòd ultra C. milia florenorum huiuſmodi abacta animalia valere dicebantur, quæ ſecum ad Campaniam duxit. Unde Eccleſiarum & monaſteriorum prædictorum perſonæ multùm in victualibus deficientes extremam egeſtatem paſſi fuerunt. Sed poſtquam dictus Joannes de Columna & nonnulli alii capitanei pro ipſo rege Ladislao ſteterant, quòd XX. dies in eodem Burgo ſancti Petri quodam mane advenientibus de Viterbio dictis Paulo de Urſinis & Muſcharda capitaneis gentium armigerarum ejuſdem Innocentii cum magno exercitu contrà, ſubitò ipſi Joannes & cæteri capitanei cum eorum comitiva à Burgo & Roma, non tamen ſine damno, abierunt.

Homicida à Pontifice increpatur.

TEMPESTAS MAGNA DESCRIbitur: Quo ingenio, dolis, atque vafritiis utrique Pontifices mutuis literis ſeſe ad unionem exhortando, orbi Chriſtiano impoſuerint,

CAPUT XXXVIII.

DUm hæc fierent in urbe, nocte quadam circa medium dicti menſis Auguſti vehemens tempeſtas aëris invaluit, ita quòd una Abbatiſſa & duæ moniales in quodam monaſterio ſimul ſtantes coruſcationibus ſuccenſæ ilico perierunt: tecta etiam quarundam domorum & quidam muri & turres eccleſiarum dictæ urbis impetuosè concuſſe fuerunt. Et ſtatim feſtum ſancti Michaelis iterum Petrus de Luna eundem Innocentium ſollicitari fecit in Viterbio, quòd daret ſalvum conductum quibusdam ſuis nunciis, qui ſecum de facienda dicta unione aliqua tractare deberent. Dictus autem Innocentius credens, quòd præfatus Petrus illud non corde peteret, ſed callidè, dictum ſalvum conductum dare denegavit, propter quod Petrus tali occaſione captata contra ipſum Innocentium querulando, ſeque excuſando quòd non ſtaret per eum, quin unio fieret, & diverſas epiſtolas ſatis comptas ad diverſa loca inſignia deſtinavit: contra quas idem Innocentius longiores contrarias dictari fecit epiſtolas, quas in diverſis locis per Italiam fecit publicari, ſicque ipſi tunc certantes invicem de Papatu, & terentes tempus, ne cedere cogerentur, ſcripturis ſe mutuis ludificarunt. At Innocentius per certos ambaſiatores nonnullorum principum & per quoſdam ſuos Curiales fecit fieri ſcrutinium ibidem in Viterbio, an dictam unionem facere teneretur, ponens tunc in dubio, quod dum de electione ageretur in conclavi, omnino expediri decebat, ex quo contra Innocentium Curialium non modica oriebatur ſuſpicio, murmurantium invicem & dicentium, quòd unionem revera facere nollet. Ad hoc ſuum ſummum Pœnitentiarium & alium præſtantiores Cardinales, ejus Vicecancellarium deputabat, volens eos per hoc placare, ut dicebatur, ne ulteriùs eum ſollicitarent ad faciendum unionem prædictam, ſed

Vide quomodo id quod certiſſimum eſt, in dubium revocetur.

quia

quia difficile eſt contra ſtimulum recalcitrare. Dum hęc ſic agerentur, paralyſis ipſum Innocentium tetigit quodam mane poſt miſſam, dum daret audientiam, ſatis periculosè in facie, quod audientes dicti Curiales, dicebant illud ſibi divino judicio contigiſſe, eo quòd unionem facere negligeret, necnon & multi multa de hoc loquebantur. Cum autem Pontifex nutu dei de hoc morbo ferè curatus videretur, Romani per ſuos oratores eũ obnixè rogabant, ut ad ipſam rediret urbem, de cætero remanſurus, offerentes ſibi reſtituere dictum temporale dominium plenariè, prout illud tenuit Bonifacius, ſibi redituro claves urbis tunc actualiter præſentaturos, de quo dictus Innocentius plurimùm lætabatur. Hunc autem Muſchardam ipſe Paulus de Urſinis infra pauca tempora poſt hoc prope urbem ad Viterbium redire volentem interfici fecerat, de cujus morte ſimiliter ipſi Curiales, quia per duodecim annos ſervivit Eccleſiæ, acriter doluerunt,

DE REDITU INNOCENTII in urbem & laudibus ejusdem,

CAPUT XXXIX.

APPROPINQUANTE igitur vernali tempore dictus Innocentius ſecunda ſeptimana Quadrageſimali Romam rediit, Romanorum importunitate devictus, ingenti lætitia populi impenſo ſibi Papali honore magnificè exceptus, qui mox de miſerabili deformatione ędificiorum Canonicorũ, Baſilicæ principis Apoſtolorum, & beneficiatorum in ipſa urbe per ſtipendiarios Bonifacii plurimùm deſtructorum dolens, nitebatur, ſi ſupervixiſſet, ea expenſis cameræ Apoſtolicæ reparare: necnon generale ſtudium in ipſa urbe renovavit, quod eo defuncto ſtatim evanuit. Iſte Pontifex fuit mitis, benignus & compatiens afflictis, nec erat aliqua ſuperbia in eo, neque apud ipſum acceptio perſonarum, niſi quòd dictum Ludovicum & quoſdam alios ſui ſanguine junctos in quibuſdam regiminibus terrarum eiſdem Eccleſiæ collocavit: libens poſcentibus audientiam dabat, & ferè diebus ſingulis certis horis ſupplicationes ſibi porrectas

ctas ſollicitè ſignabat. Conſiſtoria privata & publica tenebat diebus & horis conſuetis, nec alicui moleſtus, neq; cupidus ſeu avarus exiſtebat, ſymoniacos exoſos habuit. Natus eſt è parentibus honeſti & medioeris ſtatus, ex inſigni oppido Sulmone Valnenſis dioeceſis, quod eſt in Aprutio, & Aprutium eſt provincia regni Siciliæ verſus Campaniam: hic erat clarus Doctor in Jure Canonico, expertus in eadem Romana Curia in agendis cauſis, & vix fuit Curialis, cujus ſpecialem notitiam non haberet, & cui non ita placidè loqueretur, ac ſi carne ſibi conjunctus exiſteret, caſtæ vitæ & bonæ famæ, canendi & ſcribendi peritus, bonarum literarum apprimè doctus. Fuit etiam olim collector fructuum cameræ Apoſtolicę tempore dicti Urbani Papæ VI. in regno Angliæ, in quo quidem officio, ut fama volebat, multùm laudabiliter ſe habebat: deinde Bononienſis Epiſcopus factus, ac pòſt Theſaurarius Urbani factus, demum per Bonifacium in ſui Pontificatus principio ad Cardinalatus honorem fuit aſſumptus: ſic graduatim in dignitatibus aſcendendo, nihil ſimile illi cum Bonifacio, quàm pauperem clericum ſolivagum, ut oculi mei conſpexerunt. Dictus Urbanus infra XV. dies, poſtquam venit Romam, ſolùm habendo reſpectum ad hoc, quòd erat pulchræ ſtaturæ, Neapoli de pauperi militari ſtirpe ortus, creavit pro ſuo voluntatis impetu Cardinales, quod tamen eum paulò ante ipſius obitum ſciens ipſum lepra ſymoniæ infectum poenituit, & ſi ſupervixiſſet, eum propterea prædictum Cardinalem Monopolitanum etiam Archiſimoniacum Cardinalatus honore privare proponebat: ita accepi à quodam ſecretario dicti Bonifacii tunc Cardinalis, & quibuſdam aliis fide dignis.

Sulmo illi communis cum Ovidio patria.

Humanitas Innocētii.

Doctrina Innocentii.

Integritas eiuſdem.

Comparat Bonifaciū cum Innocentio.

Rurſus de Bonifacio ſymoniaco.

PISA A FLORENTINIS PRODITIone quorundam Guelphorum recipitur: Item culpa atque deſidia Rom. Regum urbes Italiæ ab Imperio deſciverint,

CAPUT XL.

TEmpore verò Innocentii, cùm eſſet Viterbii, Florentini obſederunt Piſam Tuſciæ Metropolim, Romani imperii cameram & prælectam per plura tempora, & hoc erat propter partialitates, quia Florentini ſunt Guelphi, & Piſani Gibellini, propterea fuit antiquum & radicatum odium inter ipſos: & tandem nonnullis Piſanis, qui potiùs dictam eorum civitatem rebus ordinatè procedentibus pro viribus defendere tenebantur, pecunia & promiſſionibus corruptis, necnon magna & intollerabili premente fame cives & incolas, eandem Florentini intrarunt ignorantibus hoc majoris partis civibus & incolis, tamen cū auxilio & conſilio hujuſmodi proditorum hodie retinent dictam civitatem, & penè ad ultimum exterminium cives & incolas deduxerunt. Et licet dictus Innocentius cum armigeris Eccleſię Piſanæ, ùt fama erat, quamvis in tanto diſcrimine conſtitutis, ſubvenire potuiſſet, nihil egit diſſimulando ad tantam ruinam & infinita mala, quæ propterea evenerunt: ſicque Rom. imperium tam nobilem civitatem cum ſuis caſtris, juribus, & paulo antè egregias civitates Veronam, Paduam & Vincentiam, cum earum marchiis, quæ etiam juris & propriteatis ejuſdē imperii exiſtunt, per Venetos occupatas amiſit, diſſimulantibus illis qui ſe reges Romanos & ſemper Auguſtus appellant: quas quidem civitates & earum Marchias atq; diſtrict⁹ antiqui boni imperatores & reges Romani, inde ex Germanis omni diligentia pro imperio, aut per ſeipſos aut eorum vicarios regere conſueverunt. Rex enim dicitur, quia regit, non nomine tantùm, ut rex puerorum, quē quandoq; conſtituunt inter ſe ludentes mutuò pueri, ut in hiſtoria de Cyro rege Perſarum, dum puer eſſet, legitur contigiſſe: & utiq; abſurdum eſt dicere, vel ſentire, quòd quis eligatur in regē Romanum, ad hoc quòd ſolo nomine regis contentus ſit,

Guelphi & Gibellini qui ſint

Ruina imperii.
Verona.
Padua.
Vincentia.

Reges no mine tantùm.

ſed potiùs ut juſtitiam & judicium faciat in terra, quia dei miniſter eſt, propter quod gladium portat.

LADISLAUS REX OB IMPIE-tatem in clericos ab Innocentio damnatur, ac rurſus reconcilia-tur,

CAPUT XLI.

POSTQUAM prædictus Innocentius ſedem ſuam firmaverat Viterbii, ut præfertur, quandoque mente revolvit, quòd rex Ladislaus cauſam dediſſet tot malis, quæ in urbe fiebant, quodque idem Innocentius & Curiales maxima damna ſuſtinerent, de urbe ipſa miſerè fugere cõpulſi fuiſſent, deliberavit contra ipſum regem velle procedere via juris: ſed habito ſcrutinio ſuper hoc cum quibuſdam ſuis Curialibus contrarium ſuadentibus, proceſſum ea vice ſuſpendit, dicto rege in ſua permanente duritia, nec Pontifici in aliquo deferente atque mala malis accumulante, etiam caſtra & temporalia bona Eccleſiarum, monaſteriorum in ipſo regno Siciliæ conſiſtentium, & olim eis per imperatores Romanos & reges Catholicos pietatis intuitu donata, ſub colore quòd contra dicti regni Siciliæ ſuosque hoſtes illa fideliter conſervare vellet pro uſu Eccleſiarum & monaſteriorum. Sed ipſe hujuſmodi uſurpabat, permotus etiam de novo in Romana Curia ad Eccleſiam & monaſteria hujuſmodi ad dandum ſibi pecunias taxavit, nec permiſit eos poſſeſſionem Eccleſiarum & beneficiorum ac monaſteriorum apprehendere, niſi ante omnia ipſas pecunias, quas poſtulabat, efficaciter perſolviſſent. Quoſdam etiam milites & ſatellites ſuos ad nonnulla monaſteria & domos Epiſcoporum deſtinavit, indulgendo eis ut ibi eſſent per aliquod tempus, & de repertis illic bonis atque victualicus ibi diſponerent, prout videtur eiſdem, qui ſi quos prælatos fortè reperirent eorum non voluntarios receptores, hos milites & ſatellites malè tractabãt, & pleroſque à propriis ſtationibus repellebant, & qui in hoc

erat

erat auſterior, præ cæteris laudabatur à rege. Et cùm de his & aliis oppreſſionibus prælatorum fierent Innocentio de rege præfato querelæ, eum propterea non corripuit in principio ſuæ aſſumptionis ad Papatum, ne correptus proinde pejora committeret, ſed obmutuit & ſiluit. Sed illud in grande damnum earundem Eccleſiarum & monaſteriorum ac prælatorum redundavit, juxta illud, Principiis obſta, ſerò medicina paratur. Inſuper dictus rex multis datus in ſtimulum, illos proceres ſive magnates, qui eum juverunt ad recuperaadum ſtatum ipſius regni, paſſim exterminabat, multos eorum incarcerando & in carceribus occidendo: quippe omnia, ſicut ſibi dictabat animus, ſive bona, ſive mala eſſent, intrepidè faciebat. Quamobrem prædictus Innocentius, poſtquam ad ipſam Urbem redierat, ut præfertur, & in ea per aliquot menſes reſidebat, cùm rex ipſe nec tunc ab incœptis per eum & diu continuatis malis hujuſmodi reſipiſceret, proceſſum formans, illum in publico conſiſtorio in ſuorum Cardinalium & Curialium, necnon multorum aliorum illic congregatorum præſentia contra ipſum regem XVI. ad minus articulos valde famoſos continentem fecerat publicari, in quibus inter multa eum declaravit reatum perjurii ac proditionis & conſpirationis contra eundem Innocentium crimina perpetraſſe, ipſumque à regno & terris, quas in feudum à Romana tenebat Eccleſia, necnō etiam in priſtinas cenſuras & ſententias & damnationes, quas ſuprà dictus Urbanus VI. contra dictum Carolum de Duratio ipſius regis genitorem & ejuſdem Caroli poſteros ſeu ab eodem deſcendentes promulgavit, & à quibus eundem regem Ladislaum ſucceſſor immediatus ipſius Urbani, ſcilicet Bonifacius antè dictus abſolverat, ut in præcedentibus recitatur, damnabiliter cecidiſſe declarabat, & alia multa ſimilia utique nefandiſſima, quæ Papa per eundem regem perpetrata dicebat, & publicabatur ibidem. Quod cùm rex ipſe ſentiret, ſuũ oratorem ad Papam eveſtigio deſtinabat, q tantũ cum ipſo Papa clanculò pertractavit, quòd Paulum de Urſinis & Ludovicum ſuum patruelem prædictos ad tractãdum pacem inter Papam & reges prædictos ad Neapolim ire fecerat Innocentius: quos venientes rex multùm honorabat, & forſan pro laboribus eorum bene remuneratos per ipſum eidem Papæ mittenti remiſit. Sed quid ipſi Paulus & Ludo-

Damnatur Ladislaus rex Siciliæ.

Reconcilia tur rex cũ Pontifice.

Ludovicus cum rege efficaciter egerint,niſi quandam ſimulatam concordiam,non audivi. Dolebamus tamen valde nos Curiales tot mala paſſi , quorum occaſionem rex ipſe dederat,ut præfertur, quòd proceſſus ipſe ſuper negocio tã arduo atq; ſolenniter publicato ſub nube poſtea remanens pro ipſa Eccleſia laudabiliter & utiliter non concluſit. Scio tamen ex certis cauſis, quod idem Innocentius ægrum habuit animum contra dictum regem Ladislaum, quamdiu vixit:nec mirum,quia dum rex ipſe erat junior,& in Gajeta moraretur,&ante quàmſtatum ſuum recuperabat in regno prædicto, aliquotiens ad Romam tunc regente Bonifacio cum pauca comitiva venit , ut ſubſidia quæreret à Papa & Curialibus,quæ ipſi pro poſſe ei gratuitè impendebant, eũque in Eccleſiæ gremio,velut unicum filium eis chariſſimũ nutriebant-inter quos idem Innocentius tunc temporis tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem presbyter Cardinalis fuit præcipuus zelator honoris & ſtatus regis memorati, credẽs quòd propterea dictus rex ipſum in Papam poſtea electum grata viciſſitudine pertractare deberet:cujus tamen gratitudo reperitur in omnibus,ut præcedentia manifeſtant, nimirum cũm ſcriptum ſit,Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum,in quibus non eſt ſalus.Sic etiam Innocentius,dum reſideret in Viterbio, ut præfertur, ſcriptores literarum Apoſtolicarum per privationes officiorum ſuorum,& alias formidabiles pœnas compulit ad dimittẽdum focarias eorundem , & veriſimiliter multa alia utilia peregiſſet in ejus Papatu,ſi eum dominus à ſeculo ita ſubitò non vocaſſet.Hic erat etiam pulchræ ſtaturæ,nec pinguis, nec macer, & bonæ complexionis , & cum viris literatis & doctis delectabatur habere colloquia,eosq́; dilexit , & pro poſſe promovit: diſpoſuitq́; parumper ante quàm in infirmitatem,in qua moriebatur, incurrit,per pauca tempora iterum contra eundem regem Ladislaum dictos continuare proceſſus,ſed morte præventus,quod propoſuit, non implevit.

Sanctimonia Innocentii.

Statura,ac forma Innocentii.

ITERUM DE PONTIFICUM DUOrum colluſione, deq́ eadem re Authoris lamentatio,

CAPUT XLII.

SUBSEQUENTER venio ad Gregorium, vel Errorium, qui prædicto Innocentio vita functo in ſua obedientia immediatè ſucceſſit, & ſi quis fraudes, machinationes, dolos, cautelas, hypocriſias, & ſubtilitates, quibus electus fuit per Collegium Cardinalium, quibus poſtea unà cum Petro de Luna unionem in univerſali eccleſia facere diſtulit, neque fecit, & quare non fecerat illam, ſe excuſavit, in peccatis totam Chriſtianitatem ludificando & decipiendo, necnon & colluſiones, verſutias, & palliationes inter ſe per medias perſonas habitas, & circa hæc acta per utrunque ipſorum Errorii & Petri per ſingula deſcribere vellet, vix chartæ & atramentum huic ſufficerent, & laborando circa ea nimiùm traheretur in longum. Veruntamen clarum eſt, quòd cauteriatas ſuas habent conſcientias, dicentes ſe eſſe ſimplices, cùm ſint aſtutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dixerunt & dicunt, ſe utique voluiſſe & velle unionem facere, quod tamen in eorum cordibus non habebant, nec habent, malitia faciente: ut de multis ipſorum geſtis in ſequentibus pauca colligam, & illa futuris ſeculis non tantùm in hoc opere curabo annunciare, ſed in alio libello, quem Nemus unionis intitulavi, ea omnia latiùs ſunt depicta, cùm eorum malitia in præſentiarum viventib. etiam uſque ad fines orbis terrarum ſit luce clariùs patefacta: licet, proh dolor, multi etiam reges & principes & inferiores ſtatus ſecularis poteſtates, communitates civitatum, univerſitates oppidorum & caſtrorum, villarum & aliorum locorum, ac etiam plerique Eccleſiaſtici prælati cujuſvis dignitatis, necnon clerici & Eccleſiaſticæ perſonæ ſeculares & regulares in diverſis regnis, provinciis & terris conſtituti per devia & in tenebris ambulantes, & multi eorum publicum bonum Catholicæ fidei non affectantes, ſed propter privatas affectiones in diverſa diviſi, ac quærentes, quæ ſua ſunt, Errorio & Petro prædictis adhuc adhæreant, ipſos in eorum pertinacia, ſchiſmate ac hæreſi damna-

Gregorius Innocentii ſucceſſor immediatus.

Vide ſimulationes Simoniac.

Authoris hujus libellus, Nemus Unionis prænotatus.

damnabiliter confovendo, atque illos ſibi idola præponendo ad inſtar olim fatuorum Ægyptiorum, qui, ut vetus canit hiſtoria, Pharaone & ejus exercitu in perſequendo populum Iſraeliticum in mari ſubmerſis, quilibet videlicet eorundem ſuperſtitum novos deos aut nova idola de rebus prophanis confinxerunt. Quid ergo erit in tam lamẽtabili ſchiſmate finaliter, quod non ad pacem, ſed ad diſcordiam majorem ipſi potentes in ſeculo, & utinam non ad diſpendium aliorum minus potentum pernitioſè vanis decepti promiſſionibus & fraudibus variis ipſorum Errorii & Petri, ſuorumque ſequacium & fautorum eos in fermento malitiæ ac veteri errore ſuſtentant, ac ſi non ſit deus in cælo ſed quaſi tota ſalus animarum & corporum mortalium dependeat à duobus ſenioribus Babilonis, ſcilicet Errorio & Petro memoratis: de quibus major progreſſa eſt iniquitas, & paſſim progreditur in univerſam terram, quàm unquam ante noſtra tempora ab aliquibus de Papatu contendentibus emanavit: &, proh dolor, hæc adeo notoria ſunt & manifeſta, quod nulla poſſunt tergiverſatione celari. Unde ipſa fides Catholica obnubilatur, omnis religio naufragium patitur, Chriſtiani inter ſe diffidentes plerunque ſe confundunt, guerræ & aliæ calamitates multæ pullulant, dei timor, & hominum verecundia, & virtutes à pleriſque regnantibus & præſidentibus populis atque aliis inferioribus omnis ſtatus propterea in longum abierunt, in eorum loca ſucceſſerunt vitia, juſtitia corruit in plateis, & in effectu in univerſali Eccleſia à capite uſque ad plantam pedis non eſt ſanitas: nam multi Archiepiſcopi & Epiſcopi, qui populis præſunt, plerunque religionis & honeſtatis cultum deſerentes in habitu & moribus atque inſaniis multis laicis ſe conformant, necnon avaritia incaleſcentes, penè omne pingue de clero & populo ſurripiunt continuè famelici remanentes, nec deo, nec ſupremis poteſtatibus obediunt. Et quia hæc nota ſunt omnibus, ad recitandam ulteriùs hiſtoriam me converto.

Lamentatio Authoris ſuper ſchiſmate.

Duo ſeniores Babilonis, è quib. progreſſa eſt iniquitas.

Mala quæ ex hoc pernitioſiſſimo ſchiſmate ſunt exorta.

Contumacia atq; avaritia prælatorum.

FINIS LIBRI SECUNDI.

DE SCHISMATE, QUOD ANNO M. CCC. LXXVIII. INCIPIENS, PER XXXIX. ANNOS CONTInuatum in Eccleſia Romana duravit, THEODORICI de NIEM Hiſtoriæ liber tertius.

QUO PACTO ANGELUS CORArius in Pontificem electus ſit, & quæ circa electionem ejus geſta ſint,

CAPUT PRIMUM.

CUM dictus Innocentius in urbe deceſſiſſet circa finem ſecundi anni ſui Pontificatus menſe Novembri, ſui Cardinales, ut moris eſt, convenientes in unum, aliquantum inter ſe diſceptarunt, utrùm alium loco ipſius Innocentii eligere, aut in hoc ſuperſedere, & cum prędicto Papa ſuisq; Cardinalibus ſuper reali concluſione prædictæ unionis inſiſtere vellent, ſed pro eligendo eidem Innocentio ſucceſſore finaliter concludendo, ne ipſis ſine capite remanentibus in Urbe propter ejus temporale dominium, quod tunc integrum apud Cardinales remanſerat, periculoſa diſſenſio inter cives Romanos forſitan oriretur, prout factum fuit, dum præfatus Innocentius eligeretur, ut ſuperiùs recitatur: unde conclave apud Baſilicam ſancti Petri, ut moris eſt, ingreſſi, poſtquam per multos dies ad eligendum ſucceſſorem deliberaſſent, demum in ipſum Erronum vota ſua concorditer direxerunt, credentes eum fore virum bonæ conſcientiæ, & cæteris omnibus habiliorem promptioremque ad faciendum unionem antè dictam. Sed ante quàm ad ipſius electionem procederent, ipſo principaliter ſollicitante, tunc quædam vota & juramenta ſingulariter ſinguli emiſerunt, prout in inſtrumento publico deſuper confecto pleniùs continetur. Hujuſmodi igitur votis & juramentis taliter emiſſis, & per ipſos eligentes Cardinales ſingulariter ſingulos, nemine diſcrepante, ad con-

Innocentius quando obierit.

Ecce plus timēt temporalia perdere, quàm toti Eccleſiæ ſuccurrere Cardinales.

Corarius (quem author pro Gregorio Errorium appellat) eligitur.

contextum approbatis, eundem Errorium natione Venetū ætate octogenarium, vel circa, magiſtrum in ſacra pagina, tituli ſancti Marci presbyterum, Cardinalem, quem Innocentius ad hujuſmodi Cardinalatus honorem promovit, in locum Innocentii ipſo feſto ſancti Andreæ Apoſtoli concorditer elegerunt, & deinde publicum inſtrumentum publicarunt, ita quòd ad notitiam ferè omnium Curialium & multorum de populo dictæ urbis ſubitò pervenit.

SERMO ANGELI, SANCTI MARCI presbyteri, Cardinalis, qui poſt electionem Gregorius XII. fuit appellatus, quem habuit poſt approbationem electionis coram Cardinalibus, Curialibus ac aliis multis,

CAPUT II.

Vide quàm pulchrè noverit imponere vulgò.

IPſeq; Errorius ante ſuæ coronationis inſignia ratificans & approbans eadem vota & juramenta ſua per ipſum in eodem conclavi præſtita, ſermonem fecit coram eiſdē Cardinalibus ac Curialibus & aliis in non modica multitudine præſentibus, cujus thema fuit, Parate viam domino: nihil aliud effectivè in ipſo ſermone deducens, niſi ſollicitando & exhortando Cardinales & Curiales, quòd cum eo omnino parato, ut tunc verba ſonabant, ad faciendam unionem in eadem voluntate concurrerent, ipſum in hoc poſſetenus adjuvando. De quo domini Cardinales & Curiales plurimùm lætabantur, & dictis & ſcriptis longè lateq; Errorium laudant præconiis, de ipſius ſanctitate & literarum ſcientia, prudentia & bonitate uſq; ad ſidera efferebant, exiſtimantes utiq;, tunc falſa opinione decepti, quod per eum ſalus fieret in Iſrael, & reintegraretur ipſa Eccleſia ſub tali paſtore. Ipſeq; Errorius pro tunc vota & juramenta ſua prædicta magis & magis verbis & factis affirmans, quaſdam literas eveſtigiò ſuper hujuſmodi unione facienda direxit Petro Lunenſi ſuiſq; Cardinalibus, quarum, & reſponſionum ad illas, atq; dicti inſtrumenti in conclavi facti tenores ſequuntur.

TENOR

TENOR PUBLICI DECRETI DE JUrejurando à Cardinalibus ante novi Pontificis electionem præſtito, de verbo ad verbum recitatur.

CAPUT III.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, amen. Anno à nativitate domini noſtri JESU Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſexto, indictione decimaquarta, die Martis menſis Novembris, in die ſancti Clementis ſede Apoſtolica vacante per obitum fe. re. Innocentii Papæ VII. congregati & ad invicem collegialiter coadunati pro futura electione futuri ſummi Pontificis celebranda infrà ſcripti reverẽdiſſimi in Chriſto patres & domini, domini Angelus Oſtienſis Florentinus, Henricus Tuſculanenſis Neapolitanus, & Antonius Preneſtrinenſis, Aquilegienſis Epiſcopus, Angelus tituli ſanctæ Potentianæ Laudonenſis, Conradus tituli ſancti Chryſogoni Melitenſis, Angelus tituli ſancti Marci Conſtantinopolitani, Jordanus tituli ſancti Martini in montibus de Urſinis, Joannes tituli ſancti Crucis in Hieruſalem Raventinas, Antonius tituli ſanctæ Praxedis Tudertinenſis, presbyter Raynaldus ſancti Viti in Macello de Brancaciis, Landolphus ſancti Nicolai in carcere Tulliano Barenſis, Otto ſancti Gregorii ad Vellus aureum de Columna, Petrus ſancti Angeli, & Joannes ſanctorum Coſmi & Damiani, Leodinenſes vulgariter nuncupati, diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in communi capella ſacri palatii Apoſtolici Romæ apud ſanctum Petrum intra conclave conſuetum, quod pro loco ad infrà ſcripta idoneo elegerunt, & etiam deputarunt in præſentia mei & Baronti de Piſtorio & aliorum notariorum & teſtium infrà ſcriptorum, conſiderantes Chriſtianæ religionis infamiam, detrimenta & graves fidelium moleſtias ac pericula, quæ hactenus emerſerunt & emergere veriſimiliter eſt cenſendum, niſi ſalubriori remedio, ac in tempore divina favente clementia, cujus res agitur, occurratur, ex peſtifero & damnato ſchiſmate, quod tantis, prohdolor, temporibus in ſciſſuram Chriſtianæ fidelitatis graviſſimè perduravit & durat, nec piã proviſionẽ aliàs pro hujuſmodi ſchiſmatis remotione per eos factã ad effectum aliquem perdu-

De iſto iuramẽto vide Paulum de Caſt. Cõ. ſil. 4. 5. 9.

Nomenclatura Cardinaliũ, qui electioni novi Pontificis interfuerunt.

perduxiſſet: & intendentes ad remedium fortius, non quid juris pro parte ipſorum juſtitia ſuadeat, quod jus veriſſimū eſt, & plena veritate fulcitum, ſed quid pro reintegratione, & unitate Chriſtianorum ex malitia temporis defecto & ſi nō de jure expediat eligentes & in ſpeculum eorum conſiderationem attollentes, quanti poſſit eſſe diſcriminis, ſi dilatio in electione futuri ſummi Pontificis fieret temporum malignitate penſata: Univerſaliter ſinguli & ſingulariter univerſi unanimiter & concorditer nemine diſcrepante ex certa ſcientia convenerunt, voverunt deo & ejus matri Virgini glorioſæ, ac ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, totique cæleſti Curiæ, voverunt & unus alteri econverſò ſe obligando ſolenniter promiſerunt, quòd ſi quis eorum aſſumptus fuerit ad apicem ſummi Apoſtolatus pro integratione unitatis Chriſtianorum renunciabit effectualiter juri ſuo & Papatui purè, liberè ac ſimpliciter, ſi & quando Antipapa, qui eſt, & qui pro tempore fuerit, conſimiliter renunciabit & cedet prætenſo juri ſuo & Papatui, ſive decedet, dum modò Anticardinales velint cum eiſdem dominis ſacri collegii ſic convenire & concordare, quod ex hoc ſacro collegio & ipſis ſequatur juſta Canonica electio unici Romani Pontificis, ac etiā promittentes ſe facturos & curaturos omni dolo & fraude atq; maligna interpretatione ceſſantibus pro poſſe. Et ſi quis ex dominis abſentibus vel de extra collegium per eos aſſumatur in Papam, eandem faciet obligationem, & quod infra menſem à die intronizationis numerandū per ſuas expenſas & Apoſtolicas literas regi Romanorum, Antipapæ & ejus prætenſo collegio, regi Frāciæ, & omnibus aliis regibus illuſtribus, principibus, prælatis, univerſitatibus & communitatibus Chriſtianitatis ſecundum videre præfatorum dominorum de collegio præmiſſa omnia *judicabit, & ea ſe offeret impleturum ac paratum ad ceſſionem modo prædicto, & ad omnem aliam viam rationabilem, per quam prædictū ſchiſma tollatur, & unionis ſubſequatur integritas in Eccleſia Chriſtianorū. Et quod ſupra omnibus ſuprà dictis ultra præmiſſa ſuos ſolennes deſtinabit oratores infra tres menſes à die intronizationis computandos, quibus de conſilio præfatorum dominorum ſacri collegii ſui videbitur, & ipſis ambaſiatoribus cum effectu imponet cum conſilio eorundem dominorum de locis decentibus eligendum, ab utraq;

*indicabit, fortè,

ab utraq; parte eiſdem poteſtatem plenariam dabit de loco conveniendo habili & decenti. Ac etiam permittet ſimiliter, ut præfertur, quòd pendente tractatu unionis hujusmodi effectualiter & realiter ex utraq; parte non creabit, nec faciet aliquem Cardinalem, niſi cauſa coæquandi numerum ſui ſacri collegii cum numero prætenſi collegii Anticardinalium prædictorum, niſi ex defectu ſteterit adverſæ partis, quòd unionis præfatæ concluſio infra annum à fine dictorum trium menſium non fuerit ſubſecuta. quo caſu liceat eidem Cardinales eligere ac creare, prout pro ſtatu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ eidem videbitur expedire. Et hæc de non creando Cardinali, niſi modo prædicto, forma congrua inſinuabitur Antipapæ & prætenſo collegio ſuprà dictis, ut ipſi ſimiliter ſic faciant; necnon quòd omnia præmiſſa inchoata & inchoanda mediabit, proſequetur & fine debito terminabit, nihil de contingentibus & neceſſariis, vel quomodolibet oportunis omittendo, quantum in eo fuerit, quodq; ſtatim poſt ejus electionem & ante ipſius coronationem omnia & ſingula confirmabit authentico modo, & de novo ſimilem promiſſionem faciet in omnibus & per omnia coram dictis dominis collegii teſtibus & notariis, ac ſubſcriptionem faciet manu propria in inſtrumento, prout infrà de Cardinalibus continetur, & ſimiliter hujuſmodi ratificationem, approbationem, votum & promiſſionem effectualiter faciet in primo Conſiſtorio publico vel generali, quod poſt coronationem ſuam ad hoc commodo, conſueto & cōgruo tempore celebrabit. Inſuper præfati domini Cardinales voverunt, juraverunt & ad invicem promiſerunt, quòd per ſuas literas infra menſem a die intronizationis prædictę collegialiter intimabunt, & de electione facta, necnon de voluntate & promiſſione, quo ad unionem perſequendam & omnia ſuprà dicta omnibus præfatis dominis, prout & ſicut facere tenetur, qui erit electus & etiam inchoata mediabunt, proſequentur & finient, quantum in eis erit, nihil de contigentibus, neceſſariis, vel oportunis quomodolibet ſeu utilibus omittendo, quæ omnia & ſingula promiſerunt inter ſe ad invicē, & viciſſim, ut ſuprà, attendere, facere, exeq. & adimplere, bona, pura & ſincera fide omni dolo & fraude ceſſantibus. Et ſic quilibet eorum juravit corporaliter manu

tactis ſacroſanctis Evangeliis coram eis præſentialiter poſitis ſervare & adimplere ac exequi, prout ſuperiùs continetur, quodq; à prædictis promiſſione, voto & obligatione ac juramenti præſtatione & ejus obſervatione, ac omnibus & ſingulis ſuprà dictis nullus eorum abſolutionem petet, ſeu impetrabit per ſe vel alios, & impetratis vel impetrandis utetur, & ſibi conceſſam nullatenus acceptabit, nec data poteſtate per ipſum alteri ſe faciet abſolvi, ſeu etiam in aliquo ſecum diſpenſari, ſed volet dicto vinculo perpetuò remanere obligatus. Et nihilo minùs ad majorem certitudinem & firmitatem præmiſſorum quilibet ex dominis de collegio prædicto teneatur ſe ſubſcribere manu propria in omnibus & ſingulis inſtrumentis conficiendis exinde, quorum inſtrumentorum quilibet ex ipſis dominis de collegio unum vel plura habere valeat pro ejus libito voluntatis. Acta in capella præfata.

DE LITERIS AD BENEDICTUM per Gregorium ſuper unione fienda tranſmiſſis,

CAPUT IIII.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum dei, Petro de Luna, quem nonnullæ gentes in hoc miſerabili ſchiſmate Benedictum XIII. appellant, pacis & unionis effectu. Qui ſe humiliat, inquit veritas, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur: cujus ſaluberrimam monitionem, quantum nobis ex alto permittitur, obedienter ſectati, decrevimus per literas noſtras omni contentione ſepoſita benignè te affari, & ad integrationem Eccleſiæ cohortari, immò te invitare ad id conſilium capeſcendum, quod nos ipſi pro pace Eccleſiæ accepimus. Vides, quanta mala, quanta pericula, quanta incommoda, quanta deniq; Chriſtianæ religionis infamia jam per triginta annos ex hac peſtilente ac veſana ſeditione in populum Dei pervenerunt, quantaq; niſi provideatur, ſint quotidie eventura horum omnium malorum, quæ cauſa ab initio fuerit certa videtur, quibus rigor juſtitiæ non ceſſit, nec forſan æquitas perſuaſit, nihilo minùs tamē graves moleſtias Chri-

XXX. anni ia durantis ſchiſmatis.

Chriſtianam religionem perpeſſam non dubitatur. Si ergo nunc quoq; eodem modo fiat, dubius eſt remedii locus, quo minùs Eccleſia in ſolitis remaneat anguſtiis, in qua & tu de teipſo & conſcientia tua videris, nos mentes & intentionem noſtram apertiſſimè profitemur, non eſt cōſililii noſtri tempus aliquo modo terere, ſed quò validiora, certiora & firmiora fuerint jura noſtra, tanto laudabilius ducimus ea pro pace & reintegratione Chriſtianorum relinquere: non enim de ſummo jure diſputandum eſt, ſæpè rigor ipſi utilitati & tēpori cedit. Nam ſimiliter illa & jure ſuo & proprio filio ſpoliari voluit, ne ſectionem unius pueri videret, quanto magis nos, ſi malitia operante ad optatam unionem venire non poſſumus, per juſtitiæ vias matri cedendum videtur. Quare exurgamus ambo in unum unionis affectum, concurram', feramus ſalutem Eccleſiæ jam hoc diuturno morbo afflictę, ad hoc te invitamus, paratiq; ſumus & afferimus noſtro veriſſimo juri & Papatui cedere & renunciare, & efficaciter faciemus, ſi & quando tu renunciaveris ac ceſſeris præſenti juri & Papatui tuo, vel deceſſeris, dum tamen illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, ſic convenire & concordare cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus cum effectu voluerint, ut exinde Canonica unius Romani Pontificis ſequatur electio, ita quòd prædicta expeditiorem ſequatur effectum, celeriter mittemus oratores noſtros, qui tecum de loco habili & dicenti ad hujuſmodi rei confectionem diſponant, & inſuper pendente unionis hujuſmodi tractatu non faciemus neq;, creabimus aliquem Cardinalem, niſi forſan cauſa adæquandi numerū fratrum noſtrorum cum numero eorum, qui apud te pro Cardinalibus ſe gerunt, ut ſic pares ex utraq; parte ad ſolennem & Canonicam electionem unici Romani Pontificis devenire poſſint. Extra hanc autem coæquationis cauſam nullum, ut dictum eſt, creare decrevimus, niſi ex defectu tuo, vel partis tuæ ſteterit, quò minùs unionis pręfatę concluſio infra annum & tres menſes à die intronizationis noſtrę cōputandum fuerit ſubſecuta. Hoc tamen, quod de non creando Cardinali tractatu hujuſmodi pendente diximus, ita locū habere intendimus, ſi tu quoq; idem obſervabis: hanc verò ablationem & inſinuationem de Cardinalibus non creādis, ac ſuperiorem ablationem renunciationis modo prædicto,

ut ſtrictiori vinculo fierent, juravimus, vovimus & promiſimus ante electionem noſtram eodem vinculo effectualiter adimplendam cum ſingulis ex noſtris fratribus antè dictis in caſu,quo aliquis noſtrū ad apicem ſummi Apoſtolatus eſſet aſſumptus,poſt ipſam aſſumptionem ad ipſum & firmiorem inſtantiam denuo jurantes, voventes, promittentes atque ratificantes. De hoc autem, quòd bulla ſine impreſſione noſtri nominis eſt appenſa,præſentium nullus debeat admirari: nam antè noſtræ coronationis inſignia hujuſmodi imperfecta Bulla absq; ipſius impreſſione nominis habetur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, &c.

RESPONDET BENEDICTUS ad literas ſuperiores,

CAPUT V.

Operæpretium eſt videre, quàm inſigni nuncio atq; legato tāta cauſa totius Chriſtianiſmi demādetur, ex quo vel maximè, quātũ unio cordi fuerit Pōtifici, apparere poteſt.

BENEDICTUS Epiſcopus ſervus ſervorum dei, Angelo dicto Corario,quem nonnulli ſibi in pernitioſo ſchiſmate adhærentes Gregorium nominant,pacis & veræ unionis affectum pariter & effectum. Per quendam converſum ordinis Prædicatorum tuas die XV. hujus menſis Januarii literas recepimus, nonnulla per ea concepta circa tractatum unionis eccleſiæ ſanctæ dei frequenti hactenus per nos repetitioe tentatum, & ad optatum finem peccatis exigentibus non deductum ſummariè continentes, quarum tenore perſpecto illi gratias egimus, qui ſua ineffabili clementia,quando venit temporis plenitudo, noſtræ humanitatis indumento cōtectus in ſuæ nativitatis exordio diverſos in ſe parietes copulans jam cepit & nunc virum nobis à noſtræ promotionis ad apicem ſummi Apoſtolatus initio pacem & unionem totis viribus & deſideriis quærentibus talem invenire conceſſit, qui nobiſcum, ut tuæ literæ proteſtantur, in hoc ſalutari propoſito deo accepto, ſaluti animarum ac commodo mundo neceſſario,utili & votivo noſtris affectibus,ſi ſincera affectavimus & optamus intentione,concurrit. Multò etiam hactenus, ſicut te noſſe non ambigimus, quòd duos prædeceſſores tuos immediatos in ſtatu,quem aſſumpſiſti,

per

per nos & noſtros ſudatum eſt, ut tam exitiale malum de medio Chriſtianitatis evulſum radicitùs de militantis eccleſiæ finibus pelleretur. Non enim nobis ſunt incognita damna, prohdolor, Chriſtiani populi, quæ jamdudum hæc execranda & deteſtanda diviſio protulit: horum autem malorum, qui cauſam dederunt ab initio, quæ ſchiſma prorogaverunt, ſed continuis ſucceſſibus neglecta juſtitia & veritate ſuppreſſa fuerunt, certum videtur his præſertim qui rei geſtæ veritatem noverunt, & qui præceſſerunt in hujuſmodi negotio de hoc recto liberamine ponderarunt. Sed quod referimus, diſplicentior his noſtris negociis in caſſum malitia operante deductis à prædeceſſoribus tuis antè dictis, quibus vias in inſtrumento contentas, & etiam alias rationabiles aperiri fecimus, & aperiendas recipere & proſequi obtulimus nos paratos, nec verbum aliquod effectivum reportavimus. O' te felicem, ſi ad hoc te dominus reſervavit, ſi facultatem ad ea, quæ tibi data videtur, cum omni diligentia efficaciter proſequens nobis in effectu proſequendæ unionis te reddendo conformem ſpopondiſti. De contingentibus nil omittas, ad hoc te piis exhortationibus invitamus, ad hoc nos promptos reperies, hoc ſummopere cupimus, ad hoc noſtra aſpiravit & aſpirat intentio, noſter attendit affectus, ut deo dirigente, qui voluit, & eo præſtante, qui poteſt, per noſtræ humilitatis miniſterium, ut unio in dei eccleſia deſiderata ſequatur. Sed non permittit nos diſſimulare ſilentio, imò in ſtuporem vehementis aſpirationis inducit, quòd tua ſcriptura interprete videris innuere, quòd per juſtitiæ vias ad optatam unionem venire non potes, ut nobis quodam modo videatur impingi, quòd viæ diſſenſionis veritatis & juſtitię per nos recuſatę fuerint, vel in aliquo impeditæ. Abſit hoc à nobis: nam, teſte deo, nunquam in hoc viam juſtitiæ ac diſſenſionis veritatis recuſavimus aut impedivimus: imò, ut verum fateamur, eam obtulimus, optavimus & optamus, & erga prædictos prædeceſſores tuos te teſte, qui, ut percepimus, aliquando interfuiſti, & erga alios, quos negotium tangebat, cum debita ſollicitudine quæſivimus & proſecuti fuimus, nec per nos unquam ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quò minùs juſtitia & veritas hujuſmodi, quantum ad nos pertinet, videatur & agnoſcatur, ſicut ſatis ex oblatis per nos tuis prædeceſſoribus antè dictis poteſt liquidè appa-

rere, tamen de jure noſtro per ſcientiam & juris evidentiam ſumus certi. Ut igitur de intentione noſtra q̃ habuimus circa hujuſmodi ſchiſmatis extirpationem & unionis aſſecutionem, te reddamus certiorem, tibi p̃ſentium tenore ſignificamus, quòd ut tam p̃optatum unionis negotiũ celeriùs conſequi valeat, & ſecuriùs executioni demandari, parati ſumus unà cũ collegio venerabilium fratrum noſtrorũ ſanctæ Romanæ eccleſię Cardinalium in loco ſecuro & decenti ac idoneo tecum & cum quocunq; ſucceſſore tuo decedentib. cum prædictis, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerũt, vel gerent, p̃ſonaliter convenire pro unione eccleſię tractanda, & favente domino obtinenda, ubiq; proviſo & ordinato de his, quæ pro ſecuritate ac acceleratione unionis prædictæ erunt oportuna & neceſſaria diſponenda, parati ſumus pro ſalute animarum ac unione & reintegratione Chriſtianorũ in dicta conventione perſonaliter noſtro veriſſimo juri & Papatui purè, liberè & ſimpliciter cedere, & renunciare, & efficaciter faciemus, ſi tu ibidem conſimiliter renunciabis & cedes prætenſo juri tuo & Papatui, vel decedet, dum modò tu, vel quicunq; ſucceſſor tuus, & illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt aut gerent, ſi, ut præfertur, volueritis & voluerint cum effectu convenire & concordare nobiſcum, & cum venerabilibus noſtris prædictis, quòd exinde Canonica unici Romani Pontificis ſequatur electio & unio eccleſiæ ſanctæ dei. Oratores autem tuos, quos, ut aſſeris, ad noſtram pręſentiam celeriter deſtinare proponis, libenter videbimus, benignè audemus, & charitativè tractabimus, eisq́; jam ſalvum conductum per dictum converſum deſtinavimus. Quòd etiam de abſtinendo à creatione Cardinalium, niſi in certis caſibus, intimaſti, volumus & intendimus obſervare. Feſtina igitur, tolle moras, concurre nobiſcum, & conſiderans humani operis brevitatem, tantum bonum non ultrà differendo procraſtines, ſed celeriter vias ſalutis & pacis amplectaris, cùm tandem in extremo judicio cum numeroſa multitudine eorum, qui nos in hac, quam præſtolamur, unione ſequentur, quam ad illius ovile præſtãte domino reducemus. Ipſe paſtor bonus, qui pro ovibus ſuis animam ſuam poſuit, nos, ut de ejus miſericordia ſperamus, in dilecta ſua tabernacula introducat. **Datum Maſſiliæ apud ſanctum Victorem.**

DE NEQUISSIMA ATQUE DOLOſa machinatione ſimulationeq́ Gregorii,

Caput VI.

PRÆFATUS verò Errorius multùm conſimiles literas, ſicuti eidem Petro direxerat, etiam per ſuam obedientiam undiq; regibus, ducibus, Marchionibus, Lantgraviis, & aliis principibus, comitibus, Baronibus, proceribus, necnon communitatibus civitatum, & univerſitatibus inſignium oppidorum, ac etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, & quibuſdam prælatis inferioribus deſtinavit, tamen plerunq; per Lollardos ſeu Beguardos, ad quos ſemper videbatur ejus affectio ſpecialiter inclinari, exhortando illos, quibus ſcripſit, in viſceribus charitatis, quòd omnes ipſi in viſceribus charitatis unà ſecum ad faciendum dictam unionem intuitu fidei concurrerent, & in tam pio negocio alter alterum non expectaret. Et aliquando cum ſuis capellanis & ſcutiferis domeſticis maximè in collatione poſt cœnam vel prandium conferẽdo dicebat ad ipſos, quòd pro certo nequaquam per eum ſtaret, quin dicta fieret unio in quocunq; loco etiam quantuncũq; ab ipſa urbe remoto illa fieri oporteret, & ſi galeis ſeu fortè navigiis careret, paratus eſſet illic etiam in parva cymba ſeu carbaſa navigare, quodq; ſi per terram illuc pertranſire magis expediret, ac convenienti equorum vectura careret, certè non propter hoc dimitteret, quin illuc iret, etiamſi eundo pedeſter baculo arundineo per iter ſuſtentari deberet, multa his ſimilia verba frequentiùs eructando. Et quis iſtis & etiam prædictorum inſtrumenti necnon literarum tenoribus ſollicitè perſcrutatis, aliud unq̃ in illa novitate crediďiſſet, quin dictus Errorius omnia ſic dicta & facta per eum toto conamine perficeret, de quo etiã tunc temporis ipſi domini Cardinales ac Curiales nullatenus dubitabant, ſed timuerunt, quia idem Errorius valde ſenex erat, quando eligebatur in Papam, quòd nimia ſenectute fortè deficeret ante quàm dictam unionem perficere poſſet. Apparuit enim cunctis, quòd vix per medium annum tunc ſupervivere poſſet, aut fortè per partem adverſam impediretur unio ipſa. Verum-

Subdola vulpes pilos inter.dũ, mores verò nũquã mutat.

Hypocritarũ ingenia, artes atque fraudes.

runtamen ipſe Errorius infra pauca tempora poſt hæc fidem cum tempore varians, & mores cum dignitate commutans, nec habens de publica turbatione dolorem, ac propriæ ſalutis immemor, omnem quæſivit occaſionem, ut in ſequentibus patebit, qualiter (ne ipſam faceret unionem) poſſet palliare, miris inventionibus ad hoc uſus eſt. Nimirum cùm ſit hypocrita inſignis, quia hypocritæ ſub ovina pelle, ſub verbis & geſtibus ingenioſis mundo militant, charitatem foris oſtendentes, at interiùs lupi rapaces exiſtunt, tales etiam ſunt omnes proditores, qui doloſè ſub ovis ſimplicitate malignantur inter confidentes, non advertentes, quòd deo diſplicet omne, quod ad æquitatis regulam non dirigitur.

Papa delinquens.

Leo Papa imperatori ſe ſubmiſit.

Verba Leonis in Decretis c. nos ſi.1.q.2.repetita

Quòd autem Papa etiam unicus, ſi rectè non agat, propterea magiſter Errorius exiſtat, ſacris Canonibus approbatum eſt. Unde Leo Papa vir ſanctus ab aliquibus æmulis ſuis de quodam ficto crimine delatus, ſuper hoc ultrò ſe Ludovico pio imperatori, aut ſuorum nunciorum determinationi ſubmiſit, necnon de illo etiam poſtea ſemet coram toto populo publicè purgavit, ut patet in Decretis, ubi legitur, Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditos juſtitiæ legis tramitem non ſervavimus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare judicio: quoniam nos, qui aliena debemus corrigere, ſi peccata majora committimus, certè non veritatis diſcipluli, ſed, quod dolentes dicimus, erimus præ cæteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, ut tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui deum per omnia timeant, & cuncta, quemadmodum ſi veſtra fuiſſet præſens imperialis gloria, diligenter exquirant: non enim hæc ſola, quæ ſuperiùs diximus, quærimus, ut examuſſim agitent, ſed ſive majora ſive minora illis ſint de nobis indicata negocia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum vel indiffinitum remaneat. Ex quo infertur, quòd quia ipſe Errorius ſic decepit mundum ſuis votis & juramentis antè dictis, quæ rationabiliter tranſgredi non poterat, per hoc factus eſt magiſter, & propterea non injuſtè Errorius appellatur, & ſi unicus & indubitatus Papa, ſcilicet ipſe Leo, ſe ſubmiſit alterius judicio, videlicet nedum imperatoris, imò etiam ſuorum nunciorum, ut

an vera

an vera vel ficta eſſent crimina ſibi impoſita, diſcuterent, quid de dubitato Papa & conditionaliter, atq; in ſchiſmate electo? ſcilicet eodem Errorio, ad illum finem, quòd ipſam eccleſiam univerſalem, quæ ſciſſuram patiebatur, integraret, nec illud efficere voluit, conando ſemper in ſtatu, ad quem ſic ſophiſticè aſcenderat, in maximum detrimentum fidei Catholicæ permanere.

Ad Vnionem fiendã regi Romano obedire debet Pontifex.

DE POTESTATE PONTIFICIS atque Imperatoris, & an Imperator in temporalibus ſubſit Pontifici,

CAPUT VII.

IDEO rationabiliter fieri poſſet per regem, vel imperatorē Romanum & alios Eccleſiaſticos prælatos, necnon populum Chriſtianum, prout civiliter intelligentibus eſt notum, & præcipuè intereſt imperatoris, aut regis Romani, quòd Catholicus, unicus & mundus Papa ſedeat in ſede Petri, cùm rex aut imperator ſit filius ſpiritualis ececleſię, ac rex regum, & dominus dominantium, cujus poteſtas à deo eſt: &, ut dicit Apoſtolus, qui ei reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit, & ſibi damnationem acquirit, quia in facinoroſos advertit: non enim ſine cauſa gladium portat, dei enim miniſter eſt. Quòd autem imperium principaliter & immediatè pendet à deo, ſicut ececceſia ſeu eccleſiaſtica poteſtas, patet per rationes evidentes, & ſic etiam firmatur & habetur in Decreto, ubi legitur, & ſcribit Papa Imperatori in hunc modum: Eccleſiæ meæ, cui deus noſter ſacerdotium meum vobis res humanas regentibus deputavit, &c. & hoc idem in pleriſq; aliis locis patet in jure. Ex quo infertur, quòd fatuè & adulatoriè loquuntur illi, qui dicunt, quòd Papa ſeu eccleſia duos habet gladios, ſcilicet ſpiritualem & temporalem, cùm in Evangelio Petro ſit dictum, Converte glaudium tuum in vaginam: & ibidem addita ratione, videlicet, Omnis enim, qui gladio ferit, &c. etenim ſi uterq; gladius apud Papam exiſteret, ſupervacuè vel fictè imperator, vel rex Romanus illud nomen haberet. Sed iſti adulatores ſeu aſſentatores per

An imperium dependeat à poteſtate Pontificis.

Diſt. 97. c. eccleſia.

Opinio omnium ferò Canoniſtarum.

talia ſcripta & dicta inducunt maximum errorem in tota Chriſtianitate,& ſuſcitāt quodā modo perpetuā æmulationē ſeu diſcordiam inter Papam & imperatorem. Conculcatur enim per hoc imperialis authoritas, & ejus poteſtas ſub dubio collocatur in totius reipubl. detrimentum, ut videmus. Patet etiam ex Decreto, quòd cùm ſchiſma viget in Romana ſede, quod propter authoritatis excellentiam & in temporalibus potentiam imperator, vel rex Romanus prælatos eccleſiaſticos poteſt convocare, ut illud omnino tollatur: quod credo intelligi debere de illis, qui re & nomine imperatores vel reges exiſtunt Romani: non autem de illis, qui deſides, ſeu ſolo nomine imperatores, aut reges Romani ſunt, ſicuti fuerunt imperatores & reges Romani, quos noſtro tempore habuimus & habemus. Illi enim non merentur Imperatores vel reges Romani nominari, qui ſunt puſillanimes & effœminati. Exempli gratia, de hoc in Decretis legimus in hæc verba: Hinc eſt, cùm authoritas Theodorici regis ex diverſis provinciis ad urbem Romanā ſacerdotes venire præcepiſſet, ut ſanctum Concilium judicaret de his, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab adverſariis ipſius dicebantur impingi, Liguriæ &*Eturiæ Epiſcopi ſeu Venetiarum ſuggeſſerunt, ipſum, qui dicebatur impeditus, debere ſynodum convocare, ſcientes, quia ejus ſedi primum Apoſtoli Petri meritum, deinde ſecuta juſſione domini Conciliorum venerandorum authoritas ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antè dictæ ſedis Antiſtitem minorum ſubjacuiſſe judicio. Ad hoc ſereniſſimus rex inſpirante deo reſpondit, Synodalis eſſe arbitrii in tanto negocio ſequenda perſcribere, nec aliquid ad ſe præter reverentiam de eccleſiaſticis negotiis pertinere, committens etiam poteſtati Pontificum, ut ſive propoſitum vellent audire negociū, ſive nollent, quòd magis putarent utile deliberare, dum modò pro venerandi proviſione Concilii pax in civitate Romana daretur. Epiſcopi verò in ſynodo reſidentes congregata authoritate ejuſdem dixerunt, Symmachus Papa Apoſtolicæ ſedis præſul ab hujuſmodi oppoſitionibus impeditus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis & liber, cujus cauſam totam dei judicio reſervavimus. De clericis verò memorati Papę, qui ab Epiſcopo ſuo ante tempus contra regulas diſceſſerunt, & ſchiſma fecerunt, hoc fieri decrevimus, vt hi ſatiſ-

Diſt 17.c. Concilia.

*Emiliæ, aliàs.

ſatisfacientes Epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur,& beneficiis eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui. Laurentius Epiſcopus Mediolanenſis eccleſiæ huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei judicio commiſimus,ſubſcripſit, Petrus Epiſcopus Ravennatis ſub eiſdem verbis ſubſcripſit, & poſt eum LXXV. Epiſcopi, &c.Cùm autem ità ſit,miſerandum eſt,quare dominus Rupertus modernus rex Romanus tam frequenter dictum Errorium in ejus manifeſta pertinacia, ſchiſmate ac hæreſi contra ejuſdem Errorii promiſſa,vota& juramenta ſponte præſtita & totiens repetita foveat & defẽdat,quod utique tendit in majorem ſciſſuram eccleſiæ. Et quid ad ipſum regem aliud ſpectaſſet in hac parte,niſi quòd juxta formam dicti canonis immediatè præcedentis ad inſtar dicti regis Theodorici præfatis Errorio & Petro de Papatu contendentibus ſeveriter ſcripſiſſet atque mandaſſet, quod unionem facerent in eccleſia,ad hoc quòd pax fieret, nè dum in urbe,ſed & in tota Chriſtianitate, maximè cùm ad illud etiam irrequiſito dicto rege Ruperto ſe ſponte & liberè obligaſſent,juraſſent & voviſſent,illudque ſibi ſolenniter intimaſſent,necnon,ut ad hoc ſuffragaretur,eundem pariter requiſiſſent.

Rupertus Romanorũ rex, Gregorii partes fovet.

GESTA ATQUE TRIUMPHI DIEterichi de Bern,aliàs de Verona,

CAPUT VIII.

NIMIRUM igitur ſi generale Concilium tunc congregatum detulit reverenter dicto Theodorico regi magnifico,qui tunc Occidentale imperium ſtrenuè gubernabat, & qui revera rex fuit re & nomine, quia non verbis, ſed factis gloriabatur: huic enim Romani, Aprutini,Siculi,Calabri, Tuſci,Etruſci,Ligures,Veneti,Illyrici,Iſtri, Forojuliẽſes Suevi,Getarum & Pannoniarum incolæ atque Galli uſq; ad Hiſpaniam,& multæ aliæ generationes hominũ cum ſumma reverentia obediebant:hic etiam propter ejus liberalitatem, ſtrenuitatem,magnificentiam,necnon in arte bellandi peritiam,& crebras ejus cum rebellibus imperio victorias, pater regum & princeps principum appellatus eſt tẽpore ſuo: qui deſcendens à vero imperatore Conſtantinopolitano meruit

Potentia Theodorici regis.

ejus effigiem, ſive ſtatuam imperiali edicto artante in foro publico ejuſdem civitatis collocari. Hic etiam de Græcia veniens per Illyricum & Pannoniam ac demum per Theutoniam appropinquans Veronæ, ibi cum potentiſſimo rege Odoacre principe Ruthenorum, qui tunc Romam & totam Italiam tyrannicè occupabat, ſibi occurrente cõflixit, quem bello campeſtri devictum, & vix equi ſubſidio ad Papiam fugientem perſequebatur continuè, & ibi denuò bello commiſſo victor iterum extitit, necnon ipſum Odoacrem ad Ravennam uſq; fugavit, in qua per gyrum diutinè eum obſidẽdo tandem vivum ſibi tranſmiſſum gladio interemit, ſicque dominium totius Italiæ, poſtquam illud idem Odeacer per duodecim annos detinuit, ſortitus eſt, Papa tunc diſſimulãte, & quòd apud eum ipſi duo tunc eſſent gladii, ut æſtimo, non dicente, neque illud coram ſe in publico prædicari permittente. Hic etiam rex Theodoricus excellentiſſimos & nobiles viros Caſſidorum & Sydonium literarum ſcientia eruditiſſimos Cancellarios habuit, qui eum laudibus eximiis extulerunt, ut hiſtoriæ per eos deſcriptę demonſtrant. Hunc etiam regem Theodoricum Alemani dilexiſſe videntur, quem adhuc Theodoricum de Berne Germaniæ vulgus appellat, necnon quaſdam de ipſo cantilenas in vulgari Theutonico ad ipſius regis laudem dictaverunt, quæ adhuc plerunque per ruſticos & mechanicos decantantur.

Victoria Dietherichs von Bern.

Caſſidorus & Sydonius, archigrammatei Theodorici.

Carmina Germanica de Dietherico Bernenſi.

AN PAPA DELINQUENS debeat & poſſit ab Imperatore corripi: Et de geſtis circa eam rem atque laude Ottonis primi, Romanorum Imperatoris,

CAPUT IX.

SED certè noſtri moderni reges & Imperatores longè in talibus ab eodem Theodorico rege diſtare videntur, qui majori cura privatum patrimonium ſuum, quàm jura ejuſdem imperii conſervare conantur. Quòd autem imperialis poteſtas ſit præcipuè ſuper malum & incorrigibilem Pontificem Romanum, per quem ſcandalizatur eccleſia, ex geſtis

Papa delinquens ab imperatore

Imperatorum, ſeu regum Romanorum ſatis conſtat: nam Joannes Papa * duodecimus fuit unicus & indubitatus Papa, qui ante Papatum vocabatur Octavianus, de nobili & potenti genere procreatus, qui poſtquam aſſumptus erat ad Papatum, venationibus ferarum ſylveſtrium quãdoque interfuit, necnon libidinosè ac lubricè vivens cum ſuſpectis mulieribus ſortes poſuit, ac etiam aliquos ex ſuis Cardinalibus eum propterea arguentes malè tractavit & mulctavit. Quod audiens Otto primus magnus Auguſtus de hoc ex corde doluit: ex Germania propterea Romam veniens, eidem Papę, cur illic venerat, expoſuit. Quod audiens Papa valde timuit, promittens imperatori, quod ejus vitam ſubitò emendare vellet. Imperator autem credens eum ita facturum, ad Papiã è Roma ſeceſſit, ubi hyemando remanſit, ut ſcrutaretur interim, ſi forſan præfati Papæ dicta facta reſponderent: ſed quia difficile eſt conſueta relinquere, Papa ipſe nec deum nec imperatorem habẽs præ oculis, mala malis accumulavit. Quod ſentiens Auguſtus irato animo ad urbem rediit, ut dijudicaret de ipſo Papa: qui hoc audiẽs, utpotè ſibi ipſi malè conſcius, ſe inde fugæ ſubſidio eveſtigiò abſentavit ad Campaniam declinando. Sed impiger imperator Concilium cleri Romani contra eundem Papam in ipſa Urbe convocavit, in quo dicto Papa communi voto ejus Concilii depoſito vir laudabilis famæ ac ſanctæ converſationis alter Leo hujus nominis VIII. extitit ſurrogatus. Ipſe autem Octavianus ne ad manus imperatoris deveniret, abdita loca perquirens in ipſa Campania miſerè diem clauſit extremum. Profectò tunc temporis Papa non habuit tot temporalia, ſicut Romana Eccleſia nunc videtur habere, quia ipſe magnus Auguſtus & de ipſo deſcendentes, ſecundus & tertius ejuſdem nominis Auguſti, ipſam Romanam & alias eccleſias in Italia & Germania ſecularibus dominiis ditaruut, & ita manifeſtè apparet in libris, quæ ſuper donationibus Eccleſiæ factis per imperatores & reges Romanos confecti ſunt, & in Theſauraria ſeu camera Apoſtolica conſervantur. Præterea tunc erat adeo excellens Auguſtus, quòd nemo contra ejus voluntatem aliquem Papam præſertim malignum, abjectum, vel ſchiſmaticum auſus fuiſſet publicè confovere: aliàs certè idem Octavianus, ut exiſtimo, reperiſſet aliquem potentem, qui ipſum in ſua malitia & tyrannide confoviſſet, nec civi-

corripiendus.

* *Alii hunc XIII faciunt.*

Otto primus imperator Rom.

Liberalitas Ottonum in eccleſiam Romanam.

tas Avinionenſis cum ejus mirando palatio tenuit Romanam eccleſiam, ſed potius magno Ottoni obſequebatur.

AN EXPEDIAT REIPUBLICAE Chriſtianæ Pontificem Romanum rerũ temporalium dominum auctum fuiſſe, & adhuc ipſa mordicus tenere,

Caput X.

Quid igitur induCit aliud hæc pompa tantorum temporalium dominorum, de quibus nunc gloriatur eccleſia Romana, quam negligentiam in ſpiritualibus, & erectionẽ tyrannorum in eiſdem dominiis, & diviſiones, ſeu ſchiſma in eadem eccleſia, & alia mala plurima, ſatis eſt notum. Hic etiam Otto magnus duo ſchiſmata ſucceſſive orta in Romana Eccleſia, dum ageret in Gallia & Alemania, cum ingenti exercitu ad Urbem Romanam rediens manu potenti ſuſtulit: & unũ in Capitolio tunc fortiſſimo, & alium in Caſtro novo ſancti Angeli, quod tunc carcer Theoderici vocabatur, loco firmiſſimo, contendentes tunc de Papatu prima facie cũ machinis & aliis rebus bellicis expugnando cepit, & multorum nobilium ac potentum Romanorum eos foventium palatia in urbe deſtruxit, & multos eorum jugulavit, ſeu gladio interemit, ſicq; ipſas eccleſias ad unione deo ordinante perduxit. Et poſt longa tempora orto alio ſchiſmate in ipſa eccleſia iterũ rediit ad urbem ipſam, & cauſa cognita utriusq; contendentis, & clero per concilium ſubitò convocato, & uno declarato Papa, alterum ſcilicet Benedictum ſecundum in Saxoniam in exilium deportavit.

Ottonis metu duo ſchiſmata ſublata.

QUOD AD IMPERATOREM MAXIMÈ pertineat ſchiſmata tollere: Author in Pontifices criminoſos invehitur: Et, an juxta Canonũ Decreta tales Pontifices à nemine poſſint, aut debeant judicari,

Caput XI.

Ecce quantus & qualis fuit iſte Auguſtus, qui tot laboribus & expẽſis pro reformatione unionis in ipſa eccleſia ultro ſe ſubmiſit, & felicior operatus eſt: nam mali inquietẽ aliis præparantes cogendi ſunt ad pacem & ad bonum. Regiæ po-

giæ poteſtatis intereſt præcipuè, ut per eam mali coerceantur à malo, ut boni quietè inter malos vivant, ut ſacri Canones docent, ſed non intelligitur de alia poteſtate, quam Imperiali, quæ omnes dignitates temporales excellit. Et omnes quaſi reges mundi & tot prælati Eccleſiaſtici & communitates egregiarum civitatum ad extirpandum ſchiſma noviſſimum ab ipſa eccleſia efficaciter hactenus proficere, non potuerunt, nec poſſunt, & quis tunc diſputaſſet, cum eodem magno Auguſto Ottone de ipſius judicio ſuper contendentes ſuper Papatu ſeu perverſo unico Papa, ſcilicet quòd niſi à deo poſſent judicari? Utinam talis imperator ſurgeret temporibus noſtris, qui nunc ceſſaret ſcripturarum multiplicitatem in hoc labyrintho, quæ adeo creverũt propter multitudinem ſcribentiũ in hoc paſſu, quòd vix eos centum cameli portarent. Clarum eſt enim, quod omnium Chriſtianorum maximè intereſt, quòd Papa, à quo omnes normam vivendi capiunt, eſſe debet mundus, non ſymoniacus, ſanguinolentus, adulter, vel lubricus aleator, ebrioſus, venator, ſeu Venereus, vel aliter publicus baratrator. Quis enim ſciens Papam eſſe talem poſſet ſine remorſu conſcientiæ aut adulationis vitio illius pedes vel manus oſculari, aut illum patrẽ ſanctũ cordialiter nominare? Igitur idẽ Auguſtus ſic faciẽdo nõ peccavit vel exceſſit, quinimò, ut dei miniſter, optimè fecit, qui fuit adeo glorioſus & cõſtantis animi, deificus mundusq́; imperator, ut ejus magnificentia & memoria digna geſta teſtantur, ſicut unquã fuit aliquis Romanus patritius, rex, vel Auguſtus: nec tenetur fortè, cõmuni utilitate ſuadente, imperator, vel rex Romanorũ, fidelitatis juramentũ præſtitũ tali perverſo Papæ, vel alteri eccleſiaſtico prælato, notorio peccatori, vel incorrigibili, obſervare, quia ibi VIRTUS deficit poteſtatis, ubi ſucceſſit abuſus: & JURAMENTUM iniquitatis vinculũ eſſe non debet: aliàs enim ſequeretur, quod artante illo juramẽto tales perverſos & malos nemo impedire, atq;, ut ad viã redirent, admonere poſſet, quod juri cõmuni & rectè rationi repugnat, & cederet in reipublicę detrimentum: quia nõ PERTURBANDO perverſos, cùm poſſis, eſt ipſos in eorum malitiis cõfovere. &, ERROR, cui non reſiſtitur, approbari videtur. Cùm oporteat eſſe Epiſcopum ſine crimine, quaſi diſpenſatorem dei, ſed multò magis Papam, qui omnibus præeſt

Friuolũ eſſe quod dicitur, Papam non, niſi à deo iudicari debere.

Omnium Chriſtianorũ intereſt vicarium Chriſti eſſe atque ſanctum

Laus Ottonis.

An iuramẽta fidelitatis Pontifici à rege præſtita obſtẽt, quò minùs corripiatur.

Nec

Axiomata atque paradoxa Canoniſtarum quomodo accipienda.

Nec credo illud obſtare, quod Canoniſtæ dicũt, quod Papa, niſi à fide ſit devius, dejici non poſſit, & quod nemo judicat primam ſedem, quodq́; nullus poteſt auferre authoritatem, vel poteſtatem, quam conferre non poteſt. Ex his & ſimilibus volunt inferre, quod nemo, niſi ſolus deus, Papam poteſt, ſeu licet judicare, quia Papatus omnes dignitates excellit, quia Papa eſt dei vicarius, & ipſe omnes judicat. Quæ licet ita teneantur, tamen in putativo & contendente de Papatu in ſchiſmate variantur nec ſubſiſtunt, nec etiam intelliguntur rationabiliter in uno & indubitato Papa, malefico, & eccleſiam ſcandalizante, quia ille revera propriè dici non poteſt Chriſti vicarius, quia Chriſti opera & mandata non ſequitur, nec obſervat, in detrimentum maximum omnium Chriſtianorum: & ſic non Papa, ſed beſtia magis propriè appellatur, qui enim à ratione deviat, non homo, ſed animal irrationabile jure cenſetur. Et talis exiſtens Papa videtur etiam eſſe tyrannus potius, quàm dei miniſter, & ideo propter ejus demerita fit omnibus deſpectior, &, ut indignus à tanto regimine ſanctiſſimo removetur: quia malus ſacerdos non dicitur ſacerdos, & malus Epiſcopus non eſt Epiſcopus. Hoc probare videtur authoritas Evangelii, ubi dicitur Petro conditionaliter, Si diligis me, paſce oves meas: ex quo infertur, quod qui non diligit deum, ſcilicet ſi eſt, ſymoniacus, adulter, vel aliàs publicus peccator incorrigibilis, non meretur eſſe, nec eſt verus paſtor ovium, ſed mercenarius ſive lupus quia boni & veri paſtoris officium non exercet, & ideo poterit & debet per alios judicari.

DE CORONATIONE GREGORII, Ejusq́; ſimulata pietate atque religione,

CAPUT XII.

ET redeundo ad propoſitum, hiſtoriam continuare curabo: dum prædictus Errorius apud eãdem Baſilicam principis Apoſtolorum ſuæ coronationis, ut moris eſt, inſignia reciperet me præſente, ipſe erectis oculis in cælum flevit præ gaudio, quodque per hoc, ut puto, alliceret homines ad creden-

dendum, quòd ipſe hujuſmodi Papatus honorem ad ipſum regendum ſe minùs reputaret idoneum, nec illum curaret habere, niſi ad hoc, quòd dictam faceret unionem, ut totiens vovit, promiſit & juravit, & cùm ſucceſſivè primum teneret conſiſtorium poſt ejus coronationem, iterum quendam fecit Arengam in publico coram ipſis Cardinalibus & ſuis Curialibus, necnon multitudine populi copioſa, ubi ejus vota & juramenta prædictá publicè repetiit, affirmans quòd illa indubitanter executioni debitæ demandaret. Sed tunc durante trimeſtri tempore, infra quod nuncios ſuos Petrus de Luna ſuiq; Cardinales juxta eadem vota & juramenta dirigere tenebantur ad invitandum eos ad faciendam ſecum unionem, privatis perſonis, de qbus ei videbatur, paſſim loquebatur, perſcrutãdo ſubtiliter ab eis intentiones eorum, ſi fortè ſibi conſulerent, ne cederet ſuo Papatui. Conſulentibus autem ſibi, quòd dictam faceret unionem, exhortabatur humiliter, ut eum in hoc adjuvarent, quaſi per ipſos hæc ſtaret, ſed mittendo dictos nuncios ab eiſdem Petro & ſuis Cardinalibus usq; ad penultimum diem dicti trimeſtris tẽporis expectabat, de quo multi eorundem Cardinalium vana loquebantur, affirmantes quòd lupus laterct in fabula, ipſeq; Errorius malitioſè tam diu dictos nuncios apud ſe retardaſſet: interim verò idem Errorius aliquas gratias beneficiales, præſertim expectativas, facere noluit, aſſerens ſe non fuiſſe aſſumptum ad aliud, niſi quòd unionem faceret antè dictam: quod dicti Curiales, licet hoc eſſet eis ſatis grave, tamen æquanimiter tollerabant, attendentes quòd fortè taliter dicta per eum factis adimpleret.

NUNCII A GREGORIO DESTInantur ad Benedictum ſuper unione ineunda, inter quos Antonius de Butrio Juriſconſultus fuit,

CAPUT XIII.

PRÆDICTI autem nuncii fuerunt, dominus Antonius nepos dicti Errorii, quem interim quòd in eadem ambaſiata fuit, creavit Epiſcopum Bononienſem, & bonæ memoriæ Guillinus Epiſcopus Tudertinus Theſaurarius ſuus na-

tione Normãnus,& quondam Antonius de Butrio,in utroque jure Doctor excellens, natione Bononienſis:qui abeuntes acceſſerunt ad Petrum & ſuos Cardinales, qui tunc apud monaſterium ſancti Victoris Maſſiliæ reſidebant, qui eos gratanter receperũt & benignè petractarunt, atq; poſt multa conſilia tractu longo dierum inter eos habito, quòd dicta unio per ceſſionem utriusq; contendẽtium de Papatu fieret, mutuò concluſerunt, edictis multis capitulis ſuper hoc negotio unionis per Petrum & ſuos Cardinales & nuncios præfatos, inter alia continentibus, quòd dicta unio fieret in civitate Saonenſi, quæ eſt in Ripparia Januenſi, pro eo quòd ipſi contendentes de Papatu aut de aliis, de quibus videtur eiſdem illic navali ſubſidio infra paucos dies commodius, quàm per terram accedere poſſent, & tunc inſtanti feſto Sancti Michaëlis menſe Septembri, aut ad ultimũ ad feſtum omnium Sanctorum tunc proximè ſequens infallibiliter fieri deberet unio memorata, copia atq; unione prædictis, oſtenſis. Infra paucos dies poſtea dictus Errorius mirari videbatur, quòd tot erant & tam ſubtiliter facta capitula, ut ipſemet mihi dicebat, tamen tunc aliquo alio me non præſente adjiciendo, quòd cum hic ageretur bona fide, tales ſolennitates hoc caſu non vendicarent ſibi locum. Interim verò prędicti nuncii, videlicet Epiſcopus Tudertinenſis & Antonius partes Galliæ ac regnum Franciæ ulteriùs penetrantes, demum Pariſios pervenerunt, ubi etiam aliquandiu degentes, & pacem generalem, ſcilicet unionis hujuſmodi, in proximis appropinquantem annunciantes, facta fuit ibidem lætitia magna in populo, & Errorium prædictum communis clerus & populus Galliæ miris laudibus extollebant, dicentes eum eſſe angelum lucis pro certo, per quem tota languens Chriſtianitas per eandem unionem curari deberet, ipſosq; nuncios tam regulares, quàm alii magnates & proceres regni præfati ac etiam univerſitas ſtudii Pariſienſis plurimùm honorabant, hęſitantes tamen de dicto Petro, quòd ipſe ceſſionem ſui Papatus, ut ſic dicam, nunquam facere vellet. Prædicti autem duo nuncii in Gallicis partibus hujuſmodi eorum ambaſiatam agendo diu ſteterunt. Appropinquante verò vernali tempore dictus Errorius æſtuans ad promovendum eundem ſuum nepotem (caro enim & ſanguis ſibi hoc revelabant in præjudicium alienum) domi-

dominum Leonhardum Epiſcopum Firmanum, qui ſuus tunc ac prædicti Innocentii Camerarius fuerat, ab hujuſmodi officio amovit, ac eundem Antonium licet abſentem ſurrogavit eidem: de quo Curiales ipſi murmurabant, dicentes hoc eſſe malum ſignum faciendæ unionis. Ac in principio menſis Maji advenerunt ſolennes ambaſiatores Januenſes Romam in præſentia Errorii ſuorumq; Cardinalium & Curialium tunc congregatorum pro majori parte in palatio Papali apud Baſilicam ſancti Petri, qui me præſente multùm congratulabantur Angelo & ſuis Cardinalibus, quòd tantum bonum Chriſtianitati languenti facere per unionem hujuſmodi decreviſſent, exhortando eos, quantum poterant, quòd in hoc firmi perſiſterent, nec à tam pio propoſito aliqualiter reſilirent, offerentes etiam in publico eis ad hoc civitatem Januenſem & ejus diſtrictum, necnon terras & oppida ipſis ſubjecta & totum poſſe ejuſdem comitatus ad complementum unionis. Sed poſtquam dicti ambaſiatores tractando hanc rem frequenter cum Errorio & ſuis Cardinalibus per aliquos dies Romę morati fuiſſent, ſupervenerunt de novo etiam alii notabiles ambaſiatores communitatis dictæ civitatis Saonenſis ſimilia facientes, & juxta eorum poſſe offerentes, prout prædicti nuncii Januenſes fecerunt.

QVOMODO GREGORIUS PONTIficatum retinendi cupiditate, & dominandi libidine captus tergiverſatur, & loci faciendæ unionis iniquitatem cauſatur,

CAPUT XIIII.

ET quia, quod quis non diligit, facilè contemnit, jam ipſe Errorius nutare videbatur ad faciendam ibi dictam unionem: igitur cœpit cauſari de inſecuritate dictæ civitatis Saonenſis, allegando quòd ſibi non eſſet conveniens illic ire ad faciendam ibi dictam unionem, eo quòd tunc prædictæ civitates Janua & Saona erant ſub regis Francorum regimine conſtitutæ, & quia etiam eidem Petro de Luna

in ſpiritualibus obediebant. Quod cùm ſentirent dicti ambaſiatores earundem civitatum, magnas fidejuſſiones & cautelas alias ſe facturos daturosq; Errorio & ſuis Cardinalibus pro eorum ſecuritate nomine dictarum civitatum reverenter & humiliter offerebant, adjicientes, quòd ſi ipſe Errorius & ſui Cardinales forſan in galeis ſive navigiis deficerent, ipſi parati eſſent eis de illis ſufficienter & liberaliter providere. Sed tandem præfatus Errorius tunc aptè ulteriora ſubterfugia quærere non valens, promiſſiones hujuſmodi acceptavit, eisq; conſenſit: prædictis autem ambaſiatoribus civitatum vix paratis, ut ad propria redirent, ſupervenerunt ſolennes nuncii regis Francorum & univerſitatis ſtudii Pariſienſis, & poſt aliquot dies advenerunt etiam nuncii Petri de Luna & ſuorum Cardinalium ad Errorium & ſuos Cardinales, qui ſingulis diebus de mane & ſero, uſquequò dictus Errorius ab urbe receſſit, cum adhibita diligentia poſſibili oportunè & importunè ſollicitarunt & exhortabantur eoſdem, ne deficerent in conceptis tractatibus ad ipſam unionem faciendam, affirmantes quòd eorum domini in pactis non deficerent ullo modo, & ſimilia multa dixerunt & etiam promiſerunt.

NEPOS PONTIFICIS, AC MOnachus quidam à Ladislao rege ſubmiſſus, Pontificem, ne unioni conſentiat, adhortantur,

CAPUT XV.

SED dum hæc agerentur, rediit idem Antonius nepos Errorii è partibus Gallicis ad Errorium, aliis ſecum miſſis nunciis in Gallia dimiſſis, narrando ipſi Errorio, quòd præfati Petrus & ſui Cardinales ipſum comitesq; ſuos, qui ſecum iverant in eadem ambaſiata, multùm honorificè pertractarunt, tamen dictum unionis negotium cum præfato Errorio, quantum potuit ſecretiùs, impedivit, & circa hæc tempora ſuprà ſcriptus rex Ladislaus multa pretioſa jocalia eidem Errorio pro ejus menſa donavit. Ego autem audiens, quòd ipſe Errorius gratanter illa recepit, indolui, advertens illud, Beatus vir, qui excutit manum ſuam ab omni munere, ti-

re, timens revera, quòd ex hoc in poſterum ad ipſam impediendam unionem multa diſpendia orirentur. Ipſeq; Ladiſlaus rex videns, quòd Errorius ipſa munera absq; contradictione recepit, exhilaratus eſt, ſumens inde fiduciam, quendam ſolo nomine religioſum ordinis fratrum minorum quaſi in eodem ordine novitium, qui tamen provectus erat ætate, ſed in ſeculo converſando multis erat ſceleribus irretitus, quem ipſe rex ſuum vocavit Confeſſorem, eidem, Errorio deſtinavit, qui ut ſagitta volans in die & negotium perambulans in tenebris & dæmonium meridianum ab ipſius Errorii præſentia non receſſit, ſuggerens illi omnem malitiam & deceptionem dæmoniacam, qua retrò & antè plenus erat, & inducendo ipſum ne faceret unionem antè dictam, nec unquam dictum Errorium dimiſit euntem de Roma ad Viterbium, & de Viterbio ad civitatem Senarum, & de Senis ad Lucam, & ibidem continuè ipſi aſſiſtendo, poſtea etiam recedentem de Luca & redeuntem ad civitatem Senenſem ſequebatur, quia vidit eum facilem ad declinandam viam unionis, & faciliter inclinare aures ſuas ad inſaniam. Quodam verò die ego loquendo cum quodam honeſto cive Lucano hoſpite dicti fratris, inveſtigavi cujus conditionis exiſteret, qui reſpondens ait, nunquam ſe pejorem hominem conſpexiſſe, & timore dominorum Lucanorum eum teneret in ſua domo, quia ipſum aliàs propter ejus malitiam pro nulla re mundi pateretur in ſua domo remanere.

Cacodæmonus ſervitia.

GREGORIUS DE NEPOTIBUS extollendis cogitans, multa belli ſemina atque flagitia ſuſcitat,

CAPUT XVI.

PRÆFATUS verò Errorius, dum adhuc eſſet in urbe prædicta, propoſuit, quòd vellet removere ſuprà dictum Ludovicum de Melioratis à regimine marchiæ Anchonitanæ, cui eum dictus Innocentius duxerat præficiendum, & aliquem de ſuis nepotulis Rectorem dictæ provinciæ deputare: quod ſentiens dictus Ludovicus Errorio ſubitò rebella-

bat, necnon civitatem Eſculanam dictæ provinciæ marchiæ Anchonitanæ ſatis inſignem violenter cepit, multa ſacrilegia & maleficia per ſe ſuosq; complices ibi committendo, ac cives & incolas ejuſdem civitatis ſuis rebus & bonis ſpoliando: & etiam multa alia caſtra in eadem provincia per ipſum Ludovicum tunc violenter capta, & eorum habitatores malè tractati & bonis ſuis ſpoliati fuerunt. Idem Ludovicus civitatem Firmanam, quæ eſt caput dictæ provinciæ, cũ ejus caſtro re & nomine fortiſſimo, quorum tunc & priùs poſſeſſionem habuit, & multa alia, videlicet civitates, oppida & caſtra in eadem provincia conſiſtentia, & ad ipſam Romanam eccleſiam pertinentia pro ſe tenuit manu forti, ſed noviter illa recepit & tenet à moderno domino Alexandro Papa quinto, ſub titulo vicariatus. Sed prædictam civitatem Eſculanam poſtquam illam in ſua poteſtate habebat, infra pauca tempora ſub titulo cujuſdam permutationis pro certis caſtris & terris præfato regi Ladislao dimiſit. Nam idem Errorius quendam nepotem ſuum Paulum nomine, quem multùm diligebat, prædictæ marchiæ præficere voluit Rectorem reſiſtente ſibi dicto Ludovico nihil profecit, & alium nepotem ſuum Marcum Viterbienſium & Montisfalconenſium civitatum de prædicta provincia patrimonii ſancti Petri in Tuſcia Rectorem deputavit, & etiam quibuſdam ſuis conſanguineis quædam alia caſtra, terras & loca ejuſdem eccleſiæ regenda commiſit, & in regiſtris ſupplicationem & literarum Papalium in Romana Curia quoſdam de ſuis nepotibus, quorum unus fuit frater ordinis Prædicatorum, & alter Epiſcopus, penitùs in ritibus dictæ Curiæ, necnon in talibus inexpertos ſimul & inutiles providendo officiis hujuſmodi publicis & notabilibus, ſed conſulendo avaritiæ ſuorum præpoſuit: ad quorum quidem officiorum exercitium requirebatur potius, quòd viri diligentiſſimi & expertiſſimi præpoſiti extitiſſent, quæ ſcilicet videbantur eſſe certa indicia, quod idem Errorius dictam unionem facere nollet.

Paulus nepos Pontificis.

Marcus alius Pontificis nepos.

DE

DE APERTA TERGIVERSATIONE Gregorii ſuper unione fienda, & de quæſtione ſuper eare ab eodem Juriſconſultis propoſita,

CAPUT XVII.

NAM circa principium menſis Junii ipſe pater, non miſericordiarum, ſed diſcordiarum, prædictis ſuis Cardinalibus & quibuſdam magnæ authoritatis Curialibus manifeſtavit ea, quæ intrinſecùs conceperat, quo ad impediendam unionem conando ſe penitus excuſare, quòd ad ipſam civitatem Saonenſem in ſtatutis terminis pro perficienda illic unione prædicta, nec poſſet, nec de jure teneretur accedere propter defectum galearum, pro quibus habendis, ut adjecit, cum Venetis adhibuiſſet magnam diligentiam, ſed eas usq; tunc non potuiſſet habere: veruntamen aliud reſponſum expectaret ab ipſis, & ſi pro eo concluderetur, quòd dictas galeas haberet tempeſtivè, paratus eſſet transfretare ad eandem civitatem Saonenſem, ut dicta unio in ſtatuto termino fieret: ſubjungens, quòd in galeis & navigiis Januenſium nullatenus iret, ipſos enim Januenſes meritò ſuſpectos haberet propter antiquum odium, quod inter eoſdem Januenſes & Venetos erat. Per terram verò ad Saonam propter defectum facultatum ad hoc ſibi neceſſariarum tranſire non poſſet, & ſic per terram & mare ſuum tranſitum implicitè denegabat. Quibus ſic ſe habentibus Errorius ſatagebat, qualiter ſub aliquo colore confictο dictam unionem declinaret: unde ſubdolè injunxit dictis dominis Cardinalibus importunè circa eum laborantibus, quòd ad faciendam dictam unionem properaret, & quòd ipſi per notabiliores in utroq; jure peritos Curiales dubium per eum compoſitum recenſeri facerent, quod eſt tale: Utrùm ex tractatu præſentis inſtrumenti Maſſiliæ celebrati teneamur ire ad locum Saonæ in caſu, quo non poſſumus habere galeas? nec ſtat, nec ſtetit per eos, ita quod teneamur tranſire ſine galeis, & adjecit illud, ſed advertant quòd ex tractatu apparet, quòd eſt conventum de galeis pro ſecuritate, qui alias *Quæſtio.*

contrahentibus locus ipſe non videbatur ſecurus, neq; adjiciebat, quòd ſi illi determinarent jure, quòd utiq; teneretur ad Saonam ire,& in altero hujuſmodi terminorum facturus eſſet, in quod ipſi periti conſulerent, & juxta conſcientias ſuas, quoad hoc, judicarent. Hoc tamen dubium dictus Errorius non feciſſet, niſi crediſiſſet, quòd ipſi ſcribentes metu ipſius non eſſent auſi ſcribere veritatem, ſcilicet determinando in jure, quòd ipſe nihilo minùs obligabatur facere dictã unionem juxta ejus vota & juramenta,& illas conventiones & pacta cum alia parte inita & firmata per ipſum. Dato igitur ordine per bonæ memoriæ Angelum Epiſcopum Oſtienſem tunc vicecancellarium Errorii, quòd forſan vigintiquatuor peritiores in Curia ſuper eodem quæſito in jure ſcripſerunt, quæ quidem ſcripta eidem Errorio infra paucos dies poſtea præſentata fuerunt, qui quidem ſcribentes penè omnes unam concluſionem ſentiebant, ſcilicet quòd idem Errorius ſive per mare aut per terram, quomodocunq; hoc commodiùs fieri poſſet, in eadem civitate Saonenſi in altero ipſorum terminorum eſſe deberet ad faciendam unionem antè dictam, ſicut concordatum & acceptum erat inter ipſum & ejus adverſarium. Et hujuſmodi peritorum conſiliis in quodam volumine conſcriptis, dictus Errorius vir inſtabilis dictis & factis, ſecutus non eſt, & non erubuit dicere, quòd ipſe ſcribentes ſuſpectos haberet, tanquam magis faventes dictis Cardinalibus, quàm ſibi: de quo etiam prædicti Cardinales & curiales, cùm hoc ſentirent, dolentes, quaſi omnes tunc ferventiùs dubitabant, quòd pro certo Errorius ipſam unionem facere nollet.

DE VAFRO ET INSIGNIS nequitiæ commento à Gregorio Pontificatus retinendi gratia apparato,

CAPUT XVIII.

QUIBUS ſic ſtantibus Errorius cum Ladislao rege per intermedias porſonas ſecretè tractavit, quòd rex ipſe exercitum mitteret cum Nicolao & Joanne de Columna fratribus &

bus & quibuſdam aliis Baronibus & civibus Romanis contra ipſam urbem foventibus partes regis: nec fefellit opinio, nam hoſtes quadam nocte aperta eis ſecretè per aliquos porta Tiburtina urbis per eam & per duo alia loca urbem clanculò in magna multitudine ſubintrarunt, ignorantibus hoc civibus Romanis & Curialibus ipſis. Tamen aliqui Cardinales hoc ſubitò ſentientes diſſimulatis habitibus eadẽ nocte urbem exierunt profecti ad Viterbium. Ipſe autem Errorius ſimulans ſe quoq; timere dictos Columnenſes & eorũ complices, qui Urbem furtivè ſubintrarunt, circa medium noctis de ſuo palatio ad ſæpè dictum caſtrum ſancti Angeli acceſſit, ſeq; continuit in illo, nullo Curialium, niſi qui ſecum tunc erant in palatio, id ſciente: quod tamen ex induſtria fecit, ut ſi hoſtes prævaluiſſent, atq; eum obſediſſent in caſtro, etiam ſimulatè excuſatus ad faciendam dictam unionem in primo vel ſecundo termino hujuſmodi extitiſſet, dixiſſetq; quod per eum non ſtaret, quo minùs eandem unionem faceret, ſi in ejus libertate maneret. Sed in diluculo matutino rumor magn9 factus fuit in urbe ipſa de ingreſſu hoſtium, qui tamen non omnes, ſed majores capitanei, & etiã exules aliqui, aut relegati ab eadem urbe, cum ducẽtis equitibus vel circà intrarunt, ſed alii magno numero extra urbẽ prope portam Tiburtinam in inſidiis remanſerunt, ubi tendebant inſidias dicto Paulo de Urſinis & ſuis armigeris, qui tunc erant in urbe, ſed pauci reſpectivè quoad multitudinẽ, hoſtium prædictorum, ita videlicet quòd ſi Paulus ipſe cum ſuis commilitonibus & alii contra ipſos inſidiantes illuc venirent, illi qui intra portam erant, ſimulatè fugere extra dictam portam deberent, & poſtquam dictus Paulus cum ſuis eos extra eandem portam fugando ſequeretur, prædictus Nicolaus de Columna, qui erat ſuꝑ eandem portam, mox, ut Paulus exiviſſet, portas obſeraret, quòd tunc Paulum cum ſuis illam ingredi & manus eorundem inſidiantium nullatenus evadere poſſet. Et ita etiam factum fuiſſet, niſi res hujuſmodi quaſi miraculosè ad alium evẽtum ſubitò perveniſſet. Pleriq; autem ſatellites, qui cum Joanne de Columna & aliis capitaneis necnon exulibus ipſis urbem nocte intraverunt, neſcientes manus ſuas à rapinis & violentiis cohibere, ſtatim monaſterium ſanctæ Bibianæ prope dictam portam Tiburtinam eadem nocte violenter intrarunt, Abbatiſ-

Columnenſes Urſinis inſidias ad portã urbis collocant.

Licentia militarũ.

ſam & moniales ejuſdem monaſterii more ſuo inhoneſtè tractando, quas etiam quibuſdam jocalibus & ſupellectilibus ſpoliarunt. Quo facto etiam aliquas tabernas in vicino conſiſtentes vi aperiendo & ingrediendo vinum exhauſerunt, & comeſtibilia ibidem reperta invitis dominis devorarunt: quæ audiens dictus Joannes de Columna vehementer contra ipſos ſatellites iratus eſt, & vix compeſcere potuit, ut ab incœptis moleſtiis reſilirent: unde ſtatim rumor popularis magis invaluit in urbe. Sed ipſe Paulus & plerique armigeri cum eis ac etiam multi de populo contra eoſdem hoſtes in aurora viriliter procedentes, eos repentè ſagittis, lapidibusq; proſtraverunt, quod ſic contigit: in cauſa fuit vir ſtrenuus tunc præſens in bello cū ipſo Paulo nomine Hartmannus, qui ſecum habuit plures ſocios armigeros audaces, imò potiùs temerarios, qui aliquos ex hoſtibus extra dictā portam fugientes, ad locum, ubi fuerunt poſitæ inſidiæ, incautè perſequebantur, ſed diſcoopertis inſidiis perſequentes ipſi per adverſarios ilico captivati & detenti fuerunt: credebant tamen inſidiatores, quòd ipſe Paulus inter captivos eſſet. Unde dominus Nicolaus de Columna etiam eadem opinione ſeductus, intervallum dictarum portarum de alto ad ima præcipitavit, ſicq; illi ex hoſtibus, qui intus urbem erant, nec fugere per portam, nec ſocii eorum, qui erant, ipſis ſuccurrere potuerunt. Quamobrem domini Nicolaus & Joannes prædicti & quidam alii Barones & nobiles cives Romani ac etiam exules, dictusq; miles, quem præfatus rex Ladiſlaus olim in ipſa urbe creaverat, per Paulum ejuſq; ſocios capti & ducti fuerunt per Urbem ſatis miſerè etiam per pontem ſancti Angeli ante caſtrum, in quo erat Errorius, & eo vidente, qui author & inventor fuit tantæ malitiæ, ut ſic in ſuo ſtatu poſſet per fas & nefas quomodo libet remanere: qui quidem miles poſtea infra paucos dies ligatis manibus retrò, & pedibus ſubtus jumentum ſuper quo ſedebat, per medium urbis uſque ad Capitolium circa meridiem ducebatur, & in eculeo quaſi totaliter confractus demum capitali ſententia vitam miſeram gladio ultore finivit. Sicque etiam Ricardus de Sangreis ſuprà dictus tunc etiam captus, & per aliquot dies in carcere Capitolii detentus, poſtremò decapitatus occubuit, cujus ſororem dictus Paulus habebat in uxorem. Ecce quales fructus parturit ambitio & aviditas domi-

Inſidiatores circūventi.

Miles decapitatus.

Richardus de Sangreis decapitatus.

dominandi. Quod autem ſic contigit Errorium & regem in ſimul conſpirare, cauſa fuit, quòd uterque ipſorum habuit ſecum contendentem ſuper ejus principatu, Errorius ſcilicet Petrum de Luna ſuper Papatu, & rex Ladislaus dominum Ludovicum ducem Andegavenſem ſuper regno Siciliæ, exiſtimantes Errorius & Ladislaus, quòd funiculus duplex difficilè rumpatur: ſed contra divinam ordinationem aſtutia nón ſuffragatur humana,

DE DISCESSU GREGORII AB URbe, & his quæ tunc Viterbii ſuper unione acta fuerunt,

CAPUT XIX.

HIs hoſtibus victis atque profligatis Errorius ſimulans victoribus ac ipſis Cardinalibus & Curialibus qui de hujuſmodi victoria primùm lætabantur, ſe congaudere, & in præmium tantæ victoriæ prædictum Paulum de Urſinis remunerando, quandam conceſſionem ſibi ad certum tempus factam per præfatum Innocentium de civitate Narniēſi & ejus comitatu ad longiorem terminum prorogavit: quamvis idem Paulus civitatem Tuſcanenſem haud longè diſtantem à Viterbio ad ipſam Romanam eccleſiam pertinentem, nec diu antè, ut amicus, ingreſſus, ejus cives & incolas utriuſque ſexus in hoc improviſos rebus ſuis ſpoliando & malè tractando pro ſe retinuiſſet: itemq; Paulus de liberatione dictorum captivorum, quos tunc in diverſis locis detinebat, aliqua oppida & caſtra, necnon magnas pecuniarum ſummas ab eiſdem captivis exegit, ex quo crevit in divitiis in tantum, quòd etiam ipſe Errorius, quamvis hujuſmodi temporale dominium in Urbe tunc teneret, de Paulo tunc temporis dubitaret, nec auderet in ipſa urbe diutius remanere. Quamobrem decrevit de Roma in fine menſis Junii abire, & ad Viterbium declinare, ſed allectus per qüoſdam Curiales, ne tantopere feſtinaret, multas illic res miſit cum beſtiis oneratis in principio menſis Julii, ut ſic in ſuſpenſo eoſdem Curiales teneret, æſtimaturos quòd utique dictam unionem ſtatuto termino facere vellet: quod tamen, ut docuit experientia, in corde non habebát, nam

nam uſque ad vigiliam ſancti Laurentii martyris in urbe remanſit, quem ab Urbe tunc recedentem de mane tempeſtivè Romani ſub pallio ſericeo, ut moris eſt, extra portam urbis deduxerunt multùm honorificè, & multi eorum palmas habentes in manibus præ lætitia, credentes quòd revera prædictam unionem facere vellet, eum plurimùm honorabant. Veniens autem cum ſua Curia circa feſtum Aſſumptionis Mariæ virginis ad Viterbium, illic ad viginti dies conquievit, interim multùm ſollicitabatur per ſuos Cardinales & ambaſiatores, qui de longinquis partibus illic venerant, ad continuandum iter ſuum verſus Saonam, quia primus terminus inſtabat, quo unio fieri debuit: ſed ad hæc ſatis ambiguè reſpondit, modò per paupertatem, quia non haberet ſumptus neceſſarios pro via, nunc verò per alios exquiſitos modos ſe, ne progrederetur ulteriùs, excuſando. Videntes autem Cardinales, quòd eorum labores & ſollicitationes cum Errorio fruſtrarentur effectu, cùm ipſe non eſſet inclinatus reverà ad faciendam unionem, ſed ad magnificandum & exaltandum ejus nepotes tota ejus intentio verſaretur, cum eodem Errorio concluſerunt, quòd tribus ex eiſdem nepotibus laicis aliqua caſtra & terras eccleſiæ pro ſe & eorum hæredibus in feudum concederet tunc expreſſa, & ad hoc perficiendum, ne Errorius ullas conceſſiones per ſeipſum faciendo ſuis videretur votis & juramentis obviare, prædictis Cardinalibus ſub ficto colore remunerandi eoſdem nepotes & inveſtiendi de civitatibus, caſtris & terris eccleſiæ per infrà ſcriptas ſuas literas conceſſerat facultatem, non erubeſcens, neque timens per hoc Deum offendere, profectò cùm foret illicitũ ad pactum ſive commercium illud deducere, quod gratis & ſpontè fieri debuit per eundem in favorem Catholicæ fidei juxta ejus vota & juramenta. Nec his contenti prædicti domini Cardinales, ſed illicitis adinventionibus dicti Errorii annuentes, ne unionis effectus per Errorium aliàs impediretur, annuerunt quòd pro ſumptibus per ipſum habendis repente omnes Epiſcopi & Abbates in partibus Italiæ conſtituti, qui cameræ Apoſtolicæ pro communi ſervitio, vel aliàs erant obnoxii, artarentur ſub pœna privationis ſuarum dignitatum ad ſatisfaciendum infra breve tempus cameræ de pecuniarum ſummis, in quibus obligabantur eidem: mit-

mittebantur etiam tunc ad diverſas provincias Italię de mādato Errorii à Curia diverſi nuntii ad collectores fructuum cameræ prædictæ,ut recollectas per eos pro ipſa camera & plures colligerent pecunias, quas poſſent habere, illasq; ſubitò ad eandem cameram deſtinarent. Per hoc & quoſdam alios exquiſitos modos repente multæ pecuniarum quantitates pœnose nimis à pleriſque extortæ continuè inferebantur in abyſſum cameræ, quæ ad manus dicti Errorii devenerunt. Tenor autem literarum ipſius Errorii per Cardinales ſuper eadem remuneratione facienda prædictis ſuis nepotibus laicis conceſſarum ſequitur,& eſt talis:

TENOR CONCESSIONIS ATQVE donationis nepotibus Pontificis factæ:in qua meras nugas,imò apertiſſima mendacia, & quo pacto turpitudini fucus honeſtatis prætendatur, clariſſimè videre licet,

CAPUT XX.

VEnerabilibus fratribus noſtris collegio ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ſalutem,&c. Etſi vota ſupplicum, quæ honeſtatem ęquitatemq; reſpiciunt, favore congruo proſequimur,illa tamen curis propenſioribus nos decet amplecti, quæ veſtræ circumſpectionis induſtria,tanquam manantia a fonte gratitudinis,petit ſuppliciter exaudiri. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat,quòd dilecti filii nobiles viri Marcus,Franciſcus & Paulus, dilecti filii nobilis viri Philippi Corarii Domicelli de Venetiis nati, Caſtellanæ diœceſis,nepoteſque noſtri Domicelli erga extirpationem lugubris diuturnique ſchiſmatis, quod Chriſtianum populum diris & horrendis calamitatibus tanto tempore lachrymabiliter jam afflixit & affligere non deſiſtit, necnon proſecutione deſiderabilis unionis in Dei eccleſia & conſervatione & incremento ſtatus & honoris præfatæ eccleſiæ atque noſtro ſalute & tuitione noſtrorum & ejuſdem eccleſiæ ſubditorum curis aſſiduis & laborioſis ſudoribus nullis parcendo periculis & impenſis expoſuerunt jugiter ſe & ſua, & propter aſſumptionem noſtram

Vide colorē atq; præſtigias.

Proh deûm atq; hominum fidem qualis fucus rei parū honeſta pratēditur.

ſtram ad apicem ſummi Apoſtolatus ſtatum eorum mutaverintusq;adeo, ad patrimonium eorum ſine ignominia redire non valeant,& ſicut eadem petitio ſubjungebat præmiſſis & nõnullis aliis rationabilibus cauſis animos veſtros moventibus,circumſpectioni veſtræ videtur expediens, & condignum per ſedem Apoſtolicam Marco, Franciſco & Paulo ſuprà dictis,ut ſtatum eorum decentiùs manu tenere valeant, de alicujus ſubventionis auxilio & etiam remunerationis impendio ſalubriter provideri. Quare pro parte veſtra nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut eidem circumſpectioni veſtræ remunerandi Marcum, Franciſcum & Paulum præfatos, & eorum quemlibet, necnon filios deſcendentes & poſteros ad hæredes de & ſuper bonis, rebus & juribus, etiam civitatibus, terris, caſtris & locis ad nos & eãdem eccleſiam ſpectantibus ac pertinentibus ubicunq; ſituatis, cum eorum comitatibus, territoriis, diſtrictibus,juribus & pertinentiis,ac mero et mixto imperio,gladii poteſtate & omnimoda temporali jurisdictione,quæ ibidem per eandem eccleſiam fuerunt exercitata, ſeu exerceri potuerunt & debuerunt,& ſub illis titulis tempore ſeu ad tempus, necnon pactis, modis,conditionibus, Canone,affictu vel cenſu,ſeu alias,prout eidẽ circumſpectioni veſtræ expedire ſeu utile videbitur, & ſuper his contractus & inſtrumenta noſtro & eccleſiæ præfatæ ad ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificũ nomine cum mẽbris & capitulis de jure vel conſuetudine in talibus oportunis celebrandi,& quæcunq; alia exequẽdi,quę talis materia poſtularet,ipſiq; circũſpectioni utile videretur, facultatem plenam & liberam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; volentes veſtris votis annuere, & ut religioſis ſemper tribuatur prompta occaſio circa præmiſſa & ſimilia tam ſedulo & fideliter inſudandi authoritate Apoſtolica, ex certa etiam ſcientia de conſilio & aſſenſu veſtris Marcum, Franciſcum & Paulum, necnon filios, ſucceſſores, poſteros & hæredes ipſorum communiter vel diviſim remunerandi,ipſisq; pro eis eorumq; filiis ſucceſſoribus ac hæredibus de bonis mobilibus & immobilibus, juribus & actionibus præfatæ eccleſiæ, civitatibus, terris, caſtris & locis ad nos & eandem eccleſiam ſpectãtibus ubicunq; ſituatis, cum eorũ comitatibus,territoriis atq; diſtrictibus,

Ecce fecit ei magna, qui potens eſt: et indulgẽtia eius à progenie in progenies.

Papa utitur gladio & omnimoda tẽporalitate, qua in locũ ſpiritualitatis ſucceſſit.

Libẽter his votis annuit Pontifex procurator in rẽ ſuã factus. Vide quàm copioſi atq; liberales ſumus in noſtros.

ctibus , juribus & pertinentiis, mero & mixto imperio, gladii poteſtate & juriſdictione eorundem omnimoda in perpetuum , vel ad tempus ſub illis modis , pactis, conditionibus, etiam ſub cenſu,canone,vel affictu,ſeu aliàs, prout quemadmodum eidem circumſpectioni veſtræ, cujus ſuper hoc quo ad præfatam eccleſiam oneramus , expedire videbitur noſtro & eccleſiæ præfatæ ac ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum nomine aſſignandi, deputandi & concedendi , dandi , retribuendi, necnon aſſignari , concedi , dari & tribui, mandandi & faciendi, ac etiam contractus & inſtrumenta ſuper his & dependentibus,& connexis cum membris & capitulis ac ſubſtantialitatibus de jure & conſuetudine in talibus oportunis : ita quòd de jure ſubſiſtant celebrandi ac faciẽdi contradictores quoslibet & rebelles per cenſurã eccleſiaſticam compeſcendi & invocandi , quoties fuerit oportunum, auxilii brachii ſecularis, & quicunq; aliàs providendi , gerendi , mandandi,& exequendi,quæ in præmiſſis vel eorum aliquo cõnexis vel dependentibus vel aliquo eorundem neceſſaria vel utilia præfatæ circumſpectioni viſa fuerint , plenam & liberam concedimus facultatem , ratum & gratum habituri, quicquid per circumſpectionem veſtram factum fuerit in præmiſſis , idq; faciemus authore domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari , eaque exnunc, prout extunc, mandamus & volumus ſcientia & authoritate præfatis par omnes & ſingulos protinus obſervari. Datum Viterbii quarto Kalendas Septembris,Pontificatus noſtri anno primo.

NEPOTES PONTIFICIS DIVI Petri hæredes facti pingui ditantur patrimonio: Item, quo pacto variæ fraudes ad unionem impediendam adhibitæ fuerunt ab ambitioſiſſimis præſulibus,

CAPUT XXI.

ECce ſi nullum aliud veſtigium, aut indicium apppareret ad hoc,quòd Errorius unionem facere noluit,ſed omnẽ

occa-

occaſionem eam impediendi quæſivit, nunquam illud dictæ literæ probarent, quia purè & ſimpliciter eandem ceſſionem, ſicut dictæ literæ probarent, totiens vovit & juravit, facere debuit, ſed eam vendere voluit, ut ſic de proprietatibus & juribus ejuſdem eccleſiæ Romanæ principes & potẽtes ſeculi efficeret ſuos nepotes laicos. His itaque peractis præfatus Errorius ad civitatem Senarum cum ſua Curia de Viterbio tranſitum fecit, ubi in principio menſis Septembris pervenit, & ibi cum magna frequentia & lætitia populi utriuſque ſexus ac impenſo ei grandi honore receptus extitit, & illic uſque ad menſem Januarii remanſit, & nihilo minùs ad decipiendum populum ſingulis diebus cum Cardinalibus & ambaſiatoribus ad eum de diverſis regnis & provinciis propterea deſignatis, tractatus habuit ſuper faciẽda unione per ipſum, ſed quia nihil factum eſt durabile; cùm timeret, quod difficile ſibi foret dictos Cardinales ulteriùs per talia figmenta tenere, quin tandem ejus intentionem ſubtiliter rimarentur, ad aliam viam ad illudendum eis ſe converti t, videlicet quod ejus Papatui cedere vellet ibidẽ in Senis, dum tamen pro ejus ſtatu tenendo ſibi remanerẽt; quoad viveret Patriarchatus Conſtantinopolitanus, quem habuit ante ejus Papatum, ac Motanenſis & Coronenſis eccleſiæ in dominio Venetorum, & quidam prioratus, quem ante quàm eligebatur in Papam, etiam tenebat in commendam, necnon eccleſiam Eboracenſem in Anglia, quæ tunc vacare dicebatur, quamvis non vacaret: dictiq; ſui nepotes laici tres, videlicet per eoſdem Cardinales infeudarentur de ipſis terris Romanorum eccleſiæ memoratæ, ita quód uni Faventes in Flamminea, alteri Forlivienſi in Romandiola; & tertio Vobetani in provincia dicti patrimonii beati Petri in Tuſcia civitates valde notabiles cum earum comitatibus, & Cornetum, quod eſt oppidum magnum & populoſum ad inſtar civitatis, & habet fertiliſſimum territorium & portum maris in eadem provincia patrimonii cum gladii poteſtate, & mero ac mixto imperio, in perpetuum concederentur pro ipſis & hæredibus ac ſucceſſoribus eorundem, ac cũ hoc etiam aliqua alia caſtra & dominia Ravennatis & aliquarum Cathedralium eccleſiarum ultra hoc pro ſe volebant habere. Quod demum ipſi Cardinales decreverunt facere

Cornetum corvis hiantibus objicitur.

cere

cere, & ſuper hoc eorum literæ atq; proceſſus confecti fuerunt, ſed neſcio quo ſuperveniente poſtea caſu ſiniſtro effectu caruerunt: unde ipſa unio ſubſecuta non fuit. Adveniente tunc primo termino, ſcilicet feſto ſancti Michaelis, Petrus de Luna & ſui Cardinales prædicti de Maſſilia ad Saonam jam venerant, ubi Errorii & ſuorum Cardinalium præſtolabantur adventum, ſed fruſtra: illuc enim ire dictus Errorius non curabat, ſed fingens ſe habere timorem illuc eundi, & palliando verba ſuo dicebat ſuis Cardinalibus eum continuè ſollicitantibus, ut iret ulteriùs, prout facere tenebatur, quòd ipſe paratus eſſet dictam unionem facere, & totum ejus deſiderium in hoc pendere, ſed nollet ſe ſuosq; Curiales temerariè deſtruere, quodq; verſus partes Lombardiæ tranſitū facere, & ſub conductu marchionis Montisſerrati in partibus Pedemontium remanere tamdiu vellet, donec ad perfectam concluſionem prædictæ unionis cum prædictis Petro & ſuis Cardinalibus mediante dicto marchione deveniret, & ſuper hoc nuncios ad eundem marchionem de civitate Senenſi prædicta tranſmiſit, qui redeuntes ab eodem marchione Errorio retulerunt, quòd præfatus marchio paratus eſſet omnia facere ſibi poſſibilia pro ipſo Errorio & ſuis Cardinalibus ad hoc, quòd eo mediante unio fieret: multa quoq; alia obtulit ſe facturum & procuraturum in hac parte utilia & optima, quæ oblata ipſe Errorius parumper differens, quòd meliorem viam ad faciendum dictam unionem invenire ſperaret, publicè affirmavit. Certè non videbatur poſſibile, quòd dictus Errorius per mare vel terram cum ſua Curia per eandem Lombardiam tunc præcipuè vehementibus guerris ubiq; locorum & innumeris raptoribus occupatam abſq; ſui ſuorumq; Curialium graviſſimo periculo ad terras ejuſdem marchionis provenire potuiſſet. Ipſe autem nunquam in mente habuit, quòd illic ire vellet. Cùm autem Errorius de Viterbio veniens civitatem Senarum, ut præfertur, ingrederetur, obviam ei venit Epiſcopus Tudertinenſis, quem cum Antonio de Butrio ad Petrum de Luna ſuumq; collegium ad faciendam unionem deſtinaverat, reverſus noviter de partibus Gallicis, quem Errorius torvo vultu aſpiciens ei non loquebatur, ac ſi contra ipſum acriter deliquiſſet: de quo ipſe Epiſcopus, qui ſperabat de peractis in eadem ambaſiata pro ipſo Errorio meritum reportare,

M fuit

fuit nimium cõtriſtatus, & quia ipſum oportuit de propriis ſuis bonis perſolvere ſummam CCCCC. florenorum auri, quos mutuò recepit pro ſuis ſuorumq; ſociorum & familiarium expenſis ambaſiatam tunc in Francia agendo, in qua juxta pacta & promiſſa per cameram relevari debebat, unde cumulatis taliter doloribus in eo & aliquandiu ægrotando deceſſit. Prædictus autem Antonius de Butrio relatione per ipſum facta de illis quæ in partibus Gallicis unà cum Epiſcopo Tudertino peregerat prædicto Errorio in Senis, cùm per eum non reciperetur honeſtè, ex hoc dedignatus rediit ad propria, & ſtatim moritur. Interim verò Errorius & Antonius ejus nepos & Camerarius ſatagebant undiq; pecunias acquirere per fas & nefas, de neceſſariis ſumptibus, ut dicebant, ad faciendam dictam unionem. Et quia tunc temporis quidam nuncii Angliæ regis in Curia Errorii erant præſentes, qui vehementer inſtabant penes ipſum Errorium, quòd reverendum patrem dominum Ricardum Epiſcopum Saresbirienſem tunc Archiepiſcopum Eboracenſem, magiſtrum in ſacra pagina, virum valde induſtrium & virtuoſum, tunc à Curia abſentem, de Metropoli Eboracenſis ad ejus ſuffraganeum, ſcilicet Eccleſiam Saresbirienſem transferret: quod factum fuit per Errorium reclamantibus & invitis eiſdem Cardinalibus, paucis exceptis intuitu magnæ ſummæ pecuniæ ob hæc dictæ cameræ perſolutæ, licet eidem Epiſcopo tunc Archiepiſcopo non diu ante ipſe Errorius bona fide promiſiſſet, quòd eum de ipſa Metropoli ad inſtantiam cujuſcunq; non transferret: quod palliavit, dicens, quòd rex Angliæ præfatum Epiſcopum tunc Archiepiſcopum non diligeret, ſed vellet quòd alter ſibi dilectus præficeretur Eboracenſi eccleſiæ in paſtorem,

Antonius de Butrio moritur.

Submovetur dignus à Metropoli intercedentibus Plutone-Mercurio ac Mammona.

XVI.

QUIBUS INGENIIS GREgorius pecunias corraſerit, ſacramq́; legerit ſupellectilem,

CAPUT XXII.

PRÆTEREA cùm Errorius ab eadem urbe recederet,& opus eſſet loco ſui vicarium ad regendam urbem in ſpiritualibus & temporalibus in ipſius abſentia deputare, dominum Petrum de Hambaldis diaconum Cardinalem natione Romanum, ætate juvenem,& eundem Paulum de Urſinis ad regimen hujuſmodi deputavit, & cum eodem Paulo de certa pecuniæ ſumma convenit infra tempus trimeſtre ſibi miniſtranda. Et quia camera tunc fortè multa pecunia referta non fuerat,cum Florentinis practicavit,quòd ipſi pecuniam,ſcilicet decem milia florenorum auri, eidem Paulo ſolverēt,ita tamen quòd pro eadem ſumma à clero in dominiis Florentinorum exiſtente,triplum exigere poſſent.Sed quòd iſta conceſſio fuerit juſta,non videtur:ſcio enim,quòd ex illa conceſſione multa fuerunt anormala ſubſecuta,dictiq́; vicarii in urbe,interim gabellas duplicarunt, quod in maximum ipſius urbis præjudicium redundabat,necnon etiam à clero ejuſdem urbis magnas pecuniarum ſummas quomodolibet exegerunt,quæ in utilitatem armigerorum,qui cum eodem Paulo militabant,ut verba ſonabant, converſæ fuerunt. Et quia forſan propter varias calamitates ac damna, quæ urbicolæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſeculares& regulares tūc & antè per aliqua tempora ſuſtinuerunt, multæ ex perſonis eiſdem impoſitas ipſis tallias juxta ratam in prompta pecunia ſolvere non valebant, non habito reſpectu ad Deum & religionem locum tenentes Errorii in urbe capi, & tandiu in carceribus detineri fecerunt, donec impoſitas eis tallias ſolverent, & eo prætextu valde multi calices, cruces, candelabra & alia pretioſa jocalia, aurea & argentea, eccleſiarum & monaſteriorum Urbis in monetam conflata fuerunt, vēdebantur & impignorabantur multæ domus, vineæ ac aliæ meliores poſſeſſiones hujuſmodi eccleſiarum & monaſteriorum. Et tunc practicabantur per ipſos vicarios illa,

Proh Iupiter quale pactum.

Opera Antichriſti: nā Turci humanius agunt, religioni vix adeo pernicioſi hoſtes.

quæ leguntur in jure, videlicet nunquid verò hæc ipſa venerabilia Dei templa à præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefaria violata proclamant, & urbis ipſius retroactis temporibus incorrupta conſtantia, ſub regentis eo tempore nefando ſubverſa regimine. Et quia hæc mala, quæ ſub regimine pro Errorio regentium taliter perpetrabantur, ipſe Errorius & Romani cives diſſimularunt, forſan juſto Dei judicio adverſitates plurimas prædicti urbicolę propterea poſtea ſuſtinuerunt, ſcilicet famem & rerum penuriam, & alia multa mala, quæ guerræ producere conſueverunt, & infra breve temporis ſpatium ipſa Roma ad manus dicti regis Ladislai annuente præfato Paulo devenit: quo facto dominus Cardinalis repentinè inde recedens, ad civitatem Senenſem declinavit, ubi per plures menſes morabatur, etiam diſſimulante ac tacente, imò conniventibus oculis ad hæc omnia Errorio tranſeunte.

DUOS PRÆSTANTISSIMOS CARdinales recta monentes obaudit Gregorius, novas inſuper fraudes, quò diutius retineat imperium, commentus: ubi advertere licet, quàm irrequieta ſit dominandi libido, & quàm difficilè imperium ſemel arreptum dimittatur, ut canis à corio nunquam abſterrebitur uncto,

CAPUT XXIII.

PRæterea eà tempeſtate reverendiſſimus pater dominus Franciſcus tituli ſanctorum quatuor coronatorum presbyter Cardinalis, quem etiam dictus Innocentius creaverat in Cardinalem, & deputavit adminiſtratorem eccleſiæ Burdegalenſis, cui per multos annos diu ante ut Archiepiſcopus præſidebat, licet tunc eſſet valde remotè a partibus Italiæ, & in Aquitania conſtitutus, & valde ſenex, ſentiens, quòd dicta unio fieri debebat, ut præfertur, cum peritorum in ſacra Theologia & utroq; jure, cum decenti comitiva debito tempore ad Saonam per mare pervenit, ubi fuit per Petrum de Luna & ſuos Cardinales honorificè receptus. Ipſe autem ad

ventum

ventem præfati Errorii prope Saonam in mari in galea, in qua illuc venerat, diutiùs præſtolando, credens quod Errorius etiam illuc veniret, ſed tandem de contrario informatus, ad Errorium tunc exiſtentem in civitate Senarum laborioſè pervenit, exiſtimans quòd ipſum Errorium inducere poſſet rationibus & perſuaſionibus, quòd ſaltem ſuam cunctationem purgando iter ulteriùs continuaret verſus Saonē, ita quòd ibi eſſet in ultimo termino ad faciendam dictam unionem perſonaliter conſtitutus. Sed ipſe dominus Cardinalis in hoc proficere non potuit, quamvis multum importunè ſero & mane apud Errorium ſuper hoc diligentiſſimè laboraret. Præterea Cardinalis Quinqueecclesienſis, natione Hungarus, quem dictus Urbanus in primordio ſui pontificatus creavit, & qui nunquam fuit in eadem Curia Romana pòſt quàm ſchiſma incœpit, ſed in partibus Hungariæ tunc continuò remanſit, qui erat decrepitus, cùm audiret, quòd dicta unio fieri deberet, de ipſa Hungaria venit cum magna & decenti comitiva ad Errorium. Contigit autem hunc Cardinalem in civitate Senarum graviter infirmari, ſed conſpiciens quòd Errorius & Antonius Camerarius, necnon Paulus nepotes ejuſdem Errorii ſollicitam cuſtodiam facerent ad perſcrutandum per pleroſq; miniſtros eorum, quando dictus Cardinalis expiraret, ut ipſi ejus equos, pecunias, jocalia & alia bona, quæ ibidem habebat, pro ſe recipere poſſent, inde dedignatus vehementer fertur dixiſſe: Verè nec me, nec bona mea habebitis: nec mora, quoddam ligneum vehiculum, in quo portaretur, ſibi præparari, & in illo uſq; Venetias ſe portari fecerat hyemali tempore, ipſius Errorii, dum recederet, licentia ſeu benedictione nec habita, nec petita, ſed infra breve tempus poſtea perveniens ad propria deceſſit. Tandem verò idem Errorius ne penitùs videretur velle ab unione recedere, multas alias cautelas adhibuit, qualiter omnes tam Cardinales, quàm Curiales ac etiam communem populum deciperet, ita quòd crederent ipſum utique velle dictam unionem facere, quamvis hoc in mente non haberet, ita quòd aliis de nocte quieſcentibus ipſe vigilabat, cogitans qualiter aliquod comptum ſeu coloratum mendacium inveniret, per quod mane facto excuſaretur, quomodo per eum non ſtaret quòd dicta unio fiebat. Unde aliquos ſibi alliciendo Mendican-

Vide quid faciat, & quã irrequieta ſit d.mini libido.

Novæ artes imperii retinendi.

tium ordinum fratres illis varia promiſit, inducendo eos, quòd infra Miſſarum ſolennia Senis, & in aliquibus aliis locis inſignibus, in eorum ſermonibus ipſum Errorium excuſarent coram populo ibidem ad audiendum Miſſarum & alia divina officia congregato, quare dictam unionem cum eiſdem Petro & ſuis Cardinalibus non feciſſet, nec ſalva conſcientia facere poſſet, & ſuper hoc ad minus decem & octo articulos fecerat publicari, & inter alios hujuſmodi articulos cavebatur, quòd ſi ipſe ejus Papatui cederet ad illum finem, ut exinde ipſa unio ſequeretur, in hoc mortaliter peccaret, necnon animam ſuam pœnis infernalibus cruciandam perpetuò condemnaret, propter animarum pericula & etiam grandia corporum diſpendia, quæ inde veriſimiliter conſequi poſſent, & multa alia figmenta continent hujuſmodi articuli, quibus multos ſimplices hi Prædicatores decipiendo traxerunt ad opinionem falſam qualitercunq; Errorii fovendam. Ipſi ſermocinantes addiderunt dicendo populo, quòd ſi Errorius & ſui Cardinales & Curiales iviſſent ſeu irent ad Saonam, omnes fuiſſent aut eſſent filii mortis, prout Petrus & ſui Cardinales ac eorum complices infallibiliter ordinaſſent. Præter hoc etiam dictus Errorius illudendo ſuis Cardinalibus & Curialibus ac communi populo, ut utiq; crederet ipſum dictam velle facere unionem, cùm ſecurè illud fieri poſſet, decrevit fieri quaſdam proceſſiones ſolennes per eandem civitatem Senarum, quibus ipſe coopertus hypocriſis pallio, & ſui Cardinales præfati ſe immiſcuerunt, & prædictas proceſſiones ſequentibus largas peccatorum indulgentias dedit, ac quaſdam literas ſuas ſuper ſimilibus indulgentiis & peccatorum remiſſionibus fabricatas orantibus, quòd dicta fieret unio, per plerosq; Beguardos, necnon eorundem Mendicantium fratres ad diverſa regna & pro vincias fecerat apportari. Necnon iterum quærendo novas excuſationes, qualiter ipſos Cardinales & Curiales ac populum deciperet, ut crederent, quòd ipſe dictam unionem facere vellet, eo prætextu cum domino, qui civitatem Lucanam tunc rexit, ꝑ medias perſonas diu tractavit, quòd ei annueret, quòd illuc accedere, necnõ ibi ſtare per aliqua tẽpora poſſet ad tractandum interim cum Petro de Luna & ſuis Cardinalibus, q̃ illinc ad duas dietas vel circà tunc degebant, ſuper finali cõcluſione unionis ejuſdem. Et cùm dictus regens Errorio in hoc

Operæpretiũ eſt animadvertere, qua ratione ſub ſpecie pietatis atq; religionis mortales fallãt hi præſtigiatores omniũ peſſimi atq; pernicioſiſſimi.

hoc annuiſſet, Errorius ad prorogandum ejus acceſſum ad dictam civitatem Lucanã malitioſè novas cautelas invenit, & innuens ſe de ipſo dubitare, multos obſides ſibi dari pro ejus ſecuritate poſtulabat. De quo vehementer admiratus, regens fertur dixiſſe: miror, quare me tentat iſte dominus: rogat enim me, quòd venire poſſit ad terras meas, & de me dubitare videtur. Cõvocato igitur ſuper hoc conſilio magis notabilium civium Lucanorum ad deliberandum qualiter hoc caſu procedere poſſet, cum ipſis inito conſilio decretum fuit, quòd ſibi audacter daret XL. vel L. de civibus Lucanorũ in obſtagium, ſi eos utiq; vellet habere, ne tantum bonum dictæ unionis, ſi ſecus fieret, negligeretur. Quod dictus regens acceptavit, & ſic ſe facturum omnino ad nutum dicti Errorii, ei reſcripſit. Credidit tamen ipſe Errorius, quòd hoc prædictus regens nõ faceret, ſicq; unionis hujuſmodi negocium inficeret per obliquum: ſed ipſius oppoſitum reperiens, id Errorius ſuper hoc nunciis reſpondere dicti domini ad eum deſtinatis per dies aliquot retardavit, qui deinde novam cautelam adinvenit, dicens, quòd non in civitate Lucana, ſed in caſtro Petraſáncta, quod eſt dicti regẽtis fortiſſimũ, nec longè diſtans à mari, ad tractandum ſuper eadem unione vellet ſtare pro ejus ſecuritate, ſi illud dictus dominus Lucanorum ad hoc tradere vellet, licet dictæ unioni non intenderet, ſed ut eam his velamentis eluderet. At oblata ei hujuſmodi facultate ab eodem regente abſq; obſidibus in principio menſis Januarii cum Cardinalibus ad civitatem Lucanam ingreſſus, fruſtra terendo tempus ad principium menſis Auguſti ibi egit. Interea multorum principum ambaſiatores ad Errorium illuc miſſi multis adhortationibus orationibusq; publicis conati ſunt eundem cum Petro de Luna componere. Ita civitates quoq; Italiæ, Florentini, Perusini & Bononienſes precabantur, quòd tandẽ moras tolleret, ut expectata jamdiu unio fieret coram Petro de Luna & ſuis Cardinalibus, proponendo, quæ ad hoc facerent. At finaliter per ipſos contendentes de Papatu fuit hinc inde concluſum, ut prædictis oratoribus reſpondendũ eſſet à quolibet, quòd videlicet per eum non ſtaret, quin dicta unio fieret. Errorius verò licet eſſet Theologus, ad exercitium tamen eorũ, quæ ſpectabant ad Papatum, ignarus, ſedens in cõſiſtorio & ad audiendum propoſitiones, q̃ corã eo fiebant per advocatos, in

Alius malitia prætextus.

En quomodo dominandi cæca captus libidine ex hoc in aliud rapitur Gregorius absq; Siſyphi ſaxum cervicib. ſuis imminere credens.

Hui qualis theologus.

in reſponſis titubabat: videns autem ſe per hoc derideri, ſumpſit rancoris materiam contra eoſdem, dicens, eos contra eum conſpiraſſe, quòd ipſe Papatui ſuo cederet in præjudicium obedientiæ ſuæ & favorem partis adverſæ. Unde quãdoq; ipſos Cardinales ad palatium ſuum tempore congruo accedentes ad ſe venire non permiſit, ſeq; munivit multis armigeris ſive ſtipendiariis, ac ſi haberet de ipſis Cardinalibus & Curialibus meritò dubitare, licet ipſi Cardinales & Curiales continuè ſibi omnem reverentiam ac honores debitos exhiberent. Et ſub illo colore ad palliandam ignorantiam ſuam in practica & Theologia juris Canonici plerunq; de ſero poſt veſperas nullo Cardinali præſente, & paucis etiam illic tunc advenientibus Curialibus ipſos advocatos audivit in cauſis eiſdem, & ut delirus inter eos ſedendo aliquando concedenda concedere denegabat: non ſciebat enim diſcernere, quid in talibus aut concedere, vel negare deberet, quia Nemo in illo proſperatur, quod ignorat. Unde etiam quandoq; ordine turbato nocturno tempore aut ſero vel mane contra ſolitam conſuetudinem dictę Curiæ ſemper pro ejus libito voluntatis abſq; conſilio dictorũ Cardinalium quoſdam creavit Epiſcopos & Abbates, necnon omnia faciebat, ſicut prædictus Antonius Camerarius & Paulus ejus nepotes, qui eum rexerunt, fieri voluerunt. De quo multum erat murmur inter Cardinales & Curiales, at is hoc diſſimulans non curavit. Idem etiam Errorius tunc indifferenter cœpit facere gratias expectativas quibuſcunq; petentibus in Senis & in Luca, necnon interim etiam cum præfatis nunciis dicti regis Ladislai, qui apud ipſum frequenter erant, occultas conventiones dicitur feciſſe, videlicet quòd eidem regi urbis necnon civitatum & terrarum ac locorum Romanorum eccleſiæ prædictæ vicariatum concederet in temporalibus pro magna pecuniæ quantitate, ad quod rex ipſe ſollicitè aſpirabat, licet in propriis contentari meritò potuiſſet. Promiſit enim rex ſe facturum magnalia præfato Errorio ſuiſq; nepotibus, & inter alia quòd eundem Paulum comitem faceret in regno Siciliȩ memorato in non modicam diſplicentiam Romanorum Cardinalium & Curialium.

Stupiditas Gregorii in rebus agendis forenſibus.

GRE-

GREGORIUS CONTRA RELIGIOnem ac juſiurandum, & Cardinalium ſuorum contradictionem nepotes galero donare inſtituens, vix multorum precibus exoratus abſtinuit: eiq; de unione fruſtra canitur.

CAPUT XXIIII.

DUM autem appropinquaret Quadrageſima, quidam mercatores in regno Siciliæ ſcripſerunt mercatoribus eorum ſociis Lucæ degentibus, quomodo prædictus rex Ladislaus concluſiſſet cum dicto Paulo de Urſinis, quòd ipſo Paulo cooperante dominium dictæ urbis adipiſceretur in brevi ſine bello, prout contigit. Quod dum ſentirent dicti Curiales, de hoc magis dolebant, dicentes quòd illud non concederetur abſq; conſenſu Errorii. Et cùm Errorius & Antonius Camerarius ac Paulus ejus nepotes ſentirent, quomodo rex & Paulus de Urſinis invicem concordabant, gaviſi fuerunt gaudio magno. Unde prædictus Errorius tunc primùm diu antè per ipſum conceptum virus evomuit publicè contra vota & juramenta ſua. Dixit enim Cardinalibus, ſuæ intentionis eſſe, quòd dictum Antonium Camerarium & alium ſuum conſanguineum Gabrielem Condelmarum etiã Venetum, & duos alios creare vellet Cardinales. Reſpondentibus autem ſibi Cardinalibus, quòd illud ea vice nullatenus expediret, cùm ipſi eſſent numero ſufficientes, & ſi in hoc conſentirent nulla neceſſitate urgente aut utilitate ſuadente, ipſi viderentur à votis & juramentis eorum licitis, neceſſariis & honeſtis turpiter reſilire: tunc enim Petrus & ſui Cardinales in Portu Veneris morantes dicere poſſent, quòd revera per eos non ſtetiſſet, quin prædicta unio facta fuiſſet, ſi Errorius & ſui Cardinales eis promiſſa & pacta non ſervaſſent. Sed idem Errorius in reprobum ſenſum datus, contra eoſdem Cardinales magis & magis ad iracundiam commovebatur, aſſerens quòd eſſent in omnibus ſibi contrarii: & tunc fecit, quòd tandem ipſi Cardinales annuerũt, quòd Antonium ſolum crearet Cardinalem, dum tamen

ad faciendam dictam unionem cum Petro & ſuis Cardinalibus ulteriùs procederet: quia in hoc eum vellent ad ipſius beneplacitum in omnibus juvare. Quibus reſpondit, ad ipſũ ratione ſui Pontificatus pertinere, quod quos & quot vellet, creare poſſet Cardinales. Nec rationibus, nec precibus eorũdem Cardinalium, quòd à creatione ipſorum novorum Cardinalium ſuperſederet, aliqualiter induci potuit, ſive flecti. Quod videntes multi venerabiles Epiſcopi & etiam alii magnæ authoritatis viri, qui de Polonia, Pruſia & aliis diverſis regionibus & longinquis partibus ad Errorium acceſſerunt, cohortãdi ejus gratia, quòd dictam unionem faceret, ipſum obnixè rogarunt, quòd ſuperſederet illa vice, quo ad creationem novorum Cardinalium, ne ex hoc inter ipſum & dictos ſuos Cardinales ac Curiales ſcandalum oriretur, & daret Petro & ſuis Cardinalibus materiam rurſus abeundi ſine unionis non ſecuto, ſicq; Errorius & ſui Cardinales atq; Curiales undique diffamarentur, quòd ipſi dictam unionẽ, quo minùs fieret, modis omnibus impediviſſent. Sicq; tandem & vix hujuſmodi precibus motus idem Errorius per aliquas ſeptimanas ſuperſedit non creando novos Cardinales antè dictos.

VERITATIS ATQUE JUSTITIÆ prædicator, Gregorio unionem ſuadere conatus, carceribus mancipatur ab ejusdem nepotiſſimis nepotibus,

CAPUT XXV.

SED his ſic ſtantibus, cùm quidam frater ordinis Carmelitarum magiſter in ſacra Theologia, & natione Lucanus in Dominica mediæ Quadrageſimalis, cùm cantatur in eccleſia, Lætare Hieruſalem. coram Errorio & ſuis Cardinalibus infra miſſarum ſolennia ſermocinaretur, ipſumq; Errorium multùm exhortaretur, ut tollendo moras dictam unionem faceret cum ſuis adverſariis antè dictis, tangendo etiã juramenta & vota Errorii per eum ſæpiùs repetita, quæ ipſũ ad hoc meritò conſtringebant: præfati Antonius Camerarius & Paulus laicus ejus nepotes circa horam veſperorum ipſa die præfatum fratrem de majori eccleſia Lucana, in qua ipſe

ipſe & omnes ambaſiatores & oratores ad Errorium deſtinati convenerant ad tractandum aliqua utilia ſuper facto unionis hujuſmodi, nec ſanctitati loci, nec libertati eccleſiæ, aut ipſis oratoribus in aliquo deferentes, impetuoſè ac irreverenter extrahi atque incarceribus turpiter detrudi fecerũt, in quibus eum per aliquot dies poſtea detinuerunt incluſũ, & niſi bonos habuiſſet auxiliatores, forſan lumen cæli de cætero non vidiſſet: cui demiſſo tandem injunxerunt inter alia pro pœnitentia, quòd publicè prædicare de cætero non deberet. Tunc Errorius inde recepta cautela noluit deinceps ſermonem fieri coram eo in publico, niſi priùs ille per aliquos ſuos charos perlectus exiſteret, atque placeret eiſdem, Et cum feſtum Paſchæ in proximo inſtaret, aliqui Epiſcoporum prædictorum, qui tunc erant præſentes in eadem Curia, ſibi formantes conſcientiam de perjurio ipſius Errorii, quia per tam varias calliditates & aſtutias hujuſmodi unionis negotium protelabat, nec videbatur ad illud exequendum propenſus, ne remanentes Lucæ infra feſta Paſchalia eos cum dicto Errorio oporteret in divinis officiis participare, paſſim ſub diverſis coloribus ad alia loca propinqua declinarunt: ſicq; idem Errorius ſe habuit in præmiſſis & circa eoſdem ſuos Cardinales, quòd penè omnibus Cardinalibus & Curialibus ipſis reddebatur exoſus: Et quia tunc temporis hujuſmodi ambaſiatores, qui adhuc erant in Curia præſentes, inſtabant ſatis importune & continuè apud ipſum Errorium, aliqui eorum orantes ſeſe dimitti, ut ad propria redire poſſent, cæteri verò ut pro Dei amore ad dictam unionem faciendam procederet latè remotis obſtaculis quibuſcunque, adjicientes, quòd ipſi propterea illuc de longinquis partibus magnis periculis & ſumptibus veniſſent, diuque ipſum ſequendo non viderent effectum aliquem in unione prædicta, nec ipſi poſſent in Luca tot ſumptus ſeu expenſas facere deinceps, prout huc uſque feciſſent: tunc prædictus Errorius ſub diſſimulatione aut fortè magis verecundia, ne dicti ambaſiatores ab eo ita nudè ac infecto negocio abirent, qua cauſa ceu amore dictæ unionis faciendæ ſcripſit prædicto Petro, ut ſequitur, in hæc verba:

Eãt in malam crucẽ, quotquot his delicatis auribus obſequuntur. Si unquam alii fuerũt, certè his diebus noviſſimis (juxta divi Pauli vaticinium) ſumus auribus prurientes, &c.

Teuer

TENOR FUCATÆ ATQUE EMENtitæ excuſationis, & adhortationis unionis fiendæ per Gregorium ad Benedictum tranſmiſſæ,

CAPUT XXVI.

GREGORIUS Epiſcopus, &c. Pètro de Luna, quem nonnullæ gentes in hoc pernicioſo ſchiſmate Benedictum XIII. appellant, pacis & unionis affectum. Accepimus hodie literas tuas datas in Portu Veneris IIII. Kalendas Aprilis, per quas ſalvum conductum à nobis pro Joanne Rothomagenſi & Petro Terraconenſi prætenſis Archiepiſcopis tuis nuntiis cum centum equitibus & viginti peditibus tibi poſtulas deſtinari: ſuper quo non immeritò mirari compellimur, cùm apud te ſint præſentialiter conſtituti oratores noſtri pleniſſima poteſtate & mandato fulciti ad concluſionem loci idonei & decentis concordare parati, quid hujuſmodi tranſmiſſio nunciorum tuorum afferre poſſit & moram & temporis perditionem. Conſtat enim in hujuſmodi miſſionibus nunciorum, ac in excuſationibus per eos faciendis neceſſariò tempus ad dilationem ineſſe, ex quo tardatur illa, quam totis viribus amplecti debemus, pacis & unionis acceleratio ſalutaris, videmusque tam longa tempora ſuper hac materia fruſtratoriè hactenus fuiſſe conſumpta, ab intimis proculdubio videatur dolendum. Poſtquam enim hujuſmodi viſum fuit, ut in loco idoneo & decenti pro ſedatione hujuſmodi deterrimi & abominandi ſchiſmatis perſonalis utriuſque fieret convētio, ſcimus nos oratores noſtros Maſſiliam deſtinaſſe, qui ſunt ad locum Saonæ deducti. Quanquam illud eſt contra mentem & intentionem noſtrã, & contra mandatum eiſdem nunciis per nos injunctum, tamen ex quo conventum fuerat, voluimus non approbando, ſed experiendo ex abnudanti charitatis noſtræ fervore diligentiam impertiri, atque omni via & modo niti, ſi illa, quæ conventa fuerant adimplere poſſemus: ſed tamen quantacũque diligentia per nos adhibita, galeas quas nobiſcum ducere & ibi retinere tenebamus, & in quibus ſe charitas & liber-

Una manu panē oſtentat, altera lapidem geſtat Gregorius.

Nunquid ridiculũ, imò deteſtandũ,

tas noſtra ac poteſtas veniendi, ſtandi & recedendi pro noſtro arbitrio voluntatis ſecundum intentionem contrahentium conſiſtebat, ut notorium eſt, habere nequiremus, providentes, quantum in nobis erat, ne tempus perderemus, confeſtim de menſe Auguſti proximè præterito tibi nota fecimus impedimenta ac difficultates ſuper habendis galeis nobis & parti noſtræ manifeſtiſſimè incumbentia, & cum omni charitate & ſinceritate intendentes mutatione loci pro efficaci unionis concluſione, vel ſaltem alias ſecuritates propter defectum galearum poſtulavimus, & ut paratiores ad iſta nos exhiberemus, per terram ab illa alma Urbe profecti, primò Viterbium, deinde Saonam cum noſtra Curia pervenimus: voluimus etiam per Lombardiam, quamvis multis & variis bellorum turbinibus ad terras dilecti filii nobilis viri Theodorici marchionis Montisferrati, quæ ſunt propinqua Saonæ, cum eadem noſtra Curia proficiſci, à qua profectione multiplices reſiſtentiæ bonis, ut putamus, reſpectibus nobis factæ per eos, qui conditione ipſius Lombardię formidabant, nos retraxerunt. Sed poſtquam ſecuritates juſtiſſimæ poſtulatæ nobis nō præſtabantur, vellemus ſaltem, ut tantus pacis & tranquillitatis in populo Dei reducendi affectus apud te valuiſſet, & non ſuſtinuiſſes tempus illud fruſtra conſumi, nec feſtum omnium Sanctorum damno eccleſiæ & animarum periculo expectatum fuiſſet: nam cùm locus Saonę propter unionem fuiſſet appoſitus, non autem unio ipſa propter locum Saonæ, fuit ſic pertinaciter in eodem loco inhærendum, ut inde turbatio atque dilatio oriretur, quod ad facilitatem & accelerationem fuit adinvētum: placuit tibi in hujuſmodi loco diutius inhærere, quod utilitas Chriſtianorum penitùs abhorrebat, nec, quamvis nobis ſæpius & dilectis filiis Florentinenſibus & Senenſibus per ſuos oratores inſtantiſſimè poſtulantibus, ante feſtū omnium Sanctorum alium tractatum in materia ipſa recipere, ex quo magna proculdubio fuit temporis facta jactura: miſimus poſt hoc Saonam nuncios noſtros à principio allatos, prout ex ipſo tractatu per rationes tunc aſſignatas tenere videris: ad veniendum fuiſſes requiſitus, & alia quædam loca idonea & habilia per eoſdem nuncios nominata fuiſſent: doluimus, quòd cæteris, quæ haberi poterant, omiſſis

Iam ardua res hanc frivolā afferri excuſationem.

Et te quoq; ambitioſiſſimū hominē Chriſtianorum unitas meritò abhorrebat, quando tui nē Chriſtianos tuos no:

potes parvi- ſti atq; mâ- mona ini- quitatis in- abstraſti.

ſis in loco Petræ ſanctæ, quem ſciebas nobis eſſe denegatū, inſiſtere voluiſti, ut in hoc etiam tempus perderetur, & ſecutum fuit deinde, ut per nos ad civitatem Lucam, & per te ad Portū Veneris tranſiretur: quibus in locis poſtquā fuimus, & de alio loco pro hujuſmodi conventione tractaretur, ſatis manifeſtū eſt, unde difficultates moræ atq; dilationes oriātur. Tu enim, ut oratores tui in præſentia noſtra publicè affirmarunt, nullū locū acceptare intēdis, niſi ſit maritimus, & dominiū ejuſdē in noſtris ac tuis manibus liberè concedatur: quæ duo magnas generant in hac parte difficultates: primò, quòd ad maritima coartandum multa loca habilia & idonea excluduntur, & ampliſſima locorum copia ad paucitatem reſtringitur. Deinde, quæ loca idonea ſunt, eorum dominia haberi non poſſunt, ac etiam ſi hujusmodi locorum dominia haberentur, gentes armorum, capitaneo cuſtode, victualium proviſiones & plura alia neceſſaria videntur, quorum difficultas in proſecutione hujusmodi tractatus nobis de die in diem magis innoteſcit, quæ omnia augent impedimenta, celeritatem retardant, pericula portendunt, impenſas requirunt magnas, ad quas camera Apoſtolica jam diu pecuniis exhauſta non ſufficit, ut potiùs ad impediendam unionem, quam ad tollendam diviſionē hujuſmodi qualitates quæſitæ videantur: nos autē putamus, hoc negocium, quod Dei eſt, & ad pacem tendit, pacificè & ad charitatem ſine armis & ſine ſtrepitu humanarū vanitatum confici debere. Itaq; nobis illa via magis placebat & placet, ut ſub uno aliquo domino, vel dominio, in quo utraq; pars tuta foret, hujusmodi fieret conventio perſonalis: hæc enim via omnia impedimenta excludit, omnes ſcrupulos repellit, omnes amputat difficultates, pro cujus executione Florentinenſis & Senenſis loca habilia & decentia tam maritima & terreſtria, & inſuper civitatem Lucanam pro parte noſtra fecimus offerri, & præcipuè civitatem Piſanam, qui locus eſt ſic idoneus, ut nullus magis valeat reperiri, diviſus flumine, galeis, ſecundum quod tu optare videris, acceſſibilis, abundans victualibus, capax multitudinis, totus & omni reſpectu ſic accommodus, ut ad ipſam conventionem fabricatus videatur, in unius diei ſpatio nos per terram, & tu per mare ad eundem locum convenientes pacē Chriſtianitati reddere poſſumus,

Rectè indicaſti: nā id manifeſtiſſimum eſt.

Et id quoq; omnino credibile, tibi maximā in deponendo principatu difficultatē videri.

Piſarū opportunitas atq; cōmoditas adhabendā perſonalē conventionē inter Papas.

& tam

tam infamem maculam de conſpectu eccleſiæ abolere: hūc locum,tam propinquū,& tam idoneum,& capacem, declinare,& ad caſtruncula non capacia atq; decētia & multas & magnas difficultates continentia convertere nullā habere poteſt ſynceritatē. Quòd ſi magis duo loca pro hujuſmodi conventione deſideras (quanquam hæc duorum locorum conventio minùs expedita fore dinoſcitur ad accelerationem accommoda unionis)tamē ſi quocunq;reſpectu deſideras,nulla invenies magis idonea,quàm illa,quorum tractatum nuper cum Florentinenſibus oratoribus introduxiſti,Piſas ſcilicet & Liburnum,in quibus miramur te voluntatem ſupervenientem ſine cauſa mutaſſe.Nos enim dictorum locorum tractatum promptiſſimè recepimus, & per nuncios noſtros tibi fecimus afferri:unde cùm pro unius & plurium locorū materia talia obtulerimus, quibus meliora & commodiora offerre non potes, cumq; nuncii noſtri apud te conſtituti de loco & locis hujuſmodi cōcludere ſint parati,& ſufficienti poteſtate ad concludendum fulciti,non videmus quòd in iſtis miſſionibus nunciorum tempus ſit amplius admittendum,præſertim cùm ipſi Joannes & Petri nuncii tui,quos nunc remittere quæris, paulo antè apud nos exiſtentes ſatis longum tempus nihil agendo conſumpſerunt, & Piſarum Liburniq; tractatum à te per Florentinorum oratores,ut præfertur, motum & per nos acceptum, ſuis operibus non dubitarunt impedire, mittimus tibi nihilo minùs ſalvum conductum, quem poſtulas,hortantes te & requirentes,ut velis ſinceram & promptam efficaciam circa concluſionem tanti & tam deſiderati boni effectualiter adhibere. Datum Lucæ Kalendas Aprilis, noſtri Pontificatus anno ſecundo.

RESPONSIO BENEDICTI AD SUprà dictas excuſationes,& adhortationes,

CAPUT XXVII.

IPſe autem Petrus nunciis prædicti Errorii cum præfata epiſtola ſibi directis per medias perſonas, & non per ejus literas,ſive bullam reſpondit,ut ſequitur:

Ex par-

Ex parte ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini Benedicti divina providentia Papæ XIII. ad expoſita & infrà ſcripta tradita per vos venerabiles ambaſiatores reverendiſſimi domini Angeli Corarii, qui ſe facit Gregorium appellari, ad quæ in ſcriptis reſpondere petiſtis, reſpondetur, ut ſequitur: Et primò ad contenta effectualiter in prima ſchedula veſtra dicitur, quòd ſanctiſſimus dominus noſter cujus tota affectio & ſollicitudo in hoc verſatur, ut peſtiferũ hoc ſchiſma tollatur radicitùs, & unio ſalutifera in Dei eccleſia celeriter ſequatur, circa unionis proſequendæ & Deo dãte obtinendæ materiam proceſſit & procedere intendit, non per cautelas ſeu dilationum exquiſitos fucos, non per mundana & cavilloſa ingenia, non per variationes & ſimulationes confictas, depictas coloribus, ſed purè, liberè, devotè & ſyncerè de divina gratia & protectione ac ſanctorum & Chriſti fidelium meritis & interceſſione confiſus, rejecta tamen temeraria præſumptione ac divinæ majeſtatis tentatione, quæ in ſacra ſcriptura non immeritò reprobatur: pro qua quidem unionis concluſione, quantum in ipſo eſt, perficienda, ad locum, imò loca concordata & præfixis terminis non ſine magnis laboribus & expenſis jam advenit bina vice: itaque dilationes, difficultates atque perplexiones & involutiones, quas circa locum mutuæ conventionis exortas prætenditis, à domino noſtro Papa, aut ſui, vel ſuorum culpa, vel contumacia ipſa exhibitione operis hoc evidenter comprobante nullatenus proceſſerunt, quod cuilibet rectè ſentienti clarè apparere poteſt, ſi geſta & adimpleta oblataq; & acceptata per dominum noſtrum & nuncios ſuos circa materiã perpenſiùs attendãtur. Nam certum eſt, quòd dominus noſter in Maſſilia reſidens, ambaſiatoribus reverendiſſimi domini Antonii prædicti, ac etiam ex cauſa cum ſufficienti poteſtate illic deſtinatis plura loca decentia & habilia obtulit, & tandem factis deſtitutionibus omnium locorum hinc inde oblatorum de loco Saonæ unanimiter concordatum extitit, ad quem quidem locum dominus noſter cum ſuo ſacro collegio in forma & terminis conventis ſe perſonaliter contulit cum galeis & gentibus concordatis, non ad oſtentationem, nec alicujus offenſionem, ſed ad ſuam & ſuorum ſecuritatem & tutelam, quæ quidem materia galearum & gentium etiam in majori numero habendarum, ac domi-

nium

nium loci obtinendi à dictis oratoribus aſſerentibus ſe hoc à reverendiſſimo domino Antonio habere expreſsè in mandatis mota extitit, & ipſis inſtantibus juxta concordata dict reverendus dominus Antonius ad dictum locum omnino venire recuſavit & recuſat, non ſine multarum animarum & eccleſiæ detrimento. Sed ne propter dictam recuſationem, licet tam indebitam, unionis ſalutiferæ concluſio differatur, dum poſtea per dictos nuncios dicti domini Antonii fuit apertum, & requiſitum, quòd dominus noſter veniret ad locum pedeſtrem, idem dominus noſter zelo unionis accenſus ad hoc cum certis proteſtationibus, in quibus perſiſtit, condeſcendit, & ad hunc locum Portum Veneris venit, quanvis præfatus dominus Antonius ad locum de Petraſancta ſuprà nominatum venire recuſavit, licet dominus Lucanorum pro ſecuritate domini Antonii filium unicum & certos de ſanguine ſuo, & triginta vel quadraginta cives Lucanos vellet dare in obſides, ſeq; juramenta & alias juratorias cautiones facturum, & alia fortalitia dicti loci, arce ſuperiori excepta, in manibus dicti domini Antonii ſe traditurum offerebat, quam quidem arcem etiam in manus cujuſdã ſervitoris dicti domini Antonii ſe poſiturum, ut dicitur: obtulit: quibus ſecuritatibus ac gentium armigerarum comitiva, quam ſecum pro ſua cuſtodia tenebat, & continuò tenet, dictus dominus Antonius non contentus, nec etiam de veneranda Chriſti cruce ac ſanctorum reliquiis, & fidelium orationibus, ut veſtra optat ſchedula, confiſus, quia arcem ſuperiorẽ abſolutè, ut volebat, non habuit, ad dictum locum, qui tamẽ eſt in ſua obedientia, non multùm populoſus venire renuit, ſolumq; ad civitatem Lucanam poſt diverſis dicti domini noſtri nunciorum inſtantias ac dilationes varias per ipſum interpoſitas ſe finaliter tranſtulit. Sed nec his contentus dominus noſter finem unionis aſſequi celeriter cupiens, ſuos ad dominum Antonium iterum nuncios cum pleniſſima poteſtate pro ulteriori aſſecutione in hoc ſancto negotio agendorum deſtinavit: cum quibus dominus Antonius ſolùm de loco ad locum mutuæ conventionis, omiſſis præparatoriis, ſe velle tractare reſtrinxit: ſuper qua materia dicti domini noſtri nuncii locum de Liburna, & nonnulla alia loca, quibus dictus dominus noſter & dominus Antonius nunc reſidebat, propinqua & ſecura, vicina & utilia obtu-

Nonne vides quàm hæc omnia tyranno potius conveniũt, quàm Christi vicario?

lerunt, idq́; cum libera traditione eorundem locorum & fortalitiorum, necnon juramentis incolarum & habitatorum, de armiś ſeu armaturis ipſorum æqualiter domino noſtro & domino Antonio æquandis, & cum aliis ſecuritatibus neceſſariis & oportunis obtulerunt. Inſuper, quòd dominus noſter ſanctiſſimus veniret ad loca in limitibus obedientiæ ſuæ inter hunc locum Portum Veneris & civitatem Lucanam cõſtituta, & quòd dominus Antonius conſimiliter faceret, maximè cùm in limitibus partis ſuæ meliora & ſecuriora loca haberet tam ſub dominio Florentinenſium, q̃ dominio Lucanorum & aliorum. Quæ oblatio quantã æqualitatẽ, quãtam juſtitiam & rationẽ contineat, & ratio naturalis, juraq́; divina & humana, communisq́; in talibus practicata & obſervantiæ teſtantur, cùm per nonnullos quantumcunq; feroces inimicos de pace & concordia tractare cupientes hęc oblatio conſuevit refutari. Sed & ultrà, dum viri ſpectabiles oratores dominorum Venetorum ad proſequutionem unionis tranſmiſſi, conſpicerent recuſari per dominum Antonium ſcriptis, deliberatione præhabita zelo vnionis accenſi omnia circumſpectè conſiderantes, propoſuerunt tàm nomine ſuo, quàm nomine nunciorum illuſtriſſimorum principum dominorũ regis Franciæ & regis Poloniæ & Cracoviæ, ac dominorum Seneſium, quatenus dominus noſter ſanctiſſimus accederet ad locum de Venſa, & dominus Antonius ad locum de Caiaris munitum utique & ſecurum, quæ ambo conſtituta ſunt in obedientia dicti domini Antonii, & ſub dominio dicti domini Lucani, & ſita inter hunc locum Portum Veneris & civitatem Lucanam, & aptiſſima, prout ipſi teſtabantur, ad hoc opus perficiendum, & ſolùm ab invicem per duo, vel tria miliaria diſtantia, quæ ſatis pro celerĩ & ſecura expeditione agendorum pro uno loco poſſunt æſtimari, quæ cum plena traditione fortalitiorum ambobus præſtanda & aliis ſecuritatibus propoſita fuerunt. Quibus venerabiles nuncii dominorum Romanorum & Florentinorum poſtea ſupervenientes & alii multi in obedientia dicti domini Antonii in præmiſſis affuerunt: quæ quidem loca, licet pro domino noſtro maxima in omnibus eſſet inæqualitas, ex deſiderio tamen unionis celeriter conſequendæ dicti nuncii domini noſtri acceptarunt, & ſe ſuper hoc non cum facultatibus, conventionibus, involutionibus longi

temporis moram trahentibus, ut in tertia ſchedula veſtra propoſitis, ſed clarè, & planè, ac efficaciter concluſores obtulerunt, ac dictus dominus Antonius licet aliàs per inſtrumētum publicum obtulerit ſe venturum ad omnem locum obedientiæ ſuæ in Italia conſtitutum, & dictus locus de Cararis habilis tam per dictos dominos oratores, quàm ſecundū communem opinionem reputetur contra voluntatem & conſilium dominorum de ſuo collegio & ambaſiatorum præfatorum, & aliorum multorum de ſua obedientia, quanquam per nos ambaſiatores obtulerit ipſe dominus Antonius domino noſtro reſpondere rationabiliter venire, licet indebitè & ſine cauſa rationabili recuſavit & recuſat. Ex quibus ſatis patet, quòd dilationes circa perfectionem unionis ſacratiſſimæ difficultatesq; pro loco conventionis adhibitæ à domino noſtro nullatenus proceſſerunt aut procedunt, cùm, ut prædicitur, ad locum Saonæ concordatum venerit, & ex ſuperabundanti inſtante domino Antonio ad Portum Veneris & ultrà ad alia loca per ſuos nuncios oblata, imò, quod plus eſt, ad loca per Venetos met & concives ejuſdem domini Antonii & alios multos de ſua obedientia nominata, & etiam per ſuum prętenſum collegiū ſuggeſta & conſulta, idem dictus noſter ſanctiſſimus in uno loco cum veſtro veniat, juxta exigentiam tertii modi, nō ſine cauſa dominus noſter in admirationem de tanta variatione adducitur, quòd cùm nuper in Saona ipſe dominus Antonius per ſuos nuncios publicè obtulerat, quòd haberetur primus locus utriq; parti tutus, cujus loci dominium eſſe deberet in manibus utriusq;. Secundò, quòd haberent duo loca propinqua, quorū dominium poneretur in manibus unius prędictorū, & aliud in manibus alterius. Tertius modus, quòd ambo domini cū partibus ſuis fidem acciperent, & ſe ponerent in manibus unius domini, vel dominii, quorum modorum optionem dedit domino noſtro dominus Antonius prædictus: quā quidem oblationem etiā in ſcriptis in civitate Senēſi domini noſtri nunciis replicavit, & nunc omiſſis primo & ſecundo modis, qui tamen velut honeſtiores ac decentiores pro eccleſia, ſecuriores & utiliores pro negocio peragendo, & longè in omnibus pſtantiores, qui & de facili haberi poſſunt, videntur ſanè intelligenti tertio modo præferendi, nunc variando ad

etiam de obedientia dicti domini Antonii admiratione, contra conſilium & inſtantiam dominorum de ſuo prætenſo collegio & ambaſiatorum prædictorum, imò contra omnẽ quaſi opinionem omnium utriusq; irrationabiliter excuſatis, & injuſtè certos in genere, quos vos exprimitis ſuſpicione ſine colore & fundamento quocunq; prætendentes ſimulantesq; præterire, quæ dicitis, & quæ objecta probare non poteſtis, vultis ſaltem præmiſſa reddere criminoſa, atq; interrogati reſpondiſtis ad hujuſmodi ſanctum negotium cõcludendum, vos aliter aut aliàs de cætero minimè oblaturos, niſi prout in præmiſſis ſchedulis & ſuperiùs narratis continetur: ſanctiſſimus dominus noſter videns hæc omnia apertè ad temporis dilationem, quæ multùm huic dei cauſæ eſt nociva, evidenter tendere, cùm, ut dictum eſt, ſolùm aliàs oblata, quibus fuit pro parte dictorum nunciorum ſuorum ſufficienter reſponſum, offeratis, ne ulteriùs tempus inutiliter expendatur, ſuos nuncios ad reverendum dominũ veſtrum deſtinat de præſenti de ſua intentione pleniſſimè informatos, qui ſi p̃fatus reverendus domin⁹ Antonius ad aliqua rationabilia & unioni utilia & oportuna condeſcendere voluerit, cum ipſo breviter & absq; mora concludent & firmabunt ad laudem dei & bonum eccleſiæ atq; conſolationem totius populi Chriſtiani.

Hic deſideraverim Federicum aliquẽ, ac Ottonem, Romanorũ imperatores: qui hos tergiverſantes celeriùs concordaſſent.

TRACTATUS, CONSULTATIONES, atq; ſcripta nunciorum utriusq; Pontificis, pro parte utriusq; contendentis propoſita, ad differendam unionem pulchrè concinnata: quæ haud multùm abludunt ab his, quæ de ambitione Simonis ac Johannis Pontificum Judæorum Joſephus in Hiſtoria de bello Judaico ſcribit,

Caput XXVIII.

Cum autem oratores ſeu nuncii dicti Petri ad Erroriuṁ reverſi, valde importunè inſtarent apud ipſum, quòd eis finaliter reſponderet, quæ nam ipſius eſſet intentio ſuper unione hujuſmodi faciẽda, ipſe poſt aliquas excuſationes ſuas ſuper hoc more ſuo propoſitas ipſis bina vice infra eadem

ſeſta Paſchalia reſpondit, prout ſequitur, in hæc verba: Super materiam Piſarum & Liburni nuncii ſanctiſſimi domini noſtri domini Benedicti Papæ XIII. ut poſſet clariùs reſponderi, vellent inter alia de ſequentibus certiorari: Primò, ſi reverendus pater dominus Antonius abſolutè & ſine conditione infra brevem terminum nunc declarandum Piſas accedat. Item, ſi ilico tractatores, quorum numerum & qualitatem nunc exprimat, factum principale unionis intrare ad præparatoria, & ſolùm neceſſaria ad unionem & accelerationem ejuſdem tractare & concludere breviter voluerit cum effectu. Reſponſio Errorii: Cùm ſanctiſſimus dominus Gregorius divina providentia Papa XII. quandam ſchedulam per vos dominos ambaſiatores reverendi patris domini Petri de Luna oblatam die decimo octavo Aprilis receperit, pro parte dicti domini Gregorii reſpondetur. cùm ſciatis, quòd domini Florentini nullum eorum locorum velint dare uni non requiſiti ab utraq; parte: ideo ipſe dominus noſter dicit, quod paratus eſt accedere ad locum Piſarum infra terminum per utrunq; concordandum, habita concordia cum eiſdem Florentinis ſecundum formam oblationis factæ per ſuos oratores dicto domino veſtro in Portu Veneris, dum tamen ex nunc vos obligetis dictum dominum veſtrum venire Liburnum infra eundem terminum. Exhortatur igitur vos, & inſtanter requirit ipſe dominus Gregorius Papa, ut pro parte dicti domini veſtri vadatis, vel mittatis unà cum mittendis per ipſum dominum Gregorium Florentiam pro prædicta concordia, & cùm dominus noſter Gregorius paratus ſit obſervare vota & juramenta, & ſecundum illa purè attendere ad ea, quæ pro reintegratione unionis Chriſtianorum ſunt, diſpoſitus eſt ſe de novo non obligare, quod petere videmini, ſed ſolùm ad conventionem localem. Alia reſponſio dicti Errorii: Quia ſcripta & narrata in ſchedula veſtra ſunt minùs vera, ac irrationabiliter & indebitè data, propoſita, & oblata ac reſponſa, uti ſæpè declaratum eſt publicis documentis, teſtibus, inſtrumentis, rationibus, & aliis experientiis oportunis: idcirco reſpondetur, ſicut aliàs in ſcriptis per S. ſuam, qua per ejus oratores rationabiliter & verè reſponſum fuit, & à proteſtationibus partis tunc factis nullatenus decedendo, & licet ex eiſdem contentis in dicta ſchedula & aliis tractatis & pertra-

ctatis

ſtatis tam cum dicto reverendo domino Petro, quàm cum aliis notabilibus perſonis de parte ſua, quàm etiam cum ſuis nunciis, quàm ex diverſis & continuatis plurium notabiliũ perſonarum & inſignium virorum cum omni ſinceritate & puritate domino noſtro Gregorio Papa factis appareat expreſsè, quòd dictus dominus Petrus omnino ſatagit dictum dominum Gregorium attrahere ad loca ſuſpecta, inhabilia, non idonea, neque ſecura, propinqua ſuæ potentiæ & obedientiæ, non ſine rationabili ſuſpicione, quæ ex tenacitate locorum Lavenæ & Cararis poſt tam claras & urgentes rationes per oratores præfati domini noſtri factas in Portu Veneris contra prædicta & nunc iterum replicata & continuata neceſſitate per ambaſiatores præfati domini Petri ipſi domino noſtro meritò augentur, reſponſiones quæ nunc datæ ꝑ ambaſiatores dicti domini Petri frivolæ in ſeipſis apparent diligenter intuenti: nihilo minùs idem dominus noſter accenſus ardore inextinguibili charitatis ad unionem eccleſiæ dei prædictum reverendum patrẽ dominum Petrum requirit, obſecrat & obteſtatur per viſcera miſericordiæ domini noſtri Jesu Chriſti, quatenus ad tollendam eandem ſuſpicionem, & amputandam omnem dilationem, & ad celeriter & fructuosè inducendam in dei eccleſia dictã unionem, placeat eidẽ domino Petro aliquem de locis dominorum Florentiorum, aut Senenſiũ, vel etiã civitatem Lucanam, ꝑ quib. offeruntur & non auferuntur rationales & debitę ſecuritates & libertates, quæ ſufficere debent cuilibet bono viro eandem unionem purè & celeriter intendenti, quib. ſub fide, protectione & potentia tenentium dicta loca ambæ partes à fraudibus, violentiis & ſuſpicionibus periculorum & nocumentorum tam ab aliis, quàm ab ipſis hinc inde ſibi mutuò inferendis tutè, liberè, celeriter ac purè vacare poterunt eidem unioni, ipſamq; perficere ad laudem dei & exultationem totius populi Chriſtiani. Ecce qualiter iſti duo contendentes tunc de Papatu ludificaverunt omnes eorum Curiales & communem populum, diſceptantes invicem pòſt & contra vota & juramenta eorum de facienda per ipſos unione, necnon pacta ſubſecuta & firmata ſuper illis hinc inde, prout procuratores aliquorum litigantium de re ali-

Tu die verius, accenſus ardore inextinguibili ambitionis.

Rurſus de colluſione utriuſque Pontificis.

qua coram judice convenientes in litis conteſtatione facere conſueverunt. Interim verò & circa hæc tempora prædicti domini Cardinales Errorii, necnon oratores & nuncii tam Epiſcoporum, quàm diverſorum regnorum & provinciarum ac civitatum, qui tunc erant in Curia, ex tot reſponſis benevolis dicti Errorii eidem Petro & ejus nunciis, tamen ſubdolè factis, multi ſollicitè laborabant apud Errorium ac ſuos conſanguineos & nepotes tunc præſentes, quòd darent operam efficacem ad hoc, quòd dicta fieret unio tempore illo in eadem civitate Piſana, tanquam in loco idoneo & accepto, & in quam ipſi contendentes de Papatu jam conſenſiſſe mutuò videbantur, ne ſi in hoc dictus Errorius amplius negligens exiſteret, aut remiſſus, ideo Petrus ex hac ſumens occaſionem de illis partibus recederet, dictaque unio ſic impedita perpetuò remaneret, ut ſuperiùs eſt expreſſum. Errorius autem blandè reſpondens ait, quòd illud utique facere vellet: tamen nullam efficaciam verbis adhibuit, ſed ſemper circa hæc ejus intentio verſabatur, quòd dictos Cardinales creare & in ſuo Papatu pertinaciter perſiſtere vellet. Et quid moror? omnes prudentes, qui erant illis temporibus in ejus Curia, figmentis variis deceperat, ut crederent, quòd nihilo minùs dictam unionem facere vellet, quam tamen, ut liquet ex præmiſſis, facere non volebat. Rex verò Ladislaus, patrocinante ſibi in hoc Paulo de Urſinis memorato, temporale dominium urbis interim adeptus eſt, & id in modum, qui ſequitur, per quendam notabilem civem Romanum mihi deſignatur in hæc verba: Sciat veſtra reverenda paternitas, qualiter XXV. die menſis Aprilis proximùm præteriti dominus Ladislaus rex Siciliæ intravit urbem, cum pleno dominio gratanter receptus ab omnibus cum ramis palmarum & ludis ſolitis fieri in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto, & cum tanta marium & fœminarum ac ſenum, juvenum & puerorum alacritate, & quod mirum fuiſſet vobis videre, nulla novitas, ſeu ſpoliatio, aut ſanguis intervenit. Et exinde pax maxima ſubſecuta, & rerum omnium abundantia, pro tribus ducatis rubrorum venditur tritici, quod vix antequam rex intravit, quinque ducatis vendebatur, ſed iſti tenebant ipſum abſconditũ expectantes, ut fieret carius, ſed nunc videntes omni die vileſcere, feſtinant ad vendendum, & habemus quinque pa-

Ladislao Siciliæ regi Romã recipiẽti omnia arrident.

Platina ſcribit hãc menſuram florenũ XVIII. tũ vaniſſe.

aes

res bonos bolognino: & fructuum, caſei, olei & aliarum rerum, quæ ab oppidanis circùm vicinis apportantur, ſimiliter abundantiam, & per mare veniunt continuè naves onerataæ omnibus rebus, utpote vino & carnibus ſalitis, & grano, ita quòd in genere omnes contenti erant de dominio regis, exceptis forſan paucis Romanis habentibus granum. Dominus etiam Papa expectabatur tunc cum deſiderio. Columnenſes &c. omnes alii extranei reintrarunt urbem, & omnes ſunt in bona pace cum intrinſecis civitatis, qui reguntur per Senatores & Conſervatores & Mareſtallos, ſicut tempore Bonifacii regebatur. Et iſtæ gentes armorum pro majori parte abeunt, & dicunt, quòd vadunt verſus Peruſium, Banderone fuerunt caſſati. Item antiqui conſervatores & capita regionum fuerunt mutati, & facti de novo alii loco eorum per regiam majeſtatem. Tunc cùm prædicti Errorius, Antonius Camerarius, Paulus, & alii nepotes atque conſanguinei, qui tunc in Curia fuere præſentes, audiſſent, quòd rex Ladislaus pleno dominio urbem potiretur, ex hoc ultra modum lætificati fuerunt, & aliqui eorum in privatis ſuis hoſpitiis in Luca tripudia perinde fecerunt, ac ſi per hæc ab omnibus adverſitatibus eis imminentibus liberati fuiſſent. Et tunc ne dicta fieret unio, & ne civitas Piſarum, vel alius aptus locus ad faciendam dictam unionem ipſis de Papatu contendentibus concederetur, manifeſtè impedire modis omnibus conabantur. Idem autem rex Ladislaus exiſtimans fortè, eo quòd dominium urbis tunc habebat, ſe ſuper pennas ventorum evolare, ſibique omnia per conſequens obedire, ac concurrens in eadem voluntate ad impediendam dictam unionem cum præfatis Errorio & ejus nepotibus, ſcripſit Florentinis ſubdolè in hunc modum:

Nepotes Pontificis paci Chriſtianæ adverſantur.

LITERAE LADISLAI REGIS AD Florentinos,

CAPVT XXIX.

MAGNIFICI domini, amici chariſſimi, ſignificatum eſt nobis ab ambaſiatoribus noſtris Lucæ morantibus apud dominum noſtrum Papam, & ab aliis ipſarum partiū fide dignis, quòd pro ſchiſmate tollendo & unione in ſancta dei Eccleſia reformanda, tam eidem domino noſtro Papæ, quàm alteri parti terras veſtras & loca liberè obtuliſtis. Quamobrem videtur, quòd idem dominus noſter ad prædicta perficienda elegerit civitatem Piſarum, de qua quidē electione plurimùm contentamur: nam ſcimus, & pro certo tenemus, quòd ſi dicta unio in dicta civitate Piſarum, aut alia terra fieret, quòd propter antiquam & charam amicitiam, quæ inter nos vosque ſemper fuit & erit, agenda & excipienda noſtra pro rerum agendarum concluſione taliter diſponentur & omnino fient, ac ſi in terris noſtris fieret unio antè dicta, & licet ſæpè tentaverimus ab eodem domino noſtro poſſe certificari, quomodo ſuccedente dicta unione de ſtatu noſtro poſſemus eſſe ſecuri, & remanere in ſecura proprietate dicti regni noſtri, ſicut domini Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii uſque ad infimos clericos, qui poſſident, debent in eorum dignitatibus & beneficiis, ut fertur publicè, remanere, nunquam id obtinere potuimus, nec per literas ſupplicatorias, nec per noſtros oratores ad dictū dominum noſtrum ſæpius deſtinatos, & ob eā cauſam noſtris ambaſiatoribus literis & precibus in nullo proficientibus ad tantam rem, & ne ex neglectu prætermittatur, decrevimus ad quemcunque locum, ubi unio ipſa fiet, perſonaliter proficiſci, ubi favores à vobis habere credimus noſtris præcipuis benevolis & amicis. Cumque parati & expediti ſumus, atq; in itinere conſtituti, rogamus magnificentiam veſtram attentè, quatenus nobis intimare placeat, ſi unio ipſa Piſis, vel alibi in terris veſtris fieri debeat, an non, & ſi ibi eam fieri fortè contingat, hortamur, ut pro nobis & ſocietate noſtra victualia & alia neceſſaria tam ibi, quam in aliis terris veſtris in ipſo itinere ſituatis, mandare placeat præparari ad ſufficientiam oportunam, ac ut inveniantur pretio

compe-

competenti:nec minùs in loco ſtatuto, vel ſtatuendo,aliqua conveniens ac decens manſio præparetur , ac de omnibus per latorem præſentium,quem ad hoc ſpecialiter tranſmittimus,nos placeat aviſare &reddere certiores,offerentes nos ad quælibet vobis grata.Datum Romæ ſub parvo noſtro ſigillo die III.Maji,prima indictione.Quia ſimiliter venient per mare pro noſtra ſocietate nonnullæ galeæ & navigia alia,ideo placeat modo ſimili emenda competenti pretio victualia facere præparari.Datum,ut ſuprà.Et quoniam credimus dominum noſtrum cognoſcere viam talem unionis, unionem pacificam omnibus Chriſti fidelibus non perducere,ſed pejorem ſciſſuram priore nos, prout intereſt, velut rex vel ſaltem ut perſona ſacra ad tanti boni perfectionem intendimus perſonaliter intereſſe, tam etiam pro bono publico,quàm privato, ad quod ultimum non attenderent omnes potiùs,quàm ad primum , & hoc per veſtras literas & nuntios ſpeciales unum poſt alium,& alium poſt unum ſubitò intimetis,nec pro pecunia omittatis,quin eis ſatisfaciemus in promptu,ita quòd ſimus aviſati:nam aviſatum non intendimus perdere, nec in verbis quomodolibet detineri. Datum,ut ſuprà. *Aviſare*

EX SENTENTIA FEDERICI II. Rom:Imperatoris.Urbis ruinam deplorat Author,

CAPUT XXX.

Ecce qualiter nunc verificatur de urbe illud,quod clariſſimè Federicus ſecundus Auguſtus de inconſtantia urbicolarum etiam tunc temporis dolens invectivè ſcripſit eis,videlicet ignominioſi vulgaris nominis,unde fama, quæ non abſque verecundæ maculæ nota urbem urbium jam infecit, & ſi non Pontificum,tamen Senatorum ſuorum , maximè magnatum & virorum illuſtrium modernorum debuiſſet corda ferire, dum tantorum nobilium ſucceſſiva progenies emiſerit aure ſurda ipſorum prędeceſſorum vobis nobilem nutrituram. Equidem jura illa priſcis temporibus fideles lactabat filios , nutriebat providos , receptabat honeſtos, exulabat infidos , ejiciebat improbos , &impios perime-

perimebat,& ſic tunc tantis illuſtrata luminibus totius mūdi regna tributaria erant ei.Mirabilis igitur,imo ultrà quàm dici poſſit,miranda tam excellentiſſimæ urbis cæcitas, & tantorum civium obſcuritas oculorum. Imperium enim urbis,orbisque lumen ſplendidum, per quàm urbs ipſa veneratur, ſcilicet Imperatorum Romanorum turpiter abjiciunt, regi hoſti imperii nativo fatuè abhorrendo.

GREGORIUS, CUM A CREATIONE novorum Cardinalium nullis precibus dehortari poſſet, contra juſiurandum ſuos nepotes in Cardinales erigit: Ubi haud parum multa de ejusdem pertinacia, quæ multorum ſanis conſiliis ac precibus emolliri non potuit, videre licet,

CAPUT XXXI.

CERTUS itaque Errorius de intentione regis Ladislai, quòd rex unionem,ne fieret,unà cum ipſo modis omnibus impediret,cœpit animum erigere necnon cum dicto regente Lucæ tractare, quòd Epiſcopum Lucanum, qui in gradu propinquo conſanguineitatis attinet eidem regenti, & ſecum quoſdam alios Cardinales creare vellet, & hoc fecit mala intentione,ſcilicet quòd ſi hoc fieret, tunc idem regens ſibi annuiſſet,ut quæcunque contra alios ejus Cardinales machinabatur,etiam pœnaliter exequi poſſet, ſciens quod dictus Rector Lucæ erat compater regis Ladislai, & ipſum,ut ſuperiùs tangitur, præcipuè diligebat.Hos quidem antiquos Cardinales odio & rancore contra eos conceptis vehementer habebat exoſos,& libenter eos acriter puniviſſet,eo quòd ipſum ad faciendam unionem ſollicitè ſtimulabant,ſi dictus regens in hoc ſibi annuiſſet. Unde contigit, quod de omni natione ſuæ obedientiæ multi clariſſimi viri ad Curiam confluxerunt,ut unioni,ſi fieret, perſonaliter intereſſent,volentes in hoc ipſum Errorium confortare, aliquando infra octo vel plures dies ad ipſum non admittebātur per cuſtodes portarum palatii Errorii, & deinde virus,

quod

quod concepit de creandis dictis novis Cardinalibus, exponendo quadam die dictis ſuis Cardinalibus coram eo ſimul congregatis dicebat, quod utique quatuor novos Cardinales vellet creare. Sed ipſis Cardinalibus iterum ſibi in hoc contrà dicentibus dicebat quod quicquid ſibi placeret, illud eis diſpliceret, ſibiq; in omnibus contrarii forent. Predictus autem regens civitatis Lucæ & multi alii potentes viri præſentes hoc intelligentes, timuerunt magnum ſcandalum inter Papam & Cardinales mox futurum. Ideo ipſe dominus Lucæ adivit Errorium obnixè rogando, quod novos non crearet Cardinales, ſed cum eiſdem antiquis Cardinalibus in amicitia remaneret ad faciendam unionem, & addidit, ſe nolle, quod ipſe ſuum conſanguineum Epiſcopum Lucæ crearet in Cardinalem: & ſi ſecus fieret, certus eſſet, quòd idē Epiſcopus talem nullatenus acceptaret honorem. Sed Errorius ipſo vir duræ cervicis omnibus obauditis rationibus & precibus, quę ſibi in hac parte fiebant, nihilo minùs ad creationem eorundem quatuor novorum Cardinalium proceſſit. Et cùm quadam die in ejus conſiſtorio extra conſueta tempora pronunciare vellet dictos novos Cardinales, mandavit antiquis Cardinalibus, quod ad ipſum eveſtigiò venirent, ſed ipſi cauſam cognoſcentes, quare pro eis miſiſſet, ſibi non obediendo in eorum hoſpitiis remanſerunt. Errorius de hoc indignatus, vocari juſſit quoſdam Epiſcopos & auditores cauſarum palatii Apoſtolici, qui tum ad manum erant, quòd venirent ad ipſum: quos venientes ſibi conſedere mādavit, & in eorum præſentiā eoſdem quatuor novos Cardinales pronunciavit, ſcilicet Antonium Camerarium, Gabrielem Candelmarum ejus nepotes, necnon protonotarium Utinenſem ac Joannem Dominici fratrem ordinis Prædicatorum, qui fuit de illis ſermocinatoribus coram populo, quare dictus Errorius eandem unionem non teneretur, nec poſſet ſalva conſcientia facere, ne animam ſuam damnaret, ut ſuperiùs recitatur. De qua quidē creatione ſubitò omnes alii Cardinales & Curiales cum eis nimiùm contriſtati fuerunt, & extunc ipſi antiqui Cardinales per aliquot dies ad Errorium non acceſſerunt: jurabant enim & promiſerunt mutuò, quód in eorundem novorum Cardinalium creationem nullo tempore conſentire vellent. Unde maximum diſtur-

Gregorius novos creat Cardinales.

Precium nō vile laborū, ad quod quidam ex noſtris eadem tendūt via.

diſturbium inter Papam & ejus novos ex una parte, atque antiquos Cardinales ex altera, ortum fuit, Errorio volente quòd dicti novi creati remanerent Cardinales, antiquis Cardinalibus contrà dicentibus & aſſerẽtibus, quod eos pro Cardinalibus non haberent. Unde idem Errorius aſſerens, quòd contra eum Cardinales veteres conſpiraſſent in ejus ſtatus offenſam, propterea ipſos jã ſibi quaſi rebelles habebat, de quibus etiã omnes ipſi Curiales plurimùm doluerũt, *Mores Gregorii.* videntes quòd res ipſa ſine magno ſcandalo finiri nõ poſſet. Erat enim idem Errorius adeo duræ cervicis & inflexibilis, quòd quicquid mente conceperat, hoc exequi volebat, non diſcutiens intra ſe, quæ ſequerentur.

CARDINALES A PONTIFICE NImiùm pertinace diſcedere conſultant: Cardinalis Leodienſis viri clariſſimi abeuntis bona nepotes Pontificis deripiunt: & manus perſecutorum idem Cardinalis vix evadit,

CAPUT XXXII.

SED ipſi antiqui Cardinales extunc deliberarunt, quòd ab eodem Errorio oportunitate captata vellent recedere, & ubi remanere tutò poſſent, declinare: quod Errorius ſentiẽs, ſub graviſſimis pœnis dictis antiquis Cardinalibus præcepit, ne aliquis ipſorum abſque ſui licentia ſe abſentaret à Luca, nec ad tractandum aliqua abſque ejus licentia ſimul convenirent, neque cum ambaſiatoribus partis adverſæ verba ſeu tractatus haberent. Unde antiqui Cardinales de eorum ſtatu non mediocriter dubitabant, neve Errorius eos malè tractaret, veriſimiliter trepidabant, prout reverà feciſſet, ut ex multis indiciis evidentibus apparuit, ſi commodè potuiſſet. At regens Lucæ eidem Errorio dicebat, quòd nollet, ut alicui Cardinali, vel alteri fieret injuria, vel violentia in civitate Luca, ejusque diſtrictu, per eundem Errorium ſuosque officiales, quia omnibus ipſis ſecuritatem in illis ad effectum faciendi d[illegible]em liberè conceſſiſſet, non ad faciendam [illegible]ſos, vel rixas, ad diviſiones, ſeu inju[illegible]um ſic negocia in eadem Curia fierent,

rent,bo.me. Joannes Cardinalis Leodienſis, natione Normanus,Doctor in jure Civili, necnon vir magnæ probitatis & induſtriæ, quadam die Veneris tempeſtive habitu mutato cum modica comitiva ab Errorio non petita licentia vel obtenta à dicta civitate Luca recedens, ad caſtrum, quod Liberum factum nuncupatur, & eſt ſub dominio Florentinorum, diſtans à Luca quatuor miliaria Italica, quanto ocyùs potuit,equitavit,& ad eandem Civitatem Piſanam,quæ ſex miliaria Italica diſtat ulteriùs, equitavit:quod audiens prædictus Paulus nepos Errorii ſtatim de Luca multos armigeros deſtinavit, mandans eis, quod dictum Cardinalem caperent,& captivum ad Lucam reducerent violenter.Quibus euntibus ipſe Paulus cum quibuſdam aliis ſatellitibus domum habitationis dicti domini Cardinalis interim violenter intravit,& bona ibidem reperta tranſportari mandavit, & quoſdam ejuſdem Cardinalis familiares, qui in Luca remanſerunt,tanquam reos & conſcios dicti receſſus cepit,& in carceribus intruſit.Prædicti verò armati, qui miſſi fuerũt uſq; ad dictum caſtrum eundem Cardinalem velociter inſequentes eum deſcendentem de equo ante publicum hoſpitium vi capere nitebantur,ita quòd ſtatim occurrentibus in auxilium cuſtodibus dicti caſtri vix potuit evadere manus inſequentium prædictorum:tãdem prævaluerunt cuſtodes & perſequentes vi repulerunt.Audiens autem idem regens civitatis Lucæ,quòd ſatellites de mandato Pauli tantam cõtumeliam & violentiam in territorio Florentinorum commiſiſſent,timens fortè,quòd ægrè ferrent, occaſionem, quã caperent per hoc ipſi regenti guerram movendi,eveſtigiò dictos ſatellites capi & incarcerari mandavit, familiares quoque ejuſdem Cardinalis Leodienſis fecit ab eiſdem carceribus liberari: propter quæ prædictus Paulus nepos Errorii ira commotus ad eundem regentem acceſſit, rogans eum, quare dictos ſuos captivos à carceribus liberaret, & ſuos incarceraret. Cui dictus regens reſpondiſſe fertur, quod non dediſſet ſalvum conductum Errorio prędicto aut aliquibus aliis ad perpetrandum flagitia & violentias in ſua civitate, vel diſtrictu. Unde ſcire deberet, quòd ſi prædicti Florentini vellent præfatos captivos eis remittere, vellet ad ſtandum juri ſuper commiſſis & violentiis

Ioãnes Cardinalis Leodienſis vir clariſſimus clam abit à Pontifice parũ utili.

Paulus nepos, Cardinalis Leodienſis bona diripit, & manus perſecutorũ vix evadit idem Cardinalis.

Uti virum decet, rectè reſpondit.

hujuſmodi in eodem caſtro,quia nollet diſplicere dictis Florentinis pro Errorio & Paulo ſæpè dictis , & ipſos captivos vellet tandiu detinere: quouſq; dicti Florentini ſuper hoc ſibi,quid de ipſis captivis eſſet agendum , reſponderent. Et ſi eidem Paulo placeret cum dictis captivis eſſe in carceribus, intraret:aut ſi tutus vellet eſſe ab ipſo, quòd tunc ab eadem civitate non recederet, niſi priùs de damno & periculo imminentibus ſibi propter hujuſmodi violentias commiſſas in caſtro relevatus exiſteret per Errorium & Paulum. Quibus auditis Paulus timere cœpit, & carceres non intravit,dictis armatis ſuis extunc pluribus diebus remanentibus in illis,qui tamen poſtea conſentientibus eiſdem Florentinis relaxati fuerunt. Et ſtatim eadem die aliqui de ipſis antiquis Cardinalibus cum eorum familia & rebus recedentibus à Luca ad civitatem Piſanam acceſſerunt,nullo eos impediente:timor enim & tremor tunc adeo invaluerunt in Errorio & ejus nepote Paulo,quod recedentes Cardinales impedire in aliquo non audebant.Et eadem die illic dictus Cardinalis ſancti Angeli veniens,poſtquam Errorio aliqua verba locutus eſſet,à præſentia ejuſdem recedens , revertebatur ad Piſas : tribus ex hujuſmodi antiquis Cardinalibus tunc in Luca remanentibus , qui credebant Errorium nihilo minùs flectere,quòd eandem unionem faceret. Videntes autem ſe in hoc nullatenus proficere poſſe , ſimiliter ab ipſo Errorio tandem ad fratres eorum , qui tunc erant in Piſa, abierunt.

CARDINALES PASSIM A PAPA diſcedunt,ejus impias cenſuras ridentes,

CAPUT XXXII.

ITAQUE cùm hæc taliter fierent,Errorius & ſibi adhærentes novi Cardinales multa conſilia inter ſe habuerunt,ipſeque Errorius comminabatur antiquis Cardinalibus , quòd niſi infra paucos dies redirent ad Lucam,eos ſtatu,gradu,honore,dignitatibus, officiis & beneficiis privaret , & interim etiam palpabat,quòd aliquos Cardinales, qui ab ipſo fugerunt,ſecretè ad ſe revocaret,promittens ſe facturum magnalia,ſi redirent,ſicque conando diviſionem facere inter ipſos.

Qui

Qui hoc intelligentes, quia fruſtra rete jacitur ante oculos pennatorum, ſibi reſponderunt, quòd ipſum Errorium haberent pro Papa, & omnem reverentiam, necnon obedientiam ſibi parati eſſent exhibere dimiſſis omnibus rancorib⁹, ſi tamen adhuc cum illis ad faciendam dictam unionem efficater concurrere vellet, & ſuper hoc ei de die in diem aliqui eorum ſingulares nuncios deſtinabant, ſed tandem videntes ſe etiam in hoc non proficere, nec ipſius Errorii caput ad hoc precibus aut rationibus flectere poſſe, quandam appellationem à ſuis comminationibus, ſive proceſſibus interpoſuerunt, quæ infra paucos dies ſibi poſtea tunc ſedenti in ejus conſiſtorio cum eiſdem novis Cardinalibus multis tunc præſentibus ex Curialibus ipſi inſinuari fecerunt. Cui quidem appellationi idem Errorius ira incaleſcens motu repentino reſpondit, quòd ei tanquam frivola non deferret, & infra aliquot dies poſtea eoſdem Curiales, qui acceſſerant ad Piſas, dictus Antonius Camerarius in genere privavit beneficiis & officiis: quod ipſi ſentientes valde ludicram & turpem appellationem à ſententia privationis hujuſmodi interpoſuerunt in ſcriptis, & eam in diverſis locis publicis in Luca affigi fecerunt, ipſum Errorium & ſuos novos Cardinales multifariè diffamando. Quòd autem prædicti Cardinales, qui, ut præfertur, fugerant, contra eundem Errorium non conſpiraverunt, nec ab ipſius obedientia recedere volebant, ſi revera dictam unionem facere voluiſſet juxta vota & juramenta ſua, evidenter patet etiam ex reſponſione dicti domini Cardinalis Leodienſis, facta poſt quàm à Luca fugerat, ſuper quibuſdam literis de Luca ſibi per quendam amicum miſſis, quorum tenor talis eſt:

O SEN-

SENTENTIA ATQVE LITERÆ Cardinalis Leodienſis, quibus ſignificat, quatenus Papæ ſit obediendum: De titulo Ladislai, regis Hungariæ & Siciliæ, quem poſt adeptum Vrbis Romæ dominium temporale per ſuos notarios publicos in publicis Decretis ſcribi juſſit: Deq; Gregorii ſubdolis machinationibus contra unionem, ſatis apertum ejusdem teſtimonium,

Caput XXXIIII.

VEnerabilis amice chariſſime, ſcripta vidimus perlatorem præſentium oblata, quibus per ſingula reſpondere non permittit temporis anguſtia, & etiam lator ipſe cauſam latiùs referre poterit. unum non intendemus omittere, quòd ab obedientia & juſtitia hactenus obſervatis nunquam recedere certum eſt, juramentis & obligationibus efficaciſſimis eſt firmatum, & ſic apparet mēdaciſſimè illa, quæ ſcribitis, fuiſſe divulgata. Unum ſolum eſt ſtudium uſque ad mortem incluſivè perſequendum, votis promiſſis & juratis, atque per mundum univerſum jam publicè divulgatis, & unioni eccleſiæ velle inſiſtere & ſic authoritatum rationumve multiplicata congeries locum habebit, ſuosq; intellectus locis & temporibus coartatos. Ita tamen eſt, vera & ſana doctrina, quæ in nullo adverſatur eiſdem, quòd Deo magis obediendum eſt, habetur. Si enim illa Papa mandet, vel ad ea cogere vellet, quæ animas in præcipitium ducunt, & animæ perditionem includunt, ſibi non fore obediendum jure divino & humano notiſſimum eſt, ſecundum Doctores ſanctum Auguſtinum, Ambroſium, Bedam, & alios, imo non obediendo & propter hoc ejus ſeveritates ſuſtinendo & cenſuras, meretur homo. Iſta pronunc ſufficiant, tacemus de modis hactenus obſervatis in faciendo & non faciendo, & lapſu temporis tanti, in quo quid & quantum actum ſit in cauſa Dei, & ſub quibus coloribus & quantum fundatis, ex quibus quanta affectio fuit tollendi ſchiſmatis, & ſi illa ad fautoriam magis pertineant, non intendimus nos dilatare.

Poſtea tamen de hoc videri poterit pleniùs,& quid mundus, quo ad hoc, reputet aut teneat, unuſquiſque poterit perpendere. Unum eſt, quòd nihil aliud agitur, quàm mundo & Chriſtianitati languentibus,& conſcientiæ atque famæ providere cum omni ſinceritate & charitate, prout cunctis hoc fiet manifeſtum. Aliud, præmiſſis non obſtantibus, cum feſtinantia duximus adjungendum, quòd quicunque ſunt illi, quibus talentum à domino quale & quantum cuique creditum eſt, maximè qui ſtatu eccleſiaſtico gloriantur, ſuntq; illuminati ſcientia,& ſe unionis zelatores eſſe profitentur, ſe ad currum deberent adjungere, & etiam cooperatores exiſtere, illi maximè, quibus innoteſcit, quanta fuerunt hactenus adhibita molimina non ad unionem veniẽdi juxta promiſſa & jurata, ſed potiùs impediendi, & ea pro poſſe reprobandi. Scripta Piſis altera die Aſcenſionis. Eo tempore multùm elevatum fuit cor regis Ladislai, poſtquam dominium urbis taliter ſortitus erat, ut ſuperiùs narratur. unde ſub magna pœna omnibus notariis publicis ſub ejus ditione conſtitutis mandavit, quòd in publicis decretis, quæ conficerẽt, hunc titulum ejus inſcriberent, videlicet, Regnante ſereniſſimo & inviciſſimo domino noſtro, domino Ladislao, inclyto Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem & Siciliæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Romæ, Serviæ, Saliciæ, Lodomiriæ, Comanię, Bulgariæ rege præclariſſimo, necnon provinciæ & Fortalquerii ac Pedemontium comite, regnorum ejus anno XXII. feliciter, amen. Præterea illis temporibus, quibus iſta fiebant, negotia Curiæ ipſius Errorii indies in pejorem devenerunt eventum,& paſſim oratores & nuncii, qui illic pro ſollicitãda dicta unione undique venerunt, ac multi de Curialibus catervatim receſſerunt. Sed inter Errorium,& qui ab eo fugerunt, Cardinales prædictos quotidie rancores multiplicabãtur, nec poterant ipſo Errorio recuſante ad unam ſententiam dictæ unionis in ſimul convenire: unde prædictus Petrus de Luna, qui tunc erat in Portu Veneris ſub dominio Januenſium has diſcordias inter Errorium & ſuos antiquos Cardinales ſentiens,& ex hoc forſan exhilaratus, prædicto Angelo ſcripſit epiſtolam, quæ ſequitur, quam etiam in alia litera inſertam de verbo ad verbum ipſi regenti Lucæ deſtinavit, cujus tenor talis eſt:

Heu quàm verè languẽtibus, ſi ad hoc noſtrũ ſeculũ referas, ſed quo modo nos tã diu languẽtibus provideatur, nõdum video: ſatis jã ſentimus atq; cernimus meliora, at ſequimur deteriora.

Ladislaus Hungariæ ac Siciliæ rex.

EPISTOLA PETRI DE LUNA, QUA ſale multo Gregorium perfricuit,

CAPUT XXXV.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro Paulo domino Lucæ ſalutem & Apoſtolicam bened ctionem. Propter nonnulla in quibuſdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpantibus nobis innoteſcūt, conſiderato, præſertim quod cum Angelo dicto Corario, qui in hoc penicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpe tentatos labores non ſine perſonarum jactura aliquem effectum ad bonum finem eccleſiæ unitatis obtinere nequivimus, de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & frequenti eorum inſtantia pulſati deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes illas, & nos cum collegio noſtro reponere in ſecuro. Ut igitur ſcias eccleſiaſtica negocia qualiter remaneant pro præſenti, elicere poteris ex tenore literæ, quam ſcribimus dicto Angelo Corario ſub hac forma: Angelo Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe fecit nominari Gregorium, pacis & unionis affectū pariter & effectum. Si te fateri veritatem non pigeat, præſertim cùm ſit notorium, celare non poteris ea, quæ tuis literis intimando etiam promulgaſti per orbem, ut ex utriuſque ceſſione pax daretur eccleſiæ, & quòd ſcriptis tuis per nos ad hoc ceſſionis viam offerendo dato reſponſo & de conventione in civitate Saonenſi pro excuſatione oblatorum hinc inde ſecuta concordia convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibuſdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias à te datas poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti charitas, & fervor cōpaſſionis animarum bona fide ſimpliciter incedentes, non abſque noſtri atque noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo renuiſti, cauteloſè per verba, &, quod referimus diſplicenter, denegatis multis, etiam nonnullis per te oblatis, quæ ad executionem cōcordatorum ad unionem perficiendam erant plurimùm utilia & oportuna: de * uberiori tecum tractatu ſuper hujuſinodi unione proſequēda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, eiſdem prorogatio

* ulteriori, alias.

rogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, à tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem libenter ſilentio tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequẽs noſtra inſtantia repulſam propter quædam in nonnullis partibus quibuſdam inſtigantibus innovata, abſque perſonali noſtro & noſtrorum periculo in his partibus moram trahere non valentes, cùm apud te, ut clarè cernitur, proficere non poſſumus, nolentes Deum tentare imminente periculo ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro collegio valeamus hoc turbationis tempore reponere in ſecuro, de fratrũ noſtrorum conſilio eorumq; inſtantia pulſati decrevimus declinare. Sed ne videamur, ſicut nec intendimus, adverſitate intercedente hujuſmodi perſecutionem unionis dimittere neglectam, de dictorum fratrum conſilio deliberavimus nuncios noſtros plena poteſtate fulcitos (qui, ſi velles ad cor reverti, poſſent ad affectum unionis & oblatorum procedere efficaciter in agendis) hìc dimittere: impedientibus tamẽ ambaſiatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli regis Francorum illuſtriſſimi in his partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius nõ potuit obtineri. Quid autem ſuper hac re ſimus ulteriùs Deo auxiliante facturi, intendimus univerſis Chriſti fidelibus breviter intimare. Tu verò, ô homo, ſi ſcintilla compaſſionis animarum in te viget, quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, & ad ea, quæ obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſpone, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra animas militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus tuos & contumaciam, ſi bene egeris, in memoria nõ tenentes: Deum enim in judicem & negociorum notorietatem in teſtem invocamus, quòd per nos non ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quin vera unio inducatur. Idus Junii Pontificatus noſtri anno XIIII.

Cumque poſtea dictus Errorius, necnon novi Cardinales per eum creati multas diffamationes, necnon improperia ab ipſis Curialibus, qui fuerunt in Piſa in ſcripturis diverſis Lucæ appoſitis frequentiſſimè ſuſtinerent, dictusq; Joannes Leodienſis & bonæ memoriæ Angelus Florentinenſis Cardinalis, qui erat etiam de ipſis Cardinalibus, qui ab Errorio

perimebat,& ſic tunc tantis illuſtrata luminibus totius mūdi regna tributaria erant ei. Mirabilis igitur,imo ultrà quàm dici poſſit,miranda tam excellentiſſimæ urbis cæcitas, & tantorum civium obſcuritas oculorum. Imperium enim urbis,orbisque lumen ſplendidum, per quàm urbs ipſa veneratur, ſcilicet Imperatorum Romanorum turpiter abjiciunt, regi hoſti imperii nativo fatuè abhorrendo.

GREGORIUS, CUM A CREATIONE novorum Cardinalium nullis precibus dehortari poſſet, contra juſiurandum ſuos nepotes in Cardinales erigit: Ubi haud parum multa de ejusdem pertinacia, quæ multorum ſanis conſiliis ac precibus emolliri non potuit, videre licet,

CAPUT XXXI.

Erravs itaque Errorius de intentione regis Ladislai, quòd rex unionem,ne fieret,unà cum ipſo modis omnibus impediret,cœpit animum erigere necnon cum dicto regente Lucæ tractare, quòd Epiſcopum Lucanum, qui in gradu propinquo conſanguineitatis attinet eidem regenti, & ſecum quoſdam alios Cardinales creare vellet, & hoc fecit mala intentione,ſcilicet quòd ſi hoc fieret, tunc idem regens ſibi annuiſſet,ut quæcunque contra alios ejus Cardinales machinabatur,etiam pœnaliter exequi poſſet, ſciens quod dictus Rector Lucæ erat compater regis Ladislai, & ipſum,ut ſuperiùs tangitur, præcipuè diligebat. Hos quidem antiquos Cardinales odio & rancore contra eos conceptis vehementer habebat exoſos,& libenter eos acriter puniviſſet,eo quòd ipſum ad faciendam unionem ſollicitè ſtimulabant,ſi dictus regens in hoc ſibi annuiſſet. Unde contigit, quod de omni natione ſuæ obedientiæ multi clariſſimi viri ad Curiam confluxerunt,ut unioni,ſi fieret, perſonaliter intereſſent,volentes in hoc ipſum Errorium confortare, aliquando infra octo vel plures dies ad ipſum non admittebātur per cuſtodes portarum palatii Errorii, & deinde virus,

quod

quod concepit de creandis dictis novis Cardinalibus, exponendo quadam die dictis ſuis Cardinalibus coram eo ſimul congregatis dicebat, quod utique quatuor novos Cardinales vellet creare. Sed ipſis Cardinalibus iterum ſibi in hoc contrà dicentibus dicebat quod quicquid ſibi placeret, illud eis diſpliceret, ſibiq; in omnibus contrarii forent. Predictus autem regens civitatis Lucæ & multi alii potentes viri præſentes hoc intelligentes, timuerunt magnum ſcandalum inter Papam & Cardinales mox futurum. Ideo ipſe dominus Lucæ adivit Errorium obnixè rogando, quod novos non crearet Cardinales, ſed cum eiſdem antiquis Cardinalibus in amicitia remaneret ad faciendam unionem, & addidit, ſe nolle, quod ipſe ſuum conſanguineum Epiſcopum Lucæ crearet in Cardinalem: & ſi ſecus fieret, certus eſſet, quòd idẽ Epiſcopus talem nullatenus acceptaret honorem. Sed Errorius ipſe vir duræ cervicis omnibus obauditis rationibus & precibus, quę ſibi in hac parte fiebant, nihilo minùs ad creationem eorundem quatuor novorum Cardinalium proceſſit. Et cùm quadam die in ejus conſiſtorio extra conſueta tempora pronunciare vellet dictos novos Cardinales, mandavit antiquis Cardinalibus, quod ad ipſum eveſtigiò venirent, ſed ipſi cauſam cognoſcentes, quare pro eis miſiſſet, ſibi non obediendo in eorum hoſpitiis remanſerunt. Errorius de hoc indignatus, vocari juſſit quoſdam Epiſcopos & auditores cauſarum palatii Apoſtolici, qui tum ad manum erant, quòd venirent ad ipſum: quos venientes ſibi conſedere mãdavit, & in eorum præſentiâ eoſdem quatuor novos Cardinales pronunciavit, ſcilicet Antonium Camerarium, Gabrielem Candelmarum ejus nepotes, necnon protonotarium Utinenſem ac Joannem Dominici fratrem ordinis Prædicatorum, qui fuit de illis ſermocinatoribus coram populo, quare dictus Errorius eandem unionem non teneretur, nec poſſet ſalva conſcientia facere, ne animam ſuam damnaret, ut ſuperiùs recitatur. De qua quidẽ creatione ſubitò omnes alii Cardinales & Curiales cum eis nimiùm contriſtati fuerunt, & extunc ipſi antiqui Cardinales per aliquot dies ad Errorium non acceſſerunt: jurabant enim & promiſerunt mutuò, quód in eorundem novorum Cardinalium creationem nullo tempore conſentire vellent. Unde maximum diſtur-

Gregorius novos creat Cardinales.

Precium nõ vile laborũ, ad quod quidam ex noſtris eadem tendũt via.

diſturbium inter Papam & ejus novos ex una parte, atque antiquos Cardinales ex altera,ortum fuit, Errorio volente quòd dicti novi creati remanerent Cardinales, antiquis Cardinal.bus contrà dicentibus & aſſerētibus,quod eos pro Cardinalibus non haberent. Unde idem Errorius aſſerens, quòd contra eum Cardinales veteres conſpiraſſent in ejus ſtatus offenſam, propterea ipſos jā ſibi quaſi rebelles habebat,de quibus etiā omnes ipſi Curiales plurimùm doluerūt, videntes quòd res ipſa ſine magno ſcandalo finiri nō poſſet. Erat enim idem Errorius adeo duræ cervicis & inflexibilis, quòd quicquid mente conceperat,hoc exequi volebat, non diſcutiens intra ſe,quæ ſequerentur.

Mores Gregorii.

CARDINALES A PONTIFICE NImiùm pertinace diſcedere conſultant: Cardinalis Leodienſis viri clariſſimi abeuntis bona nepotes Pontificiæ deripiunt: & manus perſecutorum idem Cardinalis vix evadit,

CAPUT XXXII.

SED ipſi antiqui Cardinales extunc deliberarunt,quòd ab eodem Errorio oportunitate captata vellent recedere, & ubi remanere tuto poſſent,declinare:quod Errorius ſentiēs, ſub graviſſimis pœnis dictis antiquis Cardinalibus præcepit,ne aliquis ipſorum abſque ſui licentia ſe abſentaret à Luca,nec ad tractandum aliqua abſque ejus licentia ſimul convenirent, neque cum ambaſiatoribus partis adverſæ verba ſeu tractatus haberent. Unde antiqui Cardinales de eorum ſtatu non mediocriter dubitabant, neve Errorius eos malè tractaret,veriſimiliter trepidabant,prout reverà feciſſet,ut ex multis indiciis evidentibus apparuit,ſi commodè potuiſſet. At regens Lucæ eidem Errorio dicebat,quòd nollet, ut alicui Cardinali,vel alteri fieret injuria,vel violentia in civitate Luca,ejusque diſtrictu, per eundem Errorium ſuosque officiales, quia omnibus ipſis ſecuritatem in illis ad effectum faciendi dictam unionem liberè conceſſiſſet, non ad faciendam ſeditionem inter ipſos, vel rixas, ad diviſiones,ſeu injurias ſuſcitandas. Sed dum ſic negocia in eadem Curia fierent,

rent, bo. me. Joannes Cardinalis Leodienſis, natione Normanus, Doctor in jure Civili, necnon vir magnæ probitatis & induſtriæ, quadam die Veneris tempeſtive habitu mutato cum modica comitiva ab Errorio non petita licentia vel obtenta à dicta civitate Luca recedens, ad caſtrum, quod Liberum factum nuncupatur, & eſt ſub dominio Florentinorum, diſtans à Luca quatuor miliaria Italica, quanto ocyùs potuit, equitavit, & ad eandem Civitatem Piſanam, quæ ſex miliaria Italica diſtat ulteriùs, equitavit: quod audiens prædictus Paulus nepos Errorii ſtatim de Luca multos armigeros deſtinavit, mandans eis, quod dictum Cardinalem caperent, & captivum ad Lucam reducerent violenter. Quibus euntibus ipſe Paulus cum quibuſdam aliis ſatellitibus domum habitationis dicti domini Cardinalis interim violenter intravit, & bona ibidem reperta tranſportari mandavit, & quoſdam ejuſdem Cardinalis familiares, qui in Luca remanſerunt, tanquam reos & conſcios dicti receſſus cepit, & in carceribus intruſit. Prædicti verò armati, qui miſſi fuerũt uſq; ad dictum caſtrum eundem Cardinalem velociter inſequentes eum deſcendentem de equo ante publicum hoſpitium vi capere nitebantur, ita quòd ſtatim occurrentibus in auxilium cuſtodibus dicti caſtri vix potuit evadere manus inſequentium prædictorum: tãdem prævaluerunt cuſtodes & perſequentes vi repulerunt. Audiens autem idem regens civitatis Lucæ, quòd ſatellites de mandato Pauli tantam cõtumeliam & violentiam in territorio Florentinorum commiſiſſent, timens fortè, quòd ægrè ferrent, occaſionem, quã caperent per hoc ipſi regenti guerram movendi, e veſtigiò dictos ſatellites capi & incarcerari mandavit, familiares quoque ejuſdem Cardinalis Leodienſis fecit ab eiſdem carceribus liberari: propter quæ prædictus Paulus nepos Errorii ira commotus ad eundem regentem acceſſit, rogans eum, quare dictos ſuos captivos à carceribus liberaret, & ſuos incarceraret. Cui dictus regens reſpondiſſe fertur, quod non dediſſet ſalvum conductum Errorio prędicto aut aliquibus aliis ad perpetrandum flagitia & violentias in ſua civitate, vel diſtrictu. Unde ſcire deberet, quòd ſi prædicti Florentini vellent præfatos captivos eis remittere, vellet ad ſtandum juri ſuper commiſſis & violentiis hujuſ-

Ioãnes Cardinalis Leodienſis vir clariſſimus clam abit à Pontifice parũ utili.

Paulus nepos, Cardinalis Leodienſis bona diripit, & manus perſecutorũ vix evadit idem Cardinalis.

Uti virum decet, rectè reſpondit.

hujuſmodi in eodem caſtro, quia nollet diſplicere dictis Florentinis pro Errorio & Paulo ſæpè dictis, & ipſos captivos vellet tandiu detinere: quouſq; dicti Florentini ſuper hoc ſibi, quid de ipſis captivis eſſet agendum, reſponderent. Et ſi eidem Paulo placeret cum dictis captivis eſſe in carceribus, intraret: aut ſi tutus vellet eſſe ab ipſo, quòd tunc ab eadem civitate non recederet, niſi priùs de damno & periculo imminentibus ſibi propter hujuſmodi violentias commiſſas in caſtro relevatus exiſteret per Errorium & Paulum. Quibus auditis Paulus timere cœpit, & carceres non intravit, dictis armatis ſuis extunc pluribus diebus remanentibus in illis, qui tamen poſtea conſentientibus eiſdem Florentinis relaxati fuerunt. Et ſtatim eadem die aliqui de ipſis antiquis Cardinalibus cum eorum familia & rebus recedentibus à Luca ad civitatem Piſanam acceſſerunt, nullo eos impediente: timor enim & tremor tunc adeo invaluerunt in Errorio & ejus nepote Paulo, quod recedentes Cardinales impedire in aliquo non audebant. Et eadem die illic dictus Cardinalis ſancti Angeli veniens, poſtquam Errorio aliqua verba locutus eſſet, à præſentia ejuſdem recedens, revertebatur ad Piſas: tribus ex hujuſmodi antiquis Cardinalibus tunc in Luca remanentibus, qui credebant Errorium nihilo minùs flectere, quòd eandem unionem faceret. Videntes autem ſe in hoc nullatenus proficere poſſe, ſimiliter ab ipſo Errorio tandem ad fratres eorum, qui tunc erant in Piſa, abierunt.

CARDINALES PASSIM A PAPA diſcedunt, ejus impias cenſuras ridentes.

CAPUT XXXII.

ITAQUE cùm hæc taliter fierent, Errorius & ſibi adhærentes novi Cardinales multa conſilia inter ſe habuerunt, ipſeque Errorius comminabatur antiquis Cardinalibus, quòd niſi infra paucos dies redirent ad Lucam, eos ſtatu, gradu, honore, dignitatibus, officiis & beneficiis privaret, & interim etiam palpabat, quòd aliquos Cardinales, qui ab ipſo fugerunt, ſecretè ad ſe revocaret, promittens ſe facturum magnalia, ſi redirent, ſicque conando diviſionem facere inter ipſos.

Qui

Qui hoc intelligentes, quia fruſtra rete jacitur ante oculos pennatorum, ſibi reſponderunt, quòd ipſum Errorium haberent pro Papa, & omnem reverentiam, necnon obedientiam ſibi parati eſſent exhibere dimiſſis omnibus rancorib⁹, ſi tamen adhuc cum illis ad faciendam dictam unionem efficater concurrere vellet,& ſuper hoc ei de die in diem aliqui eorum ſingulares nuncios deſtinabant,ſed tandem videntes ſe etiam in hoc non proficere, nec ipſius Errorii caput ad hoc precibus aut rationibus flectere poſſe, quandam appellationem à ſuis comminationibus, ſive proceſſibus interpoſuerunt, quæ infra paucos dies ſibi poſtea tunc ſedenti in ejus conſiſtorio cum eiſdem novis Cardinalibus multis tunc præſentibus ex Curialibus ipſi inſinuari fecerunt. Cui quidem appellationi idem Errorius ira incaleſcens motu repentino reſpondit, quòd ei tanquam frivola non deferret, & infra aliquot dies poſtea eoſdem Curiales, qui acceſſerant ad Piſas,dictus Antonius Camerarius in genere privavit beneficiis & officiis: quod ipſi ſentientes valde ludicram & turpem appellationem à ſententia privationis hujuſmodi interpoſuerunt in ſcriptis, & eam in diverſis locis publicis in Luca affigi fecerunt, ipſum Errorium & ſuos novos Cardinales multifariè diffamando. Quòd autem prædicti Cardinales, qui, ut præfertur, fugerant, contra eundem Errorium non conſpiraverunt, nec ab ipſius obedientia recedere volebant, ſi revera dictam unionem facere voluiſſet juxta vota & juramenta ſua, evidenter patet etiam ex reſponſione dicti domini Cardinalis Leodienſis, facta poſt quàm à Luca fugerat, ſuper quibuſdam literis de Luca ſibi per quendam amicum miſſis, quorum tenor talis eſt:

O SEN-

SENTENTIA ATQVE LITERÆ Cardinalis Leodienſis, quibus ſignificat, quatenus Papæ ſit obediendum: De titulo Ladislai, regis Hungariæ & Siciliæ, quem poſt adeptum Urbis Romæ dominium temporale per ſuos notarios publicos in publicis Decretis ſcribi juſſit: Deq; Gregorii ſubdolis machinationibus contra unionem, ſatis apertum ejuſdem teſtimonium,

CAPUT XXXIIII.

VEnerabilis amice chariſſime, ſcripta vidimus perlatorem præſentium oblata, quibus per ſingula reſpondere non permittit temporis anguſtia, & etiam lator ipſe cauſam latiùs referre poterit: unum non intendemus omittere, quòd ab obedientia & juſtitia hactenus obſervatis nunquam recedere certum eſt, juramentis & obligationibus efficaciſſimis eſt firmatum, & ſic apparet mẽdaciſſimè illa, quæ ſcribitis, fuiſſe divulgata. Unum ſolum eſt ſtudium uſque ad mortem incluſivè perſequendum, votis promiſſis & juratis, atque per mundum univerſum jam publicè divulgatis, & unioni eccleſiæ velle inſiſtere & ſic authoritatum rationumve multiplicata congeries locum habebit, ſuosq; intellectus locis & temporibus coartatos. Ita tamen eſt, vera & ſana doctrina, quæ in nullo adverſatur eiſdem, quòd Deo magis obediendum eſt, habetur. Si enim illa Papa mandet, vel ad ea cogere vellet, quæ animas in præcipitium ducunt, & animæ perditionem includunt, ſibi non fore obediendum jure divino & humano notiſſimum eſt, ſecundum Doctores ſanctum Auguſtinum, Ambroſium, Bedam, & alios, imo non obediendo & propter hoc ejus ſeveritates ſuſtinendo & cenſuras, meretur homo. Iſta pronunc ſufficiant, tacemus de modis hactenus obſervatis in faciendo & non faciendo, & lapſu temporis tanti, in quo quid & quantum actum ſit in cauſa Dei, & ſub quibus coloribus & quantum fundatis, ex quibus quanta affectio fuit tollendi ſchiſmatis, & ſi illa ad fautoriam magis pertineant, non intendimus nos dilatare.

Poſtea

Poſtea tamen de hoc videri poterit pleniùs,& quid mundus, quo ad hoc, reputet aut teneat, unuſquiſque poterit perpendere. Unum eſt, quòd nihil aliud agitur, quàm mundo & Chriſtianitati languentibus,& conſcientiæ atque famæ providere cum omni ſinceritate & charitate, prout cunctis hoc fiet manifeſtum. Aliud, præmiſſis non obſtantibus, cum feſtinantia duximus adjungendum, quòd quicunque ſunt illi, quibus talentum à domino quale & quantum cuique creditum eſt, maximè qui ſtatu eccleſiaſtico gloriantur, ſuntq; illuminati ſcientia,& ſe unionis zelatores eſſe profitentur, ſe ad currum deberent adjungere, & etiam cooperatores exiſtere, illi maximè, quibus innoteſcit, quanta fuerunt hactenus adhibita molimina non ad unionem veniẽdi juxta promiſſa & jurata, ſed potiùs impediendi, & ea pro poſſe reprobandi. Scripta Piſis altera die Aſcenſionis. Eo tempore multùm elevatum fuit cor regis Ladislai, poſtquam dominium urbis taliter ſortitus erat, ut ſuperiùs narratur. unde ſub magna pœna omnibus notariis publicis ſub ejus ditione conſtitutis mandavit, quòd in publicis decretis, quæ conficerẽt, hunc titulum ejus inſcriberent, videlicet, Regnante ſereniſſimo & invictiſſimo domino noſtro, domino Ladislao, inclyto Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem & Siciliæ, Dalmatiæ, Croaciæ, Romæ, Serviæ, Saliciæ, Lodomiriæ, Comanię, Bulgariæ rege præclariſſimo, necnon provinciæ & Fortalquerii ac Pedemontium comite, regnorum ejus anno XXII. feliciter, amen. Præterea illis temporibus, quibus iſta fiebant, negotia Curiæ ipſius Errorii indies in pejorem devenerunt eventum,& paſſim oratores & nuncii, qui illic pro ſollicitãda dicta unione undique venerunt, ac multi de Curialibus catervatim receſſerunt. Sed inter Errorium,& qui ab eo fugerunt, Cardinales prædictos quotidie rancores multiplicabãtur, nec poterant ipſo Errorio recuſante ad unam ſententiam dictæ unionis in ſimul convenire: unde prædictus Petrus de Luna, qui tunc erat in Portu Veneris ſub dominio Januenſium has diſcordias inter Errorium & ſuos antiquos Cardinales ſentiens,& ex hoc forſan exhilaratus, prædicto Angelo ſcripſit epiſtolam, quæ ſequitur, quam etiam in alia litera inſertam de verbo ad verbum ipſi regenti Lucæ deſtinavit, cujus tenor talis eſt:

Heu quàm verè languẽtibus ſ. ad hoc noſtrũ ſeculũ refe ras, ſed quo modo iis tã diu languẽtibus provideatur, nõdum video: ſatis jam ſentimus atq; cernimus meliora, at ſequimur deteriora.

Ladislaus Hungariæ ac Siciliæ rex.

EPISTOLA PETRI DE LUNA, QUA ſale multo Gregorium perfricuit,

CAPUT XXXV.

BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili viro Paulo domino Lucæ ſalutem & Apoſtolicam bened ctionem. Propter nonnulla in quibuſdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpantibus nobis innoteſcũt, conſiderato, præſertim quod cum Angelo dicto Corario, qui in hoc peniciofo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpe tentatos labores non ſine perſonarum jactura aliquem effectum ad bonum finem eccleſiæ unitatis obtinere nequivimus, de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & frequenti eorum inſtantia pulſati deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes illas, & nos cum collegio noſtro reponere in ſecuro. Ut igitur ſcias eccleſiaſtica negocia qualiter remaneant pro præſenti, elicere poteris ex tenore literæ, quam ſcribimus dicto Angelo Corario ſub hac forma: Angelo Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe fecit nominari Gregorium, pacis & unionis affectũ pariter & effectum. Si te fateri veritatem non pigeat, præſertim cùm ſit notorium, celare non poteris ea, quæ tuis literis intimando etiam promulgaſti per orbem, ut ex utriuſque ceſſione pax daretur eccleſiæ, & quòd ſcriptis tuis per nos ad hoc ceſſionis viam offerendo dato reſponſo & de conventione in civitate Saonenſi pro excuſatione oblatorum hinc inde ſecuta concordia convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibuſdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias à te datas poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti charitas, & fervor cõpaſſionis animarum bona fide ſimpliciter incedentes, non abſque noſtri atque noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo renuiſti, cauteloſè per verba, &, quod referimus diſplicenter, denegatis multis, etiam nonnullis per te oblatis, quæ ad executionem cõcordatorum ad unionem perficiendam erant plurimùm utilia & oportuna: de * uberiori tecum tractatu ſuper hujuſmodi unione proſequẽda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, eiſdem prorogatio

* ulteriori, alias.

rogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, à tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem libenter ſilentio tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequēs noſtra inſtantia repulſam propter quædam in nonnullis partibus quibuſdam inſtigantibus innovata, abſque perſonali noſtro & noſtrorum periculo in his partibus moram trahere non valentes, cùm apud te, ut clarè cernitur, proficere non poſſumus, nolentes Deum tentare imminente periculo ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro collegio valeamus hoc turbationis tempore reponere in ſecuro, de fratrū noſtrorum conſilio eorumq; inſtantia pulſati decrevimus declinare. Sed ne videamur, ſicut nec intendimus, adverſitate intercedente hujuſmodi perſecutionem unionis dimittere neglectam, de dictorum fratrum conſilio deliberavimus nuncios noſtros plena poteſtate fulcitos (qui, ſi velles ad cor reverti, poſſent ad affectum unionis & oblatorum procedere efficaciter in agendis) hìc dimittere: impedientibus tamē ambaſiatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli regis Francorum illuſtriſſimi in his partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius nō potuit obtineri. Quid autem ſuper hac re ſimus ulterius Deo auxiliante facturi, intendimus univerſis Chriſti fidelibus breviter intimare. Tu verò, ô homo, ſi ſcintilla compaſſionis animarum in te viget, quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, & ad ea, quæ obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſpone, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra animas militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus tuos & contumaciam, ſi bene egeris, in memoria nō tenentes: Deum enim in judicem & negociorum notorietatem in teſtem invocamus, quòd per nos non ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quin vera unio inducatur. Idus Junii Pontificatus noſtri anno XIIII.

Cumque poſtea dictus Errorius, necnon novi Cardinales per eum creati multas diffamationes, necnon improperia ab ipſis Curialibus, qui fuerunt in Piſa in ſcripturis diverſis Lucæ appoſitis frequentiſſimè ſuſtinerent, dictusq; Joannes Leodienſis & bonæ memoriæ Angelus Florentinenſis Cardinalis, qui erat etiam de ipſis Cardinalibus, qui ab Errorio

fugerunt medio tempore deceſſiſſent, necnō præfatus Petrus de Luna cum aliquibus ſuis Cardinalibus ad regnum Aragoniæ per mare declinaſſet, tunc Errorius pro ſua executione, ut nihilo minùs crederetur, quòd eandem unionem adhuc facere vellet, generale Concilium per eum celebrandum indixit, ut patet in ejus literis déſuper confectis, quarum tenor talis eſt:

GREGORIUS CONCILIUM AD Aquilegiam indicit, novosq́; creat Cardinales,

Caput XXXVI.

GRegorius, &c. ad futuram rei memoriam. Cùm tota noſtræ mentis intentio ſit, Chriſtianorum eccleſiam reunire, palpato per experientiam rerum magiſtram, quòd per viam renunciationis obſtante iniquorum malitia id efficere hucuſque nequivimus, quam purè & ſyncerè obtulimus, & in eadem perſeverantes perſtitimus, & adhuc perſiſtere non deſiſtimus, ſecundum formam & intentionem noſtri voti & juramenti, neſcientes divini ſecreta conſilii ſæpenumero per effectum dejurantis, quia vanæ ſunt cogitationes hominum, ad viam juribus & antiquis conſuetudinibus approbatam nos convertimus, generale concilium, quòd omnes vias ad unionem includit nullam penitùs excludendo, quodque congregare ſolius Romani Pontificis eſſe dinoſcitur, ſine cujus authoritate factum, non Concilium, ſed Conciliabulū, aut conventiculum dicitur, & diffinitur nullum exiſtere, ad feſtum Pentecoſtes immediatè ſequentis, & in provincia Aquilegienſium & ex Archatu Ravennatis divino auxilio invocato de fratrum noſtrorum conſilio authoritate Apoſtolica præſentium tenore indicimus & etiam convocamus, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus venerabilibus fratribus noſtris univerſis, & ſingulis patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis & dilectis filiis electis, & aliis eccleſiaſticis prælatis, ac reliquis in prælaturis & dignitatibus conſtitutis, qui ſolent ex dignitatibus & prælaturis eorum in hujuſmodi generalibus Conciliis intereſſe, quatenùs ad id ſe perſonaliter in eiſdem loco & tempore transferant debito,

ſcituri

ſcituri locum, quem ex eis duxerimus eligẽdum, quem quidem locum nunc expreſsè determinare & denunciare nequivimus propter varias circumſtantias, quibus locus talis unitatis & pacis debet meritò circumcingi. Et quoniam peſtiferum hoc ſchiſma tolli veriſimiliter non ſperatur, nec dari integritas unionis populo Chriſtiano cum effectu ſine dominorum temporalium voluntate, quorum honor & ſtatus tangitur : chariſſimos in Chriſto filios noſtros Rupertum Romanorum & alios reges, & nobiles viros, duces, principes, cæteroſque potentes, necnon communitatum & univerſitatum regimina principalia requirimus, monemus & hortamur in domino, quatenus ad idem Concilium perſonaliter veniant, aut aliquos viros ſolennes, doctos & Deum timentes tranſmittant, ut fiat Deo annuente pax & unitas eodem in populo Chriſtiano. Nulli ergo, &c. noſtræ indictionis, mandati, requiſitionis, monitionis & exhortationis infringere, &c. Si quis autem, &c. Datum Lucæ VI. nonas Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. Subſequenter verò circa finem menſis Junii Gregorius cum pauca comitiva Curialium & etiam armigerorum à Luca recedens, multùm extenuatus in facie, & lividi coloris, ac ſi jam in puncto mortis exiſteret, ſub ſalvo conductu ejuſdem Florentinorum datis ſibi etiam per ipſos, prout petiit, ſufficientibus obſidibus, donec eſſet in loco tuto, ad eandem civitatem Senenſium revertebatur, ubi ſatis honorificè, ut creditur, ob reverentiam regis Ladislai, quem Senenſes tunc & antè reverebantur & diligebant, per cives & communem populum recipiebatur : credidit tamen tunc ire verſus Ariminum recta via, ſed hoc eo iter agente fuit quomodolibet impeditus. Stando igitur tunc per tres menſes, vel circiter Senis, interim ad dilatandum ſchiſma alios novos Cardinales creavit, & poſtea verſus Ariminum tranſivit, ubi etiam hyemando in Quadrageſima tunc inſtanti ad terram civitatis Auſtriæ Aquilegienſis diœceſis acceſſit, & ibi circa feſtum Pentecoſtes tunc ſequens ſuum conciliabulum celebravit, paucis exiſtentibus ibi Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis prælatis, aut procuratoribus eccleſiaſticorum prælatorum, necnon principum ſecularium, qui in generali Concilio per ſummum Pontificem convocato de conſuetudine & more intereſſe tenentur. Præfatus verò Pe-

O 4 trus

trus de Luna in ipſo regno Aragoniæ tunc temporis aliud Conciliabulum,in quo erant quàm plures Epiſcopi, Abbates,& alii eccleſiaſtici prælati deHiſpania,Cathalonia,& quibuſdam adjacentibus provinciis de ipſius obedientia, celebrabat. In quo quidem Conciliabulo per eundem Petrum facto,in diverſis ſeſſionibus dicti Epiſcopi & alii ſui prælati, qui illic convenerant,conſuluerunt finaliter in hæc verba:

DE CONSULTATIONE ATQUE definitione Conciliabuli per Benedictum in Aragonia celebrati ſuper ſchiſmatis materia:quibus miro modo eiuſdem fovetur pertinacia,

CAPUT XXXVII.

SAnctiſſime ac beatiſſime pater,hoc ſacrum Concilium ad id,quod in ultima ſeſſione per veſtram Sanctitatem primo loco propoſitum fuit, humiliter & devotè reſpondit, quòd conſideratis & diligenter attentis his, quæ pro ſervitio Dei & unione ſanctæ matris Eccleſiæ & ſalute omnium S.V.obtulit,acceptavit & proſecuta fuit, non parcendo laboribus,periculis & expenſis,conſideratis etiam injuriis,oppreſſionibus,turbationibus & impedimentis, quæ nobis aliquorum præſumptione ingeſta ſunt, necnon variationibus,cavillationibus, refutationibus ac inconſtantia intruſi moderni & ſuorum prædeceſſorum,conſideratis etiam proſeſſionibus & proteſtationibus per S.V.hoc ſacro Concilio & aliàs factis, quas reputat ſufficientes, quæ omnia apertè liquent ex lectione geſtorum à tempore aſſumptionis V.S. ad Apoſtolatus apicem uſque ad tempus præſens, pro quibus omnibus S. V. & hoc meritum apud Deum & perpetuum apud homines præconium reportare meretur, ipſum ſacrum Concilium matura deliberatione ſuper his habita puro corde & ſyncera intentione credit,tenet & reputat vos fidelem,Chriſtianum atque Catholicum ac verum Chriſti vicarium,nec credit nec reputat vos Pater ſancte, eſſe vel fuiſſe ſchiſmaticum vel hæreticum,nec macula ſeu fautoriæ ſchiſmatis ſeu hæreſis irretitum,& quanto humiliùs poteſt, hoc

hoc ſacrum Concilium V.S. gratias agit pro promiſſis ex cordis intimis ſeipſum devotè offerens ad V. S. obſequia, Deum ſuppliciter exorans,utS.V.in hoc ſacro unionis negotio dirigere dignetur ad ipſius laudem & gloriam, totiusq; populi Chriſtiani pacem & quietem. Sanctiſſime ac beatiſſime pater,hoc ſacrum generale Concilium ſupplicat & cōſulit humiliter & devotè S.V. primò, quod non obſtantibus quibuſcunque perſecutionibus & impedimentis vobis datis, dignemini propter Deum & bonum Chriſtianitatis proſequi efficaciter ſanctum unionis ſanctæ matris Eccleſię per viam renunciationis omnibus aliis viis prætermittēdo, nulla tamen alia via excluſa.Itē ſupplicat &conſulit præfatū Concilium S V. quatenus oblationem per S.V. factam intruſo de renunciatione in caſu renunciationis vel mortis dignemini extendere ad caſum dejectionis ejuſdem intruſi, ſi fiat ſecundum fidem & obedientiam partis ſuæ,& etiam effectualiter de facto. Item ſupplicat & conſulit præfatum ſacrumConcilium S.V.pro celebri &debita concluſione præmiſſorum obtinenda,dignemini certos nuncios,probos viros,Deum timentes,ad hoc idoneos nomine & pro parte S. V.& veſtri collegii ac totius ſacri Concilii mittere ad intruſum & ſuos Anticardinales cum ipſo Piſis & alibi degentes, necnon ad illos dominos Cardinales Piſis exiſtentes, & ad illos,qui in hoc ſancto unionis negotio proficere potuerūt, cum plena ac libera& ſufficienti poteſtate tractandi concordiam,firmandi & obligandi omnia & ſingula neceſſaria & utilia ſeu oportuna ad præmiſſa,&,prout eis videbitur tempus breve & congruum, & locum idoneum & ſecurum, ac de ſecuritatibus & libertatibus in eundo, ſtando & redeundo,recipiendi,concordandi & obligandi, in quo S.V.illa omnia,quæ concordata & firmata fuerint per ipſos, efficaciter exequatur perſonaliter , vel ſi perſonaliter ire noluerit, vel infirmitati corporali impedita fuerit,per alium ſeu alios habentes plenariam &liberam poteſtatem ad omnia,quæ S.V.facere poſſet,uſque ad renunciationem incluſivè. Item ſupplicat,& conſulit præfatum ſacrumConcilium S.V.quatenus dignemini formam procuratorii in prædictis caſibus faciendi, mandandi, ordinandi, pleniori & meliori modo, quo fieri & ordinari poterit.Item ſupplicat & conſulit præ-

ſatum ſacrum Concilium, quatenus dignemini tales conſtitutiones facere & proviſiones adhibere, quod ſi non ante obtentam unionem (quod abſit) contingeret S. V. ab hac vita ad aliam evocari, poſſit ad unionem debitè & Canonicè procedi taliter, quod poſt obitum S. V. propter defectum proviſionis non differretur ſeu impediretur unio, aut non, quod abſit, ſcandala vel ſubſchiſmata ſuſcitarentur, dignetur S. V. per debitas conſtitutiones ſeu remedia prohibere & providere, ne ad ſimilia perpetranda procedant ſub pœnis decretis & prohibitionibus ad hoc neceſſariis & oportunis. Subſcripta ſchedula fuit per Concilium oblata domino noſtro, & per eum benignè & ſimpliciter acceptata, cauſa acceptationis & contentationis de aceeptatione factum fuit inſtrumentum publicum manu domini noſtri & omnium de Concilio ſubſcriptum.

CARDINALES UTRIUSQUE PARtis Piſis convenientes, & generale Concilium indicentes, Gregorium citari faciunt, quos ille tamen facilè contemnit,

CAPUT XXXVIII.

CUm autem dictus Petrus de Luna ad prædictum regnū Aragoniæ perveniſſet, octo vel novem de Cardinalibus ſuis, qui ſecum erant, ad diverſa loca propinqua, quia tunc erat æſtas, ſub recreationis colore declinarunt ab ipſo, quorū aliqui ad Liburnum, alii ad Portum Piſanorum, ſed noviter ab eo ſegregatum, & dominio eorundem Januenſium, qualitercunque additum, acceſſerunt, cauſa cum eiſdem Cardinalib9, qui ab ipſo Errorio fugerāt, illuc accedētes per plures dies inſimul converſati fuerunt, ſed tamen ſine fine concluſionis, quia necdum habebant determinatum locum idoneum eis conceſſum, in quo ſimul convenire atque generale Concilium ex utraque obedientia convocare pro facienda unione liberè poſſent. Sed tandem dominus Balthaſar, ſancti Euſthacii diaconus, Cardinalis, per eundem Bonifacium ad illum gradum aſſumptus, tunc & nunc fungens officio legationis in civitate Bononienſi & ejus comitatu pro Romana

Balthaſar de Coſſa. poſt Ioannes

mana eccleſia,ac modernus Papa Alexãder tuncCardinalis, & dominus Joannes nepos dicti Innocentii & per eum in Cardinales creati, circa feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis anni proximè præteriti deBonònia,ubi tũc fuerũt, volentes eoſdem alios Cardinales tunc Piſis exiſtentes viſitare,ad Florentiam iter egerunt, & ibi honorabiliter recepti obtinuerunt àFlorentinis concedi civitatem Piſanam prædictam ad conveniendum ibidem ſimul cum eiſdem Cardinalibus Gallicis ad faciendum omnia, quæ eis videbantur fore pro dicta unione ſubſequenda quomodolibet oportuna,& ſic ulteriùs dicta licentia obtenta ad Piſas declinarunt, ubi tunc eorum confratres &dictos Cardinales Gallicos cõgregatos invenerunt,in qua ad proſequendam dictam unionem generale Concilium utriuſque obedientiæ celebrandũ convocarunt in feſto Annunciationis beatæ Mariæ virginis tunc inſtanti proximè, ſed iſte terminus ad alium brevem terminum poſtea ſurrogatus fuit,& duo ex eiſdem Cardinalibus obedientiæ noſtræ iverunt ad civitatem Senẽſem præfatam,in qua Errorius cum ſua Curia reſidebat, cauſa eum citandi, ſive vocandi,ut ad prædictum generale Concilium accederet,ac ejus determinationi,ſi vellet, per ſe,vel per aliũ, ſeu alios intereſſet:quos tamen præfatus Errorius ad ſe venire non ſinebat, imò per aliquos magnæ authoritatis viros interpellatus & rogatus, ut ipſos audiret, illud pertinaciter facere non curabat,ſed ipſi miſſi Cardinales facientes ſollicitam diligentiam in commiſſis,& publicantes apud eccleſiã majorem Senenſem,& in quibuſdam aliis locis publicis coram tabellionibus & teſtibus multis cauſam,quare illuc venerant ad citationem, quam eidem Errorio intimare volebant,publicè legi fecerant,cujus copiam etiam diverſis portis in eadem civitate Senenſi affixerunt,& affixam relinquẽtes ad eorum confratres redierunt. Ipſe autem Errorius dicebat,quòd dictam citationem non curaret,adjiciens, quòd prædicti Cardinales generale Concilium abſque ejus licentia & voluntate convocare non poſſent: in quo etiam vehementer erravit,ut peritis in jure notum eſt, quod etiam ratione probatur: nam quòd duo vel plures contendentes de Papatu & in diverſis regionibus morantes,niſi concorditer in aliquo loco ſuper hoc in ſimul convenirent, generale Cõcilium

24. appellatus. quem Ludovicus Palatinus in Concilio Conſtantiẽſi depoſitum in arce Mãheim ad Rhenũ litteris cuſtodiendum recepit.

cilium celebrare poſſent,non videtur.Ex quo infertur,quod cùm quilibet eorum ſeorſum cum prælatis ſuæ obedientiæ celebraret Concilium, hoc revera nullatenus dici poſſet generale,ſed particulare Concilium,aut Conciliabulum, ſicuti ſeorſum quilibet ipſorum Errorius & Petrus de Luna ſuū Conciliabulum in valde remotis ſeu ſejunctis locis celebrarunt,& pro hac parte ſunt multæ evidentiſſimæ rationes in jure,quæ hîc non vendicant ſibi locum: ea de cauſa illas præſentibus inſerere non curavi, quamvis fortè multi pacis eccleſiæ æmuli,nec intelligere volentes, ut bene agant,contrarium aſſerere,ipſoſque Errorium & Petrum in eorum erroribus defendere non formident.

CARDINALIS BARENSIS ANNO Domini M. CCCC. IX. ad Germaniam Concilii legatus illic prælatos ad Concilium convocat: Item quæ tum in Concilio acta ſint: Antonius Pontificis nepos, Cardinalis, Franckfordiam accedit, ibiq; Principes Germaniæ convenit: Quomodo Rupertus Romanorum rex Gregorii partes foverit: Item quomodo Epiſcopus Vormacienſis cum aliis quibuſdam Ruperti regis Romanorum ad Gregorium legatus, à Gregorio Cardinalis pronunciatus id honoris ultrò oblatum recuſaverit.

CAPUT XXXIX.

ANno verò Domini M. CCCC. IX. circa feſtum Epiphaniæ venit dominus Landolphus Cardinalis Barenſis, de quo ſuprà fit mentio, ad Franckfordiam Maguntinenſis diœceſis miſſus in ipſam Germaniam per præfatos dominos Cardinales utriuſque obedientiæ, qui tunc reſidebant in Piſis,ad convocandum Eccleſiaſticos prælatos & principes Alemaniæ ad veniendum,aut mittendum ad hujuſmodi generale Concilium Piſis celebrandum, & multum honorificè ubique locorum, per quæ in Germania tranſivit,

per

per clerum & populum receptus fuit:& tunc etiã ad Franckfordiam hujuſmodi Maguntinenſis & Colonienſis Archiepiſcopi multùm potenter acceſſerunt. Fuit & tunc ibi præfatus rex Rupertus cum ſuis conſiliariis, necnon Henricus dux Brunſuicenſis, Hermannus Lantgravius Haſſiæ, Fridericus marchio Miſnenſis, & Fridericus Burggravius Nurenbergenſis, & multi Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones ac proceres, & plerique Curiales, necnon regis Francorum & regis Anglorum, atque de diverſis provinciis & terris inſignes legati illic convenerunt, ad tractandum de unione prędicta. ſed poſtquam ibi per ſex dies ſteterunt, venit etiam ibi ſupra ſcriptus Antonius nepos & Camerarius dicti Errorii, cui modica reverentia in Alemania impendebatur, quia dicebatur de ipſo, quòd veniſſet illuc ad turbandam unionem: unde communis populus Germaniæ ipſum habere videbatur exoſum, ſalvo quòd ipſe rex Rupertus eum per iter, quod egit, cum ſecuritate duci procuravit, & multùm honoravit. Ipſe autem Antonius in propria ejus perſona in præſentia aliquorum eorundem principum & aliorum magnatum intrando prætorium Franckfordienſe, in quo etiam tunc ipſe rex Rupertus erat præſens, valde prolixum & tædioſum fecit ſermonem, in quo dictum Errorium & ejus factum juſtificando, dictorum Cardinalium tunc Piſis exiſtentium, & præfatum Cardinalem Barenſem ſatis ſcandaloſè & opprobriosè in publico impugnavit, adeo quòd hoc ipſis principibus & aliis præſentibus, exceptis forſan eodem rege Rupertò & qui cum eo erant, diſplicuit vehementer, & poſtea infra duos dies rex & Antonius prędicti & paulatim etiam alii ad propria redierunt, concludendo finaliter, quòd rex Rupertus ſuos & Maguntinenſis & Colonienſis Archiepiſcopi & marchio Miſnenſis prædicti eorum ambaſiatores ad Italiam mittere vellent ad ſollicitandum factum unionis. Ipſe verò rex Rupertus eundem Antonium ſecum ad Heydelbergam duxit, & ibidem multis diebus in ſuis expenſis procuravit, & ita pertinaciter partem dicti Errorii ſovit in omnibus, & per omnia etiam ibidem Franckfordiæ, ſicut dici poſſet, non advertens conſilia principum & prælatorum aliorumque ſibi conſulentium, quod utique cõſentire deberet, quòd dicta fieret unio, & ad illud etiam dictum Errorium modis

Rupertus rex & principes Frãckfordia congregati.

Antonius nepos Cardinalis Franckfordiam accedit.

Rupertus Antonium Heydelberga excepit.

Ruperti oratores in Italiam redeunt.

modis omnibus invitaret. Poſt hoc oratores dicti Ruperti in Italiam ad Errorium acceſſerunt, apud eum diutius remanentes, iſti videlicet Archiepiſcopus Rigenſis, & Epiſcopus Vormacienſis necnon electus Verdenſis, quem quidem Epiſcopum Errorius fecit Cardinalem, ſed noluit acceptare, timens fortè, quòd ſi illum acceptaret honorem, alius ſibi ſurrogaretur antiſtes in eccleſia Vormacienſi. Prædictus verò electus Verdenſis illectus & inductus dolosè per ipſum Errorium ad differendum proceſſum unionis acceſſit ad Piſas, & Cardinalibus ibidem congregatis, & ubi tunc erat magna multitudo aliorum Eccleſiaſticorum prelatorum diverſorumque Regum & principum oratores, quoſdam articulos pro parte dicti domini regis Ruperti tradidit, qui inter alia continebant, quòd ſi dicti Cardinales ad alium locum prædicto Errorio & eis communem, idoneum & ſecurum convenire vellent, quòd illuc etiam dictus Errorius cōvenire deberet, & ſive dictus Petrus illuc veniret, vel non, in termino ſibi per generale concilium ſtatuēdo, nihilo minùs idem Errorius illuc ſuo Papatui cedere vellet, & quia dictus electus multis evidentibus rationibus ſuadentibus ſuper hoc negativam ab eiſdem Cardinalibus reportavit, ipſe vices procuratoris aſſumens, ejuſdem Ruperti regis nomine appellavit, innuens in ipſa appellatione, quod hoc caſu convocatio Concilii generalis ſpectaret ad Romanorum regem, seu ipſo ſuam poteſtatem præſtante duntaxat celebrari deberet, & quia hujuſmodi Concilium ſpreto dicto rege, nec eo illud fieri mandante, congregaretur in Piſis, propterea contra ipſum Errorium per hujuſmodi Concilium non poſſet aliquid diffiniri de jure, & qua quidem appellatione valvis cujuſdam eccleſiæ affixa per eundem electum in Piſis, poſtea ipſe hoſpite inſalutato ac clanculò, nec vale dicto ipſis Cardinalibus inde receſſit, cùm tamen illum actum, ſi utiq; voluiſſet, etiam publicè ac ſolenniter & abſque omni periculo ibi facere potuiſſet. Ecce pulchrum actum regis Ruperti & ſuroum nunciorum prædictorum, propter quem fuerunt ipſi & ſui oratores ab omnibus Piſis exiſtentibus notabilioribus viris deriſi, & quaſi fatui & juris ignari communiter reputati, in hoc potiſſimè, quod ipſam unionem, quam meritò promovere debebant, ut præfertur, tam variè, ne fieret, perturbant. Quòd autem hujuſmodi actus requiſitionis de alio

Electus Verdenſis legatus Ruperti à Cōcilio nomine regis appellat.

alio loco & appellationis callidè & malitioſè proceſſit, clarum eſt: quia tunc temporis, quando dictus electus ad Piſas venerat, erat æſtas & tempus calidum, prout in Italia tunc temporis eſſe conſuevit, & erat etiam maxima multitudo Forenſium tunc in Piſis, qui illuc venerant potiſſimè per mare de remotis partibus, & apportarunt illuc ſecum in navibus neceſſaria pro ſe & eorum familiaribus, interim quod in eodem Concilio, ſive Piſis, morarentur, nec habebant equos ſeu alias vecturas eis condecentes ad alium locum, ut à Piſis declinarent, imò hoc eis fuiſſet penitùs impoſſibile, attentis etiam quòd multi ex dictis Cardinalibus erant ſenio & diverſis infirmitatibus confracti & impediti, qui non poterant niſi per modicum iter apportari, nec per ſe equitare valebant. Prҿterea ſi dictus Petus de Luna erat vocandus de novo, quòd ad dictum Concilium veniret, qui tunc in eodē regno Aragoniæ ſive Cathalonia etiam multùm diſtante ab Italia morabatur, neceſſarium extitiſſet, quòd ſibi ad hoc cōpetens terminus ſtatueretur, & ſi hoc factum fuiſſet, illi, qui ad dictum Concilium jam convenerant, interim catervatim receſſiſſent, & forſan nunquam ad ipſa rediiſſent, quia tot ſumptibus, ſicut juxta eorum ſtatum requirebatur, præſtolando tamdiu dubium adventum dicti Petri veriſimiliter facere non potuiſſent, & ſic prædicti Cardinales ſimul congregati tandem etiam ſub dubio eventu, quaſi ſoli remanſiſſent, & finaliter nulla efficax concluſio, ſuper eodem unionis negocio facta fuiſſet: unde etiam maxima confuſio & diviſio inter congregatos Cardinales ſubſequi poterat: & quia forsā locum illum de novo deputandi dictus Petrus, qui ſemper per mare ambulat in galeis tranſeundo de loco ad locum, tanquam ſibi minùs aptum, ſive non tutum quomodolibet refutaſſet, iterum Concilium ſeu congregatio hujuſmodi ſine fine permanſiſſet.

AUTHOR HUJUS HISTORIÆ Pontificum colluſionem atq; perverſitatem deteſtans, & referens nequitias utriuſq; Pontificis, inquirit cauſam tam diutinæ atq; malitioſæ tergiverſationis in deponendo Papatu: Ex ſententia divi Pauli diviſiones & ſchiſmata ab eccleſiis tollenda eſſe docet: Quorundam opinionem de verbis divi Pauli, Oportet hæreſes eſſe, confutat: ubi etiam non parum multa de ſignificatu verbi Oportet, colligit,

CAPUT XL.

ET mirandum eſt, quare iſti contendentes de Papatu, ſcilicet Errorius & Petrus certabant tamdiu de conveniendo in uno loco, ubi uterq; ipſorum ſuo Papatui cedere vellet, niſi forſan voluiſſet unus eorum alterũ ſubornaſſe, ita quòd ille duntaxat ceſſiſſet, ſicque per fas & nefas alter cum Cardinalibus ordinaſſet, quòd ſolus in Papatu remanſiſſet. Et ſi taliter contigiſſet, tunc utique per hoc ſedatum ſchiſma non fuiſſet, vel quòd volebant forſan pugnare in ſimul, ſuosque, qui cum eis eſſent, in periculo mortis ponere, ut ſic alter eorum vincens per violentiam Papa unicus remaneret. Nec video, quin maxima pericula ſubſecuta fuiſſent, ſed prædicti contendentes de Papatu in ſimul conveniſſent, cùm quilibet ipſorum ſic in aſtutia quaſi diabolo ſimilis & uſque ad mortem contendat velle in Papatu remanere: nam eorum actus, quos hactenus fecerunt, omni malitia mixti evidentiſſimè hoc oſtendunt. Nec expediebat eos propterea in ſimul convenire, prout clarum eſt: potuit enim quilibet eorum cedere in loco particulari per ſeipſum, ubi voluiſſet, vel per procuratores ſuos in aliquo loco communi, de quo ſimul concordaſſent, abſque quocunque periculo perſonarum, vel ipſis aut ſuis propterea imminenti: ſed nolebant intelligere ut bene agerent, ſicque per truſas & nugas, ac colores varios & elenchos ſophiſticos tamdiu Chriſtianum populum deceperunt, neglectis turpitèr juramentis, votis ac ſcriptis eorundẽ de procuranda per ipſos unione ſæpè dicta. Stultizat igitur aſſe-

aſſerens & credens, quod Errorius ſeu Petrus non potuerit Concilium, niſi duntaxat in ſua obedientia, convocare, & quòd illud taliter convocatum, non fuerit, nec eſſe potuerit generale, liquet ex præmiſſis, quòd nullus rex, aut alius, potuerit, aut poſſit licitè, & abſque ſchiſmatis & hęreſis nota eoſdem Errorium & Petrum in eorum pertinacia confovere. Si enim omnes dicimur, ſeu dici debeamus, quòd ſub uno Chriſti vicario, ſub uno patre unius eccleſiæ filii, ſub uno magiſtro concordes diſcipuli, ſub unico capite conformia membra ſumus, neſcio quomodo ſic diviſus eſt Chriſtus ex diverſis affectionibus, ut alter dicat, ego ſum Gregorii, alter, ego ſum Benedicti, &c. cùm tamen juxta ſententiam Apoſtoli in eodem corpore ſciſſura eſſe non debeat, quod idem prohibet dicens, non ſint in vobis ſchiſmata: quæ reprehendit, ubi ſcribit Corinthiis: In eccleſia Dei audio ſciſſuras eſſe, quæ, ut in divinis eloquiis patet, deſtructionem ſæpius inducunt: in utroque teſtamento de his teſtimonia ſunt clara.

Dicti Pauli teſtimonio docet ſchiſmata tollēda, omnēq; diſcordiæ materiam prorſus amputandam.

Nec ſunt excuſabiles fautoriæ & fautores hæreſis hujus ex illo verbo Apoſtoli, quo dicit, Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant, tanquam impoſita ſit illis, qui hoc ſchiſma foverit, neceſſitas ad fovendam hæreſim, & per hoc, quod dicit Oportet, neceſſitaverit. Sed per ſcripturas evaganti nunquam vel raró occurrit hoc verbum pro neceſſitate mala perpetranda fore dictum: patet exemplis, quia oportuit ſcripturas impleri, non cauſativè, ſed conſecutivè. Oportebat enim evangelizare regnum Dei, oportebat nos naſci denuo, oportuit miſereri conſervis, oportet obedire Deo magis quam hominibus, ut tangitur ſuprà in Epiſtola dicti Cardinalis Leodienſis, oportet ad Deum accedentem credere, oportet obſervare de lege Dei quæ audivimus, oportet de converſione Chriſtianorum gaudere, oportet ſemper orare, oportebat pati Chriſtum, oportet abſolvi ab vinculo Satanę, oportet nos in his quæ Dei ſunt eſſe, oportet promiſſa finaliter impleri, oportet nos omnes ante tribunal Chriſti ſtare, & tunc oportet incorruptibile induere incorruptionē, & infinita alia ſimiliter dicta per ora prophetarum & ſanctorum patrum.

Pauli dictū Oportet ut hæreſes fiant, & quomodo intelligendum id ſit.

INDICIA ADVENTUS ANTICHRIſti: Verſiculi in Romanorum degenerationem de Paulo Urſino,

CAPUT XLI.

HOc ſcripſi vagando extra materiam hiſtoriæ, quòd nefandè quidam dicebant, non permiſſione, ſed diſpoſitione divina hoc lamentabile ſchiſma in dies & dies prolongari. Sed nunquid iſta ſunt præambula adventus Antichriſti? utique juxta hiſtoriographos: prædicato enim & diſſeminato per orbem Evangelio, juxta ſententiam Salvatoris, veniet conſummatio, quam præcedit diſceſſio & diviſio fidei. Dicit enim Apoſtolus 2. Theſſal. 2. Niſi venerit diſceſſio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: ubi dicit gloſſa, niſi priùs gentes, quæ Romano ſuberant imperio, diſcedant ab imperio, & homines ab obedientia Romanæ eccleſiæ, à fide, non veniet Antichriſtus, nec inſtat dies Domini. Roma jamdiu amiſit imperium & tamen tres concurrentes hodie habet reges, ſcilicet Ladiſlaum, Venceslaū & Rupertum prædictos, ſolo nomine reges. Quòd autem ſe vocant ſummos Pontifices, notum eſt, & quomodo ipſa turrita & capitibus in ſimul concurrentibus perficit Roma, hiſtoria inferiùs declarabit. Sed ſuper omnes illos dictus Paulus de Urſinis prædominatur in Urbe, quem plerique Romani ſanctum dicunt, qui Romam & ejus cives, quò vult, vertit: quos magnificare vult, magnificat vel exaltat: quos ſalvare vult, ſalvat: quos perdere, perdit, omnia in ipſa Urbe pro ejus beneplacito diſponendo. Unde videtur verificari illud de Urbe, Per vim ſtulta parens, quaſi vipera, deperis omnes. Urbs nunc deſtruitur cum prædictus ſibi dominatur. Tu portentorum locus es conformis eorum. Cum Nilo portenta paris, nutris crocodilos. Jam cum portentis, reor, exterminia ſentis. Si quid in his poſſem, facerem ſterileſcere matrem, &c. Non recolo me vidiſſe aſtutiorem ipſo Paulo in arte ſua: hic enim de paupere armigero in factis armorum gradatim aſcendit, & multas victorias contra ejus adverſarios conſecutus eſt, nec permiſit aut permittit aliquem capitaneū adeo creſcere in partibus illis, qui violenter ei reſi-

Primū hoc tamdiu impletum, alterum ægrè tam tuemur, ut ſubſicit.

Tres qui ſe ſimul gerūt pro Rom. regibus.

Verſiculi in Romanos.

Aſtutia Pauli Urſini.

ei reſiſtere poſſit: ſed oportet illic volentes aliorum ſtipendiis militare, quòd aut ſibi ſerviant, vel inde recedant. Sed ab eccleſia Romana nedum innumeras pecunias, ſed etiam civitates & caſtra, necnon alia temporalia dominia plurima reportavit.

DIGREDITUR AUTHOR, RECENſens imperium atque potentiam Tartarorum: Item geſta, fortunam & habitum Tamberlani clariſſimi imperatoris Tartarorum.

CAPUT XLII.

IMperium Tartarorum à CC. annis, vel circà ferè à Tartaris principibus & eis cooperantibus inchoatum, jam totã tenet Aſiã. Europã etiam Tartari in aliquib. partib. crudeliter invaſerunt, necnon Africam & Lybiam. Quis enim unquam poſt Alexandrum Magnum adeo truculentus & potens tyrannus & invaſor eorum regnorum & provinciarum fuit, ſicut ipſe Tamerlanus? de quo ſuperiùs feci mentionem, qui noviſſimè periit in æternum. Legi enim in aliquibus epiſtolis, quòd contra diverſos reges & principes magnos in partibus Aſiæ Aquilonaribus & Orientalibus bellando ferè omnes ſibi ſubjecit, & illorum regnorum & provinciarum ſpolia recepit inauditas divitias cumulando. excepta India, quam licet violenter ingredi vellet, morte tamen naturali præventus ſuum propoſitum non implevit, Indos, ut credo, domino protegente, quia multi eorum cum ipſorum rege ſunt boni Chriſtiani in fide Catholica radicati. Ipſe tamen Tamerlanus per ſiniſtrum latus paralyſi, quam vocant apoplexiam, fuit corporis viribus deſtitutus. Vidi enim ejus imaginem apud quendam Epiſcopum Catholicum, qui ſecum plus quam duodecim annos moram traxit, in qua videbatur dextera manu ſe baculo ſuſtentare, ac ſiniſtro pede magis elevato dextero incedere, necnon altum pileum geſtare in capite ſine capitio, cinctumque ſuper longas veſtes: quibus indutus erat, zona cum pera in ea pendente, & in ſuperficie pilei apparuit figura carbunculi ſeu alterius lapidis pretioſi illius coloris *Habitus Tãberlani atque veſtitus.*

ad quantitatem magnæ nucis. Fingebat etiam imago ipſa, quòd barbam protenſam haberet pendentibus in illa pluribus aliis pretioſis lapidibus, prout magnatum Græcorum & partium Orientalium conſuetudo vetus obſervat. Et licet hic eſſet per multos annos morbo correptus, tamen propterea non ceſſavit contra potentes reges & tyrannos pugnare, ſed in ſuis exercitibus in curru ſe fecit duci ubique locorum cum ſuis ſatrapis ac bellatoribus, remanendo in omnibus victoriis & bellis, ipſoſque inſtruendo, qualiter illis, contra quos pugnabant, fortiſſimè & ingenio prævalerent. Nec unquam ab aliquo loco receſſit quantumcunque munito, quin ſi ei cordi erat, eum finaliter ſuæ ſubjiceret poteſtati.

Fortuna Taberlani.

DE IMPERII ET FIDEI CATHOLICÆ ruina: lege & plorabis,

CAPUT XLIII.

Comparat Tamberlanum ad noſtros milites.

SED quàm magnifici triumphatores ſint noſtri reges & principes Chriſtiani, qui tamen volunt inviƈtiſſimi appellari, eorum geſta teſtantur, & quàm magnificum ſit Romanum imperium, in Alemania ſaltem apertè videtur. Reperitur enim illic aliquis Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, qui fortè in duplo plus habet in reditibus, quam percipit rex Romanorum in omnibus terris ſibi ſubjeƈtis, & aliquis princeps ſecularis, qui detinet plures terras, quàm poſſidet Imperator. Quod non laudo: tendit enim in perniciem fidei prædiƈtæ, quia deficientibus rerum facultatibus & potentia ſeculari & imperio, reſtat quod Imperator vel rex Romanus ſit pauper & impotens, & Chriſtianum populum defenſare non poſſit. Eccleſiæ autem Romanæ propter ejus diviſionem diutinam ſatis patet impotentia, & dudum cœpit ejus diſceſſio, & adhuc durat per Aſiam & Africam, ubi omnes Eccleſiæ Catholicorum deſolatæ ſunt & ad nihilum devenerunt, ſed remanebunt & remanent eccleſiæ Catholicæ tantummodo per Europam, excepta Græcia & Ruſſia, quarum ſchiſma jamdiu fuit inchoatum. Et qualis ſit diſceſſio in ipſa Eccleſia Romana, & etiam prælatorum Eccleſiaſticorum religio, ſive ſanƈtimonia in partibus Occidentis, non oportet deſcribi: patet enim

De ruina imperii atque fidei Chriſtianæ.

enim utrunque iſtorum in ſacerdotio & in regno: & ſi iſta ſunt pronoſtica adventus ipſius Antichriſti, diſcutiant ſi qui ſunt, qui noverunt ſenſum Dei. Nunc unionem omnes deſiderant: & fortè non omnes, ut liquet ex præmiſſis, qui ſuis affectionibus paſſionati quærunt illa, quæ ſua ſunt, ut ſuperius expreſſi: & poſt hanc digreſſionem, redeo ad propoſitum.

TENOR PROCESSUS ET SENtentiæ à Concilio Piſano contra utrunq; Pontificem lata, qua eoſdem Pontificatu privat, atq; hæreticos ſchiſmaticoſq; eos pronunciat,

CAPUT XLIIII.

ITaque Cardinales & prælati prædicti tunc Piſis congregati, ad quos hoc ſpectabat, proceſſum judiciariũ per plures contra Errorium & Petrum abſentes, nec per ſe, vel procuratores contumaciam eorum purgantes, formarunt ſolẽniter & in publico, & poſtquam multæ ſeſſiones ſive congregationes eorum, & in illis etiam quàm plures deliberationes contra eoſdem abſentes de Papatu contendentes factæ fuerunt, in hujuſmodi ſententiam contra eoſdem procedentes promulgandam uniformiter concordarunt, quę in publico demum lata fuit in hæc verba:

Chriſti nomine invocato, ſancta & univerſalis ſynodus univerſalem eccleſiam repræſentans, & ad quam deciſio & cognitio hujus cauſæ noſcitur pertinere, ſpiritus ſancti gratia in hac majori eccleſia Piſana congregata, ibiq; pro tribunali ſedentes, viſis & diligenter inſpectis omnibus productis & ſingulis probatis & agitatis in præſenti cauſa unionis eccleſiæ fidei & ſchiſmatis contra Petrum de Luna Benedictum decimumtertium, & Angelum CorariumGregorium duodecimum olim appellatos, qui in præſenti cauſa plenius cõtinetur, & quibuſcunque aliis ipſam ſanctam ſynodum ad infrà ſcriptam diviſionem moventibus & inducentibus, habita prius inter ſe ipſos & demum cum copioſa multitudine magiſtrorum in ſacra Theologia atque utriuſque juris

P 3 Do-

Doctores plurimos,& pluries diligenti collatione& tandem deliberatione matura,omnesque pariter hanc in ſententiam reperientes unanimiter concordare omnimodo, via & jure, quibus magis & meliùs poteſt, in prædictorum contendentium, imò veriùs, colludentium, & utriusque ipſorum contumaciam in his ſcriptis pronunciat,decernit, diffinit & declarat, omnia & ſingula crimina & exceſſus,& cuncta neceſſaria ad infrà ſcriptam deciſionem præſentis cauſæ deducta per ptomotores & inſtigatores & ſollicitatores, ſeu procuratores deputatos ad proſequendam præſentem cauſam pro hujus deteſtandi & inveterati ſchiſmatis extirpatione ac unione atque reintegratione ſanctæ matris Eccleſiæ contra & adverſus prælibatum Petrum de Luna Benedictum decimumtertium, & Angelum Corarium Gregorium duodecimum de Papatu damnabiliter contendentes ab aliquib. nuncupatos, in petitione coram ipſa ſacra & univerſali ſynodo præſentata & exhibita fuiſſe,& eſſe vera atque notoria, ipſosq; Angelum Corarium & Petrum de Luna de Papatu, ut præfertur, contendentes, & eorum utrumq; fuiſſe & eſſe notorios ſchiſmaticos,& antiquati ſchiſmatis nutritores, defenſores, fautores, approbatores & manutentores pertinaces, necnon hæreticos à fide devios,notoriisq; criminibus & enormibus perjurii & violatione irretitos univerſalem Eccleſiam ſanctam Dei notoriè ſcandalizantes, cum incorrigibilitate,contumacia & pertinacia notoriis,evidentibus & manifeſtis, & ex his & aliis ſe reddidiſſe omni honore & dignitate etiam Papali indignos, ipſosq; & utrũque ipſorum præter præmiſſas iniquitates, crimina & exceſſus,ne regent, vel imperent,ſeu præſint, à Deo & ſacris Canonibus fore ipſo facto abjectos & privatos, & etiam ab eccleſia præciſos. Et nihilo minùs ipſum Petrum de Luna & Angelum,& eorum utrunq; per hanc diffinitivam ſentẽtentiam in his ſcriptis abjicit & præcîdit, inhibendo eiſdem, ne eorum aliquis pro ſummo Pontifice ſe gerere præſumat, eccleſiamq; vocare Romanam ad cautelam decernendo. Inſuper omnes & quoſcunque Chriſticolas, etiam ſi imperiali, regali, vel alia qualibet præfulgeat dignitate, declarat ab hujuſmodi eorum & cujuslibet eorum obedientia, non obſtante quocunque fidelitatis juramento,aut aliquo vinculo, quo illis & eorum alteri tenerentur aſtricti,fore perpetuò abſo-

Gregorius & Benedictus heretici declarantur.

abſolutos, inhibendo eiſdem Chriſti fidelibus, ne prædictis de Papatu contendentibus, ſeu eorum alteri quomodolibet obediant, pareant, vel parère intendant, vel conſilium, auxilium vel favorem ipſis præſtent, aut eos recipiant, vel receptent, ſub pœnis excommunicationis & aliis à ſanctis patribus & ſacris Canonibus inflictis, promulgatis & ordinatis. Quodq; ſi parère cōtempſerint huic ordinationi, & ſententiis, ipſos & eorum fautores & defenſores, adhærentes atque ſequaces, etiam per ſeculares poteſtates fore compeſcendos, & compeſci debere juxta præcepta divina & ſacrorum Canonum diſpoſitiones, eadem ſancta ſynodus pronunciat, & diffinit. Inſuper omnes & ſingulos proceſſus & ſententias excommunicationis, inhabilitationis, vel alterius cenſuræ & pœnæ, privationis quoque ordinum, & dignitatum, etiam Cardinalatus, beneficiorum & officiorum ac graduum quorumcúq;, & qualiacunq; ſint, & quomodocúque nuncupentur, contra dominos Cardinales per dictum Petrum de Luna & Angelum Corarium latos & fulminatos, fuiſſe & eſſe nullos, caſſas & irritas, ac nullius roboris, efficaciæ, vel momenti: & quatenus de facto proceſſerunt, eatenus caſſandas & irritandas, ſicque etiam ad cautelam, quatenus expediat omni modo & jure, quibus meliùs poteſt, annullat, caſſat & irritat. Et inſuper promotiones, imò potius profanationes quorumcunque ad Cardinales per dictos cōtendentes de Papatu & corū utrūq; attentatas, per dictum Angelum à die tertia Maji, & Petrum antè dictum à die decimoquinto Junii anni proximè præteriti milleſimi quadringenteſimi octavi fuiſſe & eſſe nullas, caſſas, irritas & inanes & quatenus de facto proceſſerunt, annullandas, caſſandas & irritandas, & ſic etiam ad cautelam, quatenus expediat, omni jure & modo, quibus meliùs poteſt, præfata ſancta ſynodus per hanc definitivam ſententiam caſſat, irritat & annullat.

DE HIS, QUAE A DEPOSITIS *taliter Pontificibus inter ſe colludentibus contra Cardinales ac Concilium attentata fuerunt: & de inſtituta fuga Angeli Corarii, aliàs Gregorii XII. nominati, deficiente crumena, molendinoq; ceſſante, ſed tamen inhibita,*

CAPUT XLV.

POſtquam autem prædicta ſententia lata fuit, venerunt ad Piſas quidam exploratores, ſeu nuncii dicti Petri de Luna, ſed de ipſa ſententia conturbati infra dies paucos receſſerunt. Idem etiam Petrus per aliquos dies ante quàm ſententia prædicta lata foret, quandam literam bullatam ſub ejus bulla publicari fecit in congregatione aliquorum ex numero hujuſmodi Cardinalium & Curialium in quadam eccleſia Piſana, in qua quidem litera citabat omnes illos Cardinales, qui ab eo receſſerant, qui erant Piſis, quòd ad eum infra certum terminum tunc expreſſum redirent, alioquin contra eos procedere vellet: de qua tamen citatione ipſi Cardinales non curabant. Sed poſtquam idem Petrus audivit, quòd ipſa ſententia lata erat, ex hoc ira commotus ad dilatandum dictum ſchiſma duodecim Cardinales in Hiſpania & Aragonia regnis in ſua obedientia dicitur de novo creaſſe. Dictus verò Errorius etiam cognoſcens, quòd dicta ſententia contra ipſum lata erat, & timens, quòd contra eum executioni cum invocatione auxilii brachii ſecularis demandaretur, quodque Veneti ei forſan non aſſiſterent, eo quòd per ipſum dominus Antonius patriarcha Aquilegienſis privatus fuerat, qui contra eum ſuosq; Cardinales potenter & ſollicitè laborabat, ipſis ponendo inſidias in omni loco circum circa dictam terram civitatis Auſtriç, habebatque exploratores ſemper in eadem terra, qui ſecretè etiam quæ ipſe Errorius fecerat, aut facere proponebat, ſolertiùs exquirere nitebantur, & utrobique ſtabat minus tutè, deficerentque ſibi, ſuisque Cardinalibus paſſim ſumptus & victualia, cogitavit inde recedere qualitercunque. Unde ſcripſit eidem Ladiſlao regi, rogando ipſum quòd ſubvenire ſubitò ſibi vellet, ut inde recedere poſſet. Præfatus verò rex infra pauca

Bulla quâcunq; perſonâ illis induxeris, ſemper manet bulla.

Angelus ſerè decoxit.

pauca tempora duas galeas ad certum portum non longè diſtantem a terra civitatis Auſtriæ ſibi deſtinavit, & quoſdā armi geros, forſan numero L. qui Errorium usque ad illum locum, ad quem dictæ galeæ applicuerunt, per terram aſſociarent, illuc miſit: qui cum ad eandem terram perveniſſent, præfatus Errorius, quanto ſecretiùs potuit, ſe præparavit ad iter, ut cum prædictis inde armigeris recedere poſſet. Et quia tunc ejus camera forſan auro & argento erat exhauſta, ipſe Antonius ejus Camerarius ad jocalia precioſa dictæ cameræ ea tempeſtate recurrens pro expenſis itineris aliqua illorum pro ſex millibus florenorum impignoravit, & aliqua etiam in ſarcinulis ſuis ligari fecit, quæ credidit inde ſecum poſſe cum beſtiis deportari. Sentientes autem Veneti, quòd Errorius quæreret inde recedere, pro certis ſuis negociis iterum ſuos nuncios deſtinarunt, quibus dedit terminum, in quo ſuper propoſitis ſibi per ipſos vellet reſpondere. Nec dictum Patriarcham hoc latebat, qui valde curioſè omnia rimari fecit, quæ fiebant ibidem, & omnes paſſus, per quos prædictus Errorius abire poterat, prope dictam civitatem in diverſis locis per gentes armorum diligenter fecerat cuſtodiri, ita quòd nemo poterat inde recedere, niſi incideret in manus inſidiantium gentium prædictarum. Et ecce mirabilem aſtutiam Errorii: videns enim ſe undique taliter circumdatum hoſtibus, & ſi diutius in eadem terra remaneret, tunc dictæ galeæ pro eo adductæ necnon ipſi armigeri, qui ejus cauſa venerant, recederent ipſo ibi relicto: unde quandam congregationem fieri fecit in illa, deſignans intentionem ſuam, quo ad ſchiſma hujuſmodi tollendum, prout ejus verba ſonabant, in quadam ſchedula, cujus tenor ſequitur, & eſt talis:

Quàm ſe-re iocalia.

Errorii aſtutia.

SCHEDULA IPSIUS ANGELI, qua ipſe rurſus differendi retinendiq́ Imperii quærit aliud ſuffugium,

Caput XLVI.

Hic Petrus teſtimonio Platinæ vir fuit omniũ integerrimus.

SAnctiſſimus dominus noſter dominus Gregorius XII. ardentiſſimus ad ſanctiſſimam unionem, illamq; quærit totis affectibus introducere: verùm quia per formam in conclavi conceptam propter profanationes apoſtatæ Petri de Candia videtur, quòd unio fieri non poſſit per renunciationẽ ipſius, & Petri de Luna, niſi modificatio aliqua fiat: hinc eſt, quòd pro celeri & perfecta conſecutione unionis præfatæ proponit & acceptat hos modos: videlicet quod idem ſanctiſſimus dominus noſter ex abundanti deſiderio cordis ſui ad ipſam ſanctiſſimam unionem perficiendam paratus eſt realiter, & cum effectu renunciare Papatui, ſi & quando ſimul & perſonaliter ac præſentialiter in eodem loco Petrus de Luna, & Petrus de Candia ſuis prætenſis juribus in Papatu renunciabunt ſecundum formam ipſam conceptam in conclavi, adhibita iſta modificatione electionis futuri Pontificis, quæ habebat fieri à cujuslibet obedientiæ duabus partibus gerentium ſe pro Cardinalibus, ita quòd in hoc caſu ad verum illius Papatum requirantur cujuslibet obedientiæ voces duarum partium, & qui ſic fuerit electus, ſuo conſenſu pro veriſſimo Romanorum Pontifice habeatur. Item ne ex difficultate loci poſſit differri pax eccleſiæ & unio impediri, extunc concedit plenam & liberam poteſtatem illuſtribus regibus Ruperto Romanorum, Ladislao Hieruſalem & Siciliæ, & Sigiſmundo Hungariæ regibus concordandi de loco cum adverſario & ipſo eligendo: qua concordia & electione facta paratus eſt infra terminum per eoſdem reges aſſignandum ad dictum locum accedere, & ibi debitum ſuũ facere, prout in præcedenti capitulo eſt expreſſum. Item ſi ſuper præmiſſis, quod abſit, adverſarii concordare non vellent, ne differatur factum ſacratiſſimæ unionis, exnunc concedit plenam & liberam facultatem & poteſtatem præfatis adverſariis ſuper Concilio generali ab omnibus partibus cõvocando, & locum etiam ad illud celebrandum eligendi: qua concordi electione facta paratus eſt ad dictum locum acce-

cedere & ſtare deliberationi, in qua cujuſcunque obedientiæ major pars convenerit, id eſt, quod deliberatio illa ſit facta à majori parte obedientiæ Petri de Luna, & majori parte Petri de Candia ſimul, ita quòd deliberatio ipſa ſit trium obedientiarum, illud idem acceptantibus & facientibus Petro de Luna & Petro de Candia gerentibus ſe pro Papis. Et ut prædicta poſſent citiùs & habiliùs ſuum conſequi effectum, dicit & declarat, mentis ſuæ eſſe, quòd infra annũ à die præſenti ſecuturum præfati reges habeant poteſtatem & facultatem liberam & plenariam exequendi prædicta: &, ſi eis tũ videbitur expedire, concedit eiſdem, quòd poſſint dictum terminum annuum uſque ad unum alterum annum tunc proximum ſecundùm eorum beneplacitum prorogare, & non ultrà ipſis regentibus ipſius domini noſtri Papæ permanentibus. Ad quæ omnia pertractanda placeret præfato ſanctiſſimo domino noſtro Papæ, quod dicti reges & quantum placeret eis, ſibi aſſumerent magnificum Carolum de Malateſtis, qui eſt valde avidus ad ſacratiſſimam unionem. Lecta fuit dicta ſcriptura in ſacra ſynodo civitatis Auſtriæ congregata die Jovis, quinto Septemb. M. CCCC. VIII. domini noſtri anno tertio.

DISSERTATIO AUTHORIS SUper figmento perſcripto: Item de cauſis ſimultatis atq; belli inter Sigiſmundum & Ladiſlaum Hungariæ reges,

CAPUT XLVII.

ET nunc reges intelligite, erudimini omnes, qui judicatis terram, ac ſtulti aliquando ſapite, & videte ſi à ſeculis unquam audita fuit talis illuſio & malitia, ſicuti evidenter apparet in ſchedula ipſa. Nunquid notorium eſt & veriſſimum, ut etiam ſuperiùs recitat hiſtoria, quòd inter Sigiſmundum Hungariæ & Ladislaum reges præfatos jam per viginti annos & ultrà fuit capitalis inimicitia & mutuus rancor miniſtratus in ipſis, habens ortum ex hoc quòd Carolus rex genitor Ladislai viſus eſt ipſum regem Sigiſmundum

dum tunc adoleſcentulum & ejus uxorem dominam Mariã reginam Hungariæ filiam & hæredem dicti Ludovici regis Hungariæ ſpoliare, ſeque conſtituere regem Hungariæ? Sicque præfatus Ladislaus patrizando cum adjutorio & favore ſuprà dicti Bonifacii cum legato de latere per ipſum Bonifacium miſſo ad Hungariam cum eodem rege Ladislao, tũc dicto rege Sigiſmundo agente in Boëmia, Pontificatus dicti Bonifacii anno decimoquarto, etiam ſe fecit in regem Hungariæ coronari: unde cædes hominum, deſtructiones terrarum, & alia infinita mala, prout tangitur ſuperiùs, ſubſecuta fuerunt.

DE SIMULTATE RUPERTI ROMAnorum & Ladislai Siciliæ regũ, ob depoſitionem Venceslai fratris Ladislai ab adminiſtratione Imperii Romani, cui Rupertus ſurrogatus fuit: ob quod Ladislaus hoſtis Imperii factus, ejuſdem terras occupat,

CAPUT XLVIII.

QUalis autem concordia & amicitia viget inter ipſos Rupertum Romanorum & Sigiſmundum reges, mundus agnovit. Nam quod præfatus rex Venceslaus frater ejuſdem regis Hungariæ depoſitus fuit à regno Romanorum, & præfatus rex Rupertus ſurrogatus in illo, propterea ipſum Rupertum regem dictus rex Hungariæ perſequebatur & perſequitur odio capitali, & demum qualis concordia fuerit inter ipſos Rupertum & Ladislaum reges, patet, cùm Ladislaus, ut hoſtis imperii, terras illius, quas poteſt, deſtruit ſeu capit, & ſibi ſubjicit violenter, & jamdiu eſt, quòd concepit in mẽte ſibi velle ipſum Imperium quomodolibet uſurpare: unde proverbium jamdudum fuit in quadam ejus veſte, quam tunc geſtabat, conſutum, videlicet, aut Cæſar aut nihil. Et cùm tot inimicitiæ & rancores manifeſtè vigeant ex præſcriptis cauſis inter Rupertum, Sigiſmundum & Ladislaum, qualiter illi ad faciendam unionem in eccleſia ſimul convenire poſſent, ulla ratione aut humana ſagacitate videtur eſſe impoſſibile, quia Diſparibus bobus raro trahitur bene currus.

Ladislaus hoſtis imperii ejuſdem terras occupat.

Aut Cæſar aut nihil, dictum Ladislai.

rus. Et has diverſitates inter ipſos tres reges omnibus notas etiam Errorius veriſimiliter non poterat ignorare. Cum igitur omnes actus dictorum Errorii & Petri de Luna hactenus fuerint & ſint truſatici, deceptorii & deluſorii, quo ad hoc, quod ſuum in diviſione Papatum, ut ſic loquar, ipſi aut alter ipſorum ſponte dimittere voluerit aut velit: utique mirandum eſt, quòd talia non advertunt principes terrarum atque regentes & eccleſiaſtici prælati atque populi, qui eis adhærent & fovent ipſos in malitia eorundem.

QUA ASTUTIA ATQUE CALLIditate Angelus inſidias ſibi à Patriarcha Aquilegienſi ſtructas caverit atq; eluſerit, & quo pacto Paulus ejus cubicularius in eaſdem inciderit, ac rebus fortuniſq; deſtitutus, captivus turpiter per urbem Utinenſem deducitur,

CAPUT XLIX.

PRædictus itaque Errorius, pendente termino ad reſpondendum dictis nunciis Venetorum aſſignato, quadam die tempeſtivè ſimulato habitu duos ſecum recepit ſocios pedeſtres, & ipſe, ut mercator, aut alter laicus, ſolus equitabat, nec venit in vultu proprio, ſed diſſimulato: quem videntes illi, qui fuerunt poſiti ad inſidiandum, ut præfertur, & credētes eum eſſe laicum, noluerunt diſcooperire ſe propter ipſū unum equitantem, ſicque falſa opinione illuſi Errorium cū duobus eum aſſociantibus peditibus liberè abire permiſerunt. Sed paulo pòſt venerunt de ipſa civitate Paulus Cubicularius & Confeſſor dicti Errorii, indutus rubeis veſtibus ad inſtar magni prælati, quem aſſociarunt multi de dictis armigeris, quos rex Ladiſlaus, ut præmittitur, illuc miſit, & etiam habuit àpud ſe multas mulas ſeu beſtias rebus ejuſdem Errorii oneratas: quem videntes ipſi inſidiatores & credentes ipſum Paulum eſſe Errorium, ſtatim contra ipſum & ejus ſocios curſu præcipiti venientes, omnes illos Errorianos, necnon beſtias onera portantes hujuſmodi ceperunt, & ipſum Paulum nudatum capite duxerunt ſatis impetuosè per

Errorii fuga.

Paulus Errorii nepos inſidiis capitur.

Reſponſiones dicti D. Gregorii ad præmiſſa: prior facta xx. *die menſis prædicti. Altera reſponſio dicti D. Gregorii Papæ nunciis Antipapæ* xxij. *die prædicti menſis Aprilis in Luca ſuper locis Carariæ & Lauentiæ, Lucanenſis diœceſeos, prope mare conſiſtentibus, data.* v.

Incitatio & exhortatio quædam ipſi domino Gregorio Papæ deſtinata, ſuper ceſſione & facto unionis, ſatis eleganter deducta. vj.

Literæ domini Ladislai regis Siciliæ Florentinenſibus nouiſſimè dicatæ: & iſtæ literæ, quæ ſubſcribuntur, valde ſophiſticæ ſunt, & includunt multum de fermento malitiæ, ſi bene videantur, & per eas tota maſſa corrumpitur: ad quod videantur, quæ poſt literas ſcribuntur. vij.

Authoris huius Nemoris, Theod. de Niem, glaſſula ad literas ſuperiùs poſitas. viij.

Literæ M. Theod. huius Nemoris unionis authori tranſmiſſæ, quo Ladislaus rex Siciliæ Romam intrauit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum. ix.

Appellatio dominorum Cardinalium antiquorum Piſis interpoſita. x.

Literæ per dominos Cardinales diuerſis principibus & mundi prælatis tranſmiſſæ, poſtquam à ciuitate Lucanenſi ad Piſam tranſierunt. xj.

Iudicium Theoderici de Niem de ſchiſmate inter duos Papas. xij.

Proceſſus dominorum Cardinalium contra Papam Gregorium & ſibi adhærentes, nuper in Liburno habitus xiij.

Literæ regis Franciæ collegio dominorum Cardinalium Romanorum directa, cum pulchris narrationibus & oblationibus intermixtis. xiiij.

iij. *Titulus, quem aſcribit ſibi dominus Ladislaus rex Siciliæ: Item de ſtatu atq; ad ſumma progreſſu eiuſdem miro: adhæc de eius ſuperbia, vanisq; ad celebritatem nominis conſequendam rationibus, ubi ſimul oſtenditur, quibus viis ac modis reges & principes ad veram felicitatem atq; nominis claritatem eniti debeant.*

iiij. *Titulus quæſtionis Inaquoſæ, ad quam ponuntur argumenta aientia & negantia, maximè tamen aientia, quæ capitula Inaquoſa non incommodè dici poſſunt.*

v. *Quæſtio cuiuſdam Theologiæ profeſſoris, quondam Archiepiſcopi Raguſinenſis ſuper renunciationem Papatus à Gregorio XII vel faciendam, vel non faciendam, argumentis in utrãque partem ſtipata, maximè tamen parte negativa, addita affirmationis confutatione: in qua diverſa media haud modicum de fermento malitiæ, & eiuſdem unionis impedimentis continentia enumerantur.*

vi. *Literæ excuſatoriæ domino Gregorio Papæ per dominum Ladislaum regem Siciliæ ſuper facto unionis, deſtinata.*

vij. *Occaſiones, quare dom. Gregorius Papa XII. non fuit Saonæ in termino ſtatuto, Senis publicatæ ad populum per prædicationes, in feſto õmnium Sanctorum.*

Cap. viij *Catholicæ meditationes per Archiepiſcopum Raguſinum Pſeudoprophetam, contra ſchiſmaticos compoſitæ pro ſummo Põtificatu, ac radicatæ in montibus ſanctorum, ubi ponuntur & repetuntur prædictæ XVII concluſiones, factæ per eundẽ Archiepiſcopum Raguſinenſem ad impediendam unionem per ceſſionem faciendam in eccleſia generali.*

ix. *Improbationes dicti Archiepiſcopi Raguſinenſis, quarundam viarum, pro unione inventarum, per quendam dominum P. de Ancharano, utriuſq; iuris Doctorem Bononienſem, in quibus inter cætera dominus Archiepiſcopus quaſdam alias vias tanquam approbatas, imponit.*

Colles reflexi, Tractatus V.

Ca. unicũ. *Determinatio cuiuſdam Abbatis, ſacræ Theologiæ profeſſoris, ſuper ceſſione & renunciatione cum improbationibus & deſtructionibus dictorum & argumentorum Archiepiſcopi Raguſinenſis ſuprà dicti.*

Chaos confuſum, ſeu Labyrinthus, Tractatus VI.

In-

Incitatio & exhortatio regis Franciæ ad univerſos Chriſti fideles deſtinata, pro ſubtractione obedientiæ Papæ & Antipapæ facienda. Cap. I.

Excuſatio & oblatio domini Gregorii Papæ XII. nuper facta ſuper conventione cum Antipapa in facto ſchiſmatis. ij.

Reſponſio die II. Aprilis per Antipapam in ſcriptis ambaſiatoribus domini noſtri Papæ in Portu Veneris data. iij.

Interrogationes Antipapæ datæ XVIII die menſis Aprilis per ſuos nuncios domino noſtro Gregorio Papæ XII. in Luca, ſequuntur. iiij.

Reſponſiones dicti D. Gregorii ad præmiſſa prior facta xx. die menſis prædicti. Altera reſponſio dicti D. Gregorii Papæ nunciis Antipapæ xxij. die prædicti menſis Aprilis in Luca ſuper locis Carariæ & Laventiæ, Lucanenſis diœceſeos, prope mare conſiſtentibus, data. v.

Incitatio & exhortatio quædam ipſi domino Gregorio Papæ deſtinata, ſuper ceſſione & facto unionis, ſatis eleganter deducta. vj.

Literæ domini Ladislai regis Siciliæ Florentinenſibus noviſſimè dicatæ: & iſtæ literæ, quæ ſubſcribuntur, valde ſophiſticæ ſunt, & includunt multum de fermento malitiæ, ſi bene videantur, & per eas tota maſſa corrumpitur: ad quod videantur, quæ poſt literas ſcribuntur. vij.

Authoris huius Nemoris, Theod. de Niem, gloſſula ad literas ſuperius poſitas. viij.

Literæ M. Theod. huius Nemoris unionis authori tranſmiſſæ, quo Ladislaus rex Siciliæ Romam intravit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum. ix.

Appellatio dominorum Cardinalium antiquorum Piſis interpoſita. x.

Literæ per dominos Cardinales diverſis principibus & mundi prælatis tranſmiſſæ, poſtquam à civitate Lucanenſi ad Piſam tranſierunt. xj.

Iudicium Theoderici de Niem de ſchiſmate inter duos Papas. xij.

Proceſſus dominorum Cardinalium contra Papam Gregorium & ſibi adhærentes, nuper in Liburno habitus xiij.

Literæ regis Franciæ collegio dominorum Cardinalium Romanorum directa, cum pulchris narrationibus & oblationibus intermixtis. xiiij.

vos, invitis & contrà dicentibus ſuo collegio aliorum dominorum Cardinalium, & multis aliis magnæ authoritatis viris ſuadentibus, quòd nequaquam ea vice hoc expediret, aut deceret fieri, potiſſimè obſtante inſtrumento publico infrà ſcripto. Tunc etiam ipſe dominus Gregorius primùm incepit perversè monere alios dominos Cardinales, ut in eorum appellatione deducitur, quæ ſimiliter inferiùs deſignatur, tuncq́ pro majori parte dictis ſuis confratribus Cardinalibus refugientibus ab ipſo & ad civitatem Piſanorum ſecedentibus in ſuo cōſiſtorio publicè declaravit, quòd viam ceſſionis Papatus tanquam injuſtam pro ipſa unione facienda ſequi nollet. Poteris etiam in eodem Labyrintho venari graves ac lamentabiles novos errores & ſciſſuras Eccleſiæ, ac Romani imperii generale opprobriũ & contemptum in capite & in membris hinc ſuſcitata & exorta. Item qualiter multæ ſanctorum venerandæ reliquiæ olim in diverſis Urbibus ejuſdem Eccleſiis reconditæ auro, argento & gemmis pretioſis, fuerunt in nuper tranſacta hyeme turpiter denudatę, quorundam malitia & avaritia ſtimulante: necnon & exactiones privatas & ſacrilegia circa hæc varia perpetrata. In quo etiam Nemore artificioſas invecturas verborum nova incude percuſſorum & dulciter intermicantes colores Rhetoricos, nec non elegantia carmina, ſed pauca, reperies, quia quòd multa eſſent, ipſarum Epiſtolarum prolixitas denegabat.

Rogo igitur, dulciſſime Pater mi, ut hoc Opus novum, quod te mandante ex eiſdem Epiſtolis ſcriptisque cæteris ad Dei laudem & pro publica utilitate, necnon ſupervenientium nationum cautela recollegi, grataanter accipias, nec te in illo aliquoties tædeat laborare. Ego autem deprecor Deum, ut tibi jucundum eloquium meum, gratumq́ue ſit opus illud, Eccleſia dignum, & poſteris utile: parvi pendens oblatrantium contra me forſan pungentia verba, qui, teſte beato Hieronymo, in utranque partem aut timore labuntur, aut odio. Vale in Domino feliciter & longævé.

INDEX

INDEX NEMORIS VNIonis, ſecundum ordinem Tractatuum & Capitum.

VIA, TRACTATUS I.

Inſtrumentum publicum, quod continet tenorem decreti publici de iureiurando ante novi Pontificis electionẽ à Cardinalibus praſtito, in Conclaui factum ſuper materiam unionis. Cap. I.

Bulla miſſa Benedicto Antipapa, ſuper mutua conventione cum domino Gregorio XII. ad cedendum Papatus. ii.

Bulla generalis per Papam Gregorium diverſis principibus, & pralatis mundi ſuper unionem fiendam deſtinata & tranſmiſſa. iii.

Reſponſio Antipapa ad bullas domini Gregorii remiſſa. iv.

Reſponſio Anticardinalium ad bullas domini Gregorii Papa. v.

Reſponſio Anticardinalium ad literas Cardinalium ſuper facto unionis. vi.

Litera regis Francia univerſis Christi fidelibus deſtinata, de ſubtractione obedientia & neutralitate, niſi Antipapa infra certum tempus in eiſdem expreſſum ceſſerit. vii.

Reſpon domini Gregorii Papa ad literas aſſertorũ Cardinaliũ viii.

Reſponſio collegii dominorum Cardinalium partis noſtra ad literas Petri de Luna. ix.

Capitula Maſſilia celebrata, & concordata, ſuper mutua cõventione domini Papa & Antipapa in Saona, ac modis ibidem ſervandis. x.

Invia, Tractatus II.

Conſilium magiſtri Theodorici de Niem, ſuper ceſſionem faciendam, cum aliis annexis. Ca. unicũ.

Semia, ſeu Viridarium, Tractatus III.

Ca. unicum

Determinatio dicti dubii.

Inaquoſa, ſive Latebræ, Tractatus IV.

Cap. I.

Bulla domini Gregorii Papa, in qua de conſenſu collegii dominorum Cardinalium quibusdam ſuis nepotibus certas civitates, caſtra, terras & loca dat, aſſignat & confirmat, cum modis & conditionibus ibidem expreſſis.

Dominus Gregorius Papa ceſſionem Papatus votis & iuramentis ſapius à ſe promiſſam & firmatã facere recuſat, & quare: Ladislaus rex Sicilia, Roma comitatum & terras cũ plurimis aliis civitatibus & caſtris eiuſdem Eccleſia, Pontifice Romano conivente, iniuſtiſſimè occupat. ij.

iij. *Titulus, quem aſcribit ſibi dominus Ladiſlaus rex Siciliæ: Item de ſtatu atq; ad ſumma progreſſu eiuſdem miro: adhac de eius ſuperbia, vaniſq; ad celebritatem nominis conſequendam rationibus, ubi ſimul oſtenditur, quibus viis ac modis reges & principes ad veram felicitatem atq; nominis claritatem eniti debeant.*

iiij *Titulus quæſtionis Inaquoſæ, ad quam ponuntur argumenta aientia & negantia: maximè tamen aientia, quæ capitula Inaquoſa non incommodè dici poſſunt.*

v *Quæſitio cuiuſdam Theologiæ profeſſoris, quondam Archiepiſcopi Raguſinenſis ſuper renunciationem Papatus à Gregorio XII vel faciendam, vel non faciendam, argumentis in utrãque partem ſtipata, maximè tamen parte negativa, addita affirmationis confutatione: in qua diverſa media haud modicum de fermento malitiæ, & eiuſdem unionis impedimentis continentia enumerantur.*

vi. *Literæ excuſatoriæ domino Gregorio Papæ per dominum Ladiſlaum regem Siciliæ ſuper facto unionis, deſtinata.*

vij. *Occaſiones, quare dom. Gregorius Papa XII. non fuit Saonæ in termino ſtatuto, Senis publicata ad populum per prædicationes, in feſto õmnium Sanctorum.*

Cap. viij *Catholicæ meditationes per Archiepiſcopum Raguſinum Pſeudoprophetam, contra ſchiſmaticos compoſitæ pro ſummo Põtificatu, ac radicatæ in montibus ſanctorum, ubi ponuntur & repetuntur prædicta XVII concluſiones, facta per eundẽ Archiepiſcopum Raguſinenſem ad impediendam unionem per ceſſionem faciendam in eccleſia generali.*

ix. *Improbationes dicti Archiepiſcopi Raguſinenſis, quarundam viarum, pro unione inventarum, per quendam dominum P. de Ancharano, utriuſq; iuris Doctorem Bononienſem, in quibus inter cætera dominus Archiepiſcopus quaſdam alias vias tanquam approbatas, imponit.*

Colles reflexi, Tractatus V.

Ca. unicũ. *Determinatio cuiuſdam Abbatis, ſacræ Theologiæ profeſſoris, ſuper ceſſione & renunciatione cum improbationibus & deſtructionibus dictorum & argumentorum Archiepiſcopi Raguſinenſis ſuprà dicti.*

Chaos confuſum, ſeu Labyrinthus, Tractatus VI.

In-

Incitatio & exhortatio regis Franciæ ad univerſos Chriſti fideles deſtinata, pro ſubtractione obedientiæ Papæ & Antipapæ facienda. Cap. I.

Excuſatio & oblatio domini Gregorii Papæ XII. nuper facta ſuper conventione cum Antipapa in facto ſchiſmatis. ij.

Reſponſio die II. Aprilis per Antipapam in ſcriptis ambaſiatoribus domini noſtri Papæ in Portu Veneris data. iij.

Interrogationes Antipapæ datæ XVIII die menſis Aprilis per ſuos nuncios domino noſtro Gregorio Papæ XII. in Luca, ſequuntur. iiij.

Reſponſiones dicti D. Gregorii ad præmiſſa: prior facta xx. die menſis prædicti. Altera reſponſio dicti D. Gregorii Papæ nunciis Antipapæ xxij. *die prædicti menſis Aprilis in Luca ſuper locis Carariæ & Laventiæ, Lucanenſis diœceſeos, prope mare conſiſtentibus, data.* v.

Incitatio & exhortatio quædam ipſi domino Gregorio Papæ deſtinata, ſuper ceſſione & facto unionis, ſatis eleganter deducta. vj.

Litera domini Ladiſlai regis Siciliæ Florentinenſibus noviſſimè dicata: & iſtæ literæ, quæ ſubſcribuntur, valde ſophiſticæ ſunt, & includunt multum de fermento malitiæ, ſi bene videantur, & per eas tota maſſa corrumpitur: ad quod videantur, quæ poſt literas ſcribuntur. vij.

Authoris huius Nemoris, Theod. de Niem, gloſſula ad literas ſuperiùs poſitas. viij.

Litera M. Theod. huius Nemoris unionis authori tranſmiſſa, quo Ladiſlaus rex Siciliæ Romam intravit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum. ix.

Appellatio dominorum Cardinalium antiquorum Piſis interpoſita. x.

Litera per dominos Cardinales diverſis principibus & mundi prælatis tranſmiſſa, poſtquam à civitate Lucanenſi ad Piſam tranſierunt. xj.

Iudicium Theoderici de Niem de ſchiſmate inter duos Papas. xij.

Proceſſus dominorum Cardinalium contra Papam Gregorium & ſibi adhærentes, nuper in Liburno habitus xiij.

Litera regis Franciæ collegio dominorum Cardinalium Romanorum directa, cum pulchris narrationibus & oblationibus intermixtis. xiiij.

Cap. xv. Litera dominis Cardinalibus Romanis per univerſitatem ſtudii Pariſienſis cum ſuis oblationibus directa.
xvj. Concluſiones ſuper ſchiſmate poſita per Doctores Bononienſes, ad inſtantiam domini Balthazaris Cardinalis ſancti Euſthacii, legati ibidem.
xvij. Concluſiones univerſitatis ſtudii Pariſienſis contra Antipapam cum quibusdam requeſtis annexis.
xviij. Declaratio privationis prælatorum & Cartiſanorum de Luca recedentium, nec reverſorum, in genere
xix. Epiſtola metrica miſſa eidem domino Gregorio & ſibi adhærentibus.
xx. Epiſtola miſſa domino Cardinali Lodienſi in Piſis tunc exiſtenti, per magiſtrum Theodoricum prædictum.
xxj. Reſponſio dicti domini Cardinalis ad eandem Theoderici epiſtolam.
xxij. Exhortatio domino noſtro Papa per magiſtrum Theodoricum de Niem directa: cum declaratione annexa ſuperſedando ſchiſmate, eiusdem Theod.
xxiij. Bulla excuſationis per dominum Gregorium ſuper facto unionis univerſis Chriſti fidelibus in genere directa.
xxiiij. Epiſtola per magiſtrum Theodoricum emiſſa, cum aliquali ſtatus Curiæ Romanæ narratione & deſcriptione.
xxv. Litera Antipapæ ſuper eius receſſu à partibus Italiæ, domino Gregorio noviſſimè directa.
xxvj. Litera eiuſdem Antipapæ conſimiles tenoris domino Lucanenſi deſtinata.
xxvij. Epiſtola per magiſtrum Theodoricum emiſſa, tangens receſſum Papæ, & quædam alia de proceſſu domini Ladiſlai regis Siciliæ prædicti.
xxviij. Epiſtola metrica ſuper facto unionis domino Gregorio Papæ, Cardinalibus ac toti mundo aſſcripta.
xxix. Epiſtola Sathanæ Ioanni Dominici, fratri ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ profeſſori, nunc titulo S. Sixti presbytero, Cardinali, directa.
xxx. Reſponſalis epiſtola dicti Ionnis Dominici, ad prædictam diabolicam epiſtolam.

Ali-

Aliqualis deſcriptio modernarum politiarum, ſpiritualis videlicet ac temporalis Germaniæ dominæ gentium, intermixtis aliquibus memoria dignis. xxxj

Exhortatio ad dominum Rupertum regem Romanum, ut ſurgat à diuturno ſomno, quodq́ue, ut hoc extirpetur ſchiſma ab Eccleſia, & iura Imperii reformentur, intendat. xxxij

Compendioſa deſcriptio utriusq; politiæ in capitibus Eccleſiæ & Imperii, temporibus iſtis. xxxiij

Bulla domini Gregorii Papæ de ſtatu & conditionibus religioſorum ordinis ſancti Benedicti terræ Friſiæ. xxxiiij

Aliqualis deſcriptio prælatorum & cleri regni Norvvegiæ, & Hyberniæ, ac partium vicinarum. xxxv.

De conditionibus Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum prælatorum Italiæ, & aliquibus abuſionibus presbyterorum Græcorum. xxxvj

De aliquibus conditionibus gentium Cameræ Apoſtolicæ. xxxvij

Deſcriptio trium ætatum, ſcilicet Iuventutis, Mediæ & Senectutis, cum aliis annexis notabilibus & memoria dignis. xxxviij

Compendioſa deſcriptio quinq; ſummorum Pontificum, qui fuerunt interim quòd ego Theodericus de Niem ſecutus ſum Romanam curiam: ſcilicet, Gregorii XI. Vrbani VI. Bonifacii IX. Innocentii VII. & Gregorii XII. xxxix

Epiſtola conſolatoria ad quendam valde tribulatum, in qua tangitur præſens ſtatus curiæ Romanæ & Vrbis, per M. Theodoricum de Niem directa. xl

Epiſtola deluſoria Officialium Romanæ curiæ, Pontificum coquinæ, & curtiſanorum de ſtabulis, ac omnium principum pedeſtris ordinis actu in Piſis morantium, ad dominum Gregorium Papam, & eius novos Cardinales. xlj

Bulla convocationis Concilii generalis dicti domini Gregorii Papæ XII. xlij

Literæ, in quibus eſt aliqualis deſcriptio de ſucceſſu Papæ & ſuorum Cardinalium in itinere à Luca verſus civitatem Senenſem. xliij

Concluſio huius Operis, ſive Nemoris. xliiij

xlv. *Sequitur compendioſa concluſio Cardinalium exiſtentium in Luca, que modo in hoc facto ſchiſmatis etiam ipſi convocant Concilium generale, in quo intendunt ad electionem unius novi ſummi Pontificis ꝑcedere, ſive prædictus dominus Gregorius & adverſarius eius Antipapa in ſtatuto termino veniant, ſive non: cum dato Operis.*

NEMO.

NEMORIS VNIONIS THEODORICI DE NIEM, in VI. Tractatus diviſi,

VIA, TRACTATVS I.

INTSRVMENTVM PVBLICVM, quod continet tenorem decreti publici de jurejurando ante novi Pontificis electionem à Cardinalibus præſtito, in Conclavi factum ſuper materiam Unionis,

CAPUT I.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Anno à nativitate domini noſtri JESU Chriſti M. CCCC. VI. Indictione XIIII. die Martis, menſe Novembri, in die ſancti Clementis, Apoſtolica ſede vacante per obitum fel. mem. Innocentii Papæ VII. congregati adinvicem, & collegialiter coadunati pro futura electione ſummi Pontificis celebranda infrà ſcripti reverendiſſimi patres & domini, Angelus Oſtienſis Florentinus, Henricus Tuſculanus Neapolitanus, & Antonius Peneſtrinenſis Aquilegienſis Epiſcopi: Angelus titulo ſanctæ Potentianæ Laodenſis, Conradus titulo ſancti Chryſogoni Militenſis, Angelus titulo ſancti Marci Conſtantinopolitani: Jordanus titulo ſancti Martini in montibus de Urſinis, Joannes titulo ſanctæ crucis in Hieruſalem Ravennas, Antonius titulo ſanctæ Praxeidis Tudertinenſis presbyteri: Raynaldus ſancti Viti in Macello de Branchatiis, Landulphus ſancti Nicolai in carcere Tulliano Barenſis, Otto ſancti Gregorii ad Velum aureum de Columna, Petrus ſancti Angeli, & Joannes ſanctorum Coſmæ & Damiani Leodienſes vulgariter nuncupati, diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cardinales, in communi capella ſacri palatii Apoſtolici Romę apud

De iſto iuramento vide Paulum de Caſt. Cōſil. 415. & 9.

Nomenclatura Cardinalium, qui electioni novi Pontificis interfuerunt.

apud ſanctum Petrum intra conclave conſuetum, quod pro loco ad infrà ſcripta idoneo elegerunt & etiam deputârunt, in præſentia mei & Baronti de Piſtorio & aliorum notariorum & teſtium infrà ſcriptorum, conſiderantes Chriſtianæ religionis infamiam, detrimenta & graves fidelium moleſtias, ac pericula, quæ hactenus emerſerunt & emergere veriſimiliter eſt cenſendum, niſi ſalubriori remedio ac in tempore divina favente clementia, cujus res agitur, occurratur ex peſtifero & damnabili ſchiſmate, quod tantis (proh dolor) temporibus in ſciſſuram Chriſtianæ fidelitatis graviſſimè perduravit & durat, nec piam proviſionem aliàs pro hujuſmodi ſchiſmatis remotione per eos factam effectum aliquem produxiſſe, ac intendentes ad remedia fortiora, non quid juris pro parte eorum juſtitia ſuadeat, quod jus veriſſimum eſt, & plena veritate fulcitum, ſed quid pro redintegratione & unitate Chriſtianorum ex malitia temporis de facto, etſi non de jure expedait, eligentes: & ut ſpecialem eorum conſiderationem accelerantes, quanti poſſet eſſe diſcriminis, ſi dilatio in electione futuri ſummi Pontificis fieret, temporum malignitate penſata univerſaliter ſinguli & ſingulariter univerſi unanimiter & concorditer nemine diſcrepante, ex certa ſcientia convenerunt, voverunt Deo, ac ejus matri virgini glorioſæ, ac ſanctis Apoſtolis Petro ac Paulo, totique cæleſti Curiæ juraverunt, & ad invicem unus alteri, & econverſò ſe obligando ſolenniter promiſerunt, quòd ſi quis eorum aſſumptus fuerit ad apicem ſummi Apoſtolatus pro redintegratione unitatis Chriſtianorum, renunciabit effectualiter juri ſuo ac Papatui, purè, liberè, ac ſimpliciter, ſi & quando Antipapa, qui eſt, & qui pro tempore fuerit, conſimiliter renunciabit, & cedet purè juri ſuo & Papatui, ſive decedat, dum modò Anticardinales velint cum eiſdem dominis ſacri collegii ſic convenire & concordare, quòd ex hoc ſacro collegio & ipſis ſequatur juſtè Canonica electio unici ſummi Romani Pontificis, ac etiam promittentes ſe facturos, & curaturos omni dolo & fraude atque maligna interpretatione ceſſantibus pro poſſe, quòd, ſi quis ex dominis abſentibus, vel de extra collegium per eos aſſumatur in Papam, eandem faciat obligationem, ac quòd infra menſem à die ſuæ intronizationis numerandum per ſuas expen-

expenſas & Apoſtolicas literas regi Romanorum, Antipapę & ejus prætenſo collegio, regi Franciæ & omnibus aliis regibus, illuſtribus principibus, prælatis, univerſitatibus & communitatibus Chriſtianitatis ſecundum fidem præfatorum dominorum de collegio, præmiſſa omnia * ordinabit, & ea ſe offeret impleturum, ac paratum ad ceſſionem prædictam & ad omnem aliam viam rationabilem, per quam prædictum ſchiſma tollatur, & unionis ſubſequatur integritas in eccleſia Chriſtianorum. Et quòd ſuper omnibus ſuprà dictis ultra præmiſſa ſuos ſolennes deſtinabit oratores infra tres menſes à die prædicta computandos illis, quibus de conſilio præfatorum dominorum ſacri collegii ſui videtur, & ipſis ambaſiatoribus cum effectu imponet cum conſilio eorundem dominorum de locis decentibus eligendis ab utraq; parte, eisq; poteſtatem plenariam dabit de loco cōveniendi habili & decenti, ac etiam promittet ſimiliter, ut præfertur, ut pendente tractatu unionis hujusſmodi effectualiter & realiter ex utraque parte non creabit, nec faciet aliquem Cardinalem, niſi cauſa coæquandi numerum ſui ſacri collegii cum numero * perverſi collegii Anticardinalium prædictorum, niſi ex defectu ſteterit adverſæ partis, quòd unionis præfatæ concluſio infra annum à fine dictorum trium menſium computandum non fuerit ſubſecuta, quo caſu tandem eidem liceat Cardinales eligere ac creare, prout pro ſtatu ſanctæ matris eccleſiæ eidem videbitur expedire. Et hoc de non creando Cardinales, niſi modo prædicto in forma congrua, inſinuabitur Antipapæ & prætenſo collegio ſic prædictis, ut ſimiliter ſic faciant, necnon quod omnia pmiſſa, inchoata & inchoanda mediabit, proſequetur & fine debito terminabit, nihil de contingentibus, neceſſariis & utilibus, vel quomolibet opportunis omittendo, quantum in eo fuerit, quodque ſtatim poſt ejus electionem & ante ipſius * obligationem omnia & ſingula ſuprà dicta confirmabit, approbabit authentico modo, & de novo ſimilem promiſſionem faciet in omnibus & per omnia coram dictis dominis collegii teſtibus & notariis, & ſubſcriptionem faciet manu propria in inſtrumento, prout infrà de Cardinalibus continetur, & conſimiliter hujuſmodi ratificationem, approbationem, votum & promiſſionem effectualiter faciet in primo Conſiſtorio publico, vel

*indicabit, forté.

prætenſi, meliùs.

*coronationem, forté.

generali, quod poſt coronationem ſuam ad hoc commodo, conſueto & congruo tempore celebrabit. Inſuper præfati domini Cardinales voverunt, & ad invicem promiſerunt, quòd per ſuas literas infra menſem à die intronizationis prędictæ collegialiter intimabunt de electione facta, necnon de voluntate & promiſſione, quo ad unionem perſequendam, & omnia ſuprà dicta omnibus præfatis dominis, prout & ſicut facere tenetur, qui erit electus, ac etiam inchoata mediabunt, proſequentur, & finient, quantum in eis erit, nihil de contingentibus, neceſſariis vel oportunis quomodolibet, ſeu utilibus omittendo. Quæ omnia & ſingula promiſerūt inter ſe ad invicem, & viciſſim, ut ſuprà, attendere, facere, exequi, & adimplere, bona, pura, & ſincera fide, omni dolo & fraude ceſſantibus, & ſic quilibet ipſorum juravit corporaliter manu tactis ſacroſanctis Evangeliis coram eis * principaliter poſitis ſervare, adimplere, & exequi, prout ſuperiùs cōtinetur, quodq; à prædictis promiſſione, voto & obligatione ac juramenti præſtatione & ejus obſervatione ac omnib. & ſingulis ſuprà dictis nullus eorum abſolutionem petet, ſeu impetrabit, per ſe, vel per alios, & impetratis aut impetrandis utetur, & ſibi conceſſam nullatenus acceptabit, nec data poteſtate per ipſum alteri faciet ſe abſolvi, ſeu etiam in aliquo ſecum diſpenſari, ſed volet dicto vinculo perpetuò remanere obligatus. Et nihilo minùs ad majorem certitudinem & firmitatem præmiſſorum, quilibet ex dominis ex collegio ſuprà dicto teneatur ſe ſubſcribere manu propria omnibus & ſingulis inſtrumentis conficiendis exinde: quorū inſtumentorum quilibet ex ipſis dominis de collegio unū, vel plura habere valeat pro ejus arbitrio voluntatis. Acta in capella præfata, præſentibus venerabilibus & circumſpectis viris dominis Franciſco de Dus Cameræ Clerico, Jacobo de Calvis, & Petro de Sacco, Canonicis Baſilicæ principis Apoſtolorum de Urbe, Joannello de Caratzolo literarum appoſitarum ſcriptore, Nicolao Blaſii Canonico Narnienſi, Anthonello Surragha & Joannello de Caratzolo literarum ſacræ primariæ ſcriptoribus, Laurentio Turenbaxæ ſanctæ Mariæ in Tranſtyberina, Nicolao de Leonibus ſanctorum Coſmæ & Damiani de urbe, Joanne Prenert juniori ſanctæ Crucis Leodienſium eccleſiarum Canonicis: Andrea de Canalleriis de Sicilia, Galiotto de Rikazolis de Florentia,

* præſentialiter, forté.

Luyſio

Luyſio domini Gabatii de Marmolis de Neapolis domicellis: Paulo Petri Francini de Roma, Materno Gregorii Clerico Warmienſis diœceſis, Franciſco Pauluſii Eccleſiaſtico Peruſino, Petro Zuermone Clerico Trajectenſi: & Salvatolelli Petri Blauti Curiæ Romanæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Super iſto Inſtrumento Magiſter Theodoricus de Niem fecit commentum, quod incipit, Reverendiſſime in Chriſto patri, F. Archiepiſcopo Colonienſi: ſed non habetur gratia brevitatis.

BULLA MISSA BENEDICTO Antipapæ, ſuper mutua conventione cum domino Gregorio XII. ad cedendum Papatui,

CAPUT II.

GRegerius, &c. Petro de Luna, quem nonnullæ gentes in hoc miſerabili ſchiſmate Benedictum XIII. appellant, pacis & unionis affectum. Qui ſe humiliat, inquit veritas exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur: cujus ſaluberrimam monitionem, quantum nobis ex Alto permittitur, obedienter ſectati, decrevimus per literas noſtras omni contentione ſepoſita benignè te affari, & ad redintegrationem eccleſiæ cohortari, immo te invitare ad id conſilium capeſcendum, quod nos ipſi pro pace eccleſiæ accepimus. Vides quanta mala, quanta pericula, quanta incommoda, quanta denique Chriſtianæ religionis infamia jam per XXX. annos ex hac peſtilente ac veſana ſeditione in populo dei pervenerunt, quantaque, niſi provideatur, ſint quotidie perventura. Horum omnium malorum quæ cauſæ ab initio fuerunt, certùm videtur, quibus rigor juſtitiæ non ceſſit, nec forſan æquitas perſuaſit. Nihilo minùs tamen graves moleſtias Chriſtianam religionem perpeſſam, non dubitatur. Si ergo nunc quoque eodem modo fiat, dubius eſt remedii locus, quo minùs eccleſia in ſolitis maneat anguſtiis: in quo ne tu de teipſo & conſcientia tua

pericliteris, videas. Non mentem & intentionem noſtram apertiſſimè profitebimur, nec eſt conſilii noſtri tempus aliquo modo terere: ſed quò validiora, certiora & firmiora fuerint jura noſtra, tantò laudabilius & tutius ducimus ea pro pace & redintegratione Chriſtianorum relinquere: non enim ſemper de ſummo jure diſputandum eſt, ſed rigor ipſe utilitati ac tempori cedit. Nam ſi mulier illa & juri ſuo renũciare, & proprio filio ſpoliari voluit, ne ſectionem unius pueri videret: quanto magis nobis, ſi malitia operante ad optatam unionem venire non poſſumus per juſtitiæ vias, juri cedenduum fore videbitur? Quare exurgamus ambo in unum unionis affectum, feramus ſalutem eccleſiæ jam hoc diuturno morbo afflictæ: ad hoc te invitamus, paratique ſumus & offerimus noſtro veriſſimo juri & Papatui cedere & renunciare, & efficaciter faciemus, ſi & quando tu renunciaveris & ceſſeris prætenſis juri & Papatui tuo, vel deceſſeris, dum tamen illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, ſic convenire & concordare cum venerandiſſimis fratribus noſtris eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, cum effectu voluerint, ut exinde Canonica unici Romani Pontificis ſequatur electio, ita quòd prædicta expeditiorem conſequantur effectum: celeriterque mittemus oratores noſtros, qui tecum de loco habili & decenti ad hujumodi rei confectionem diſponant. Et inſuper pendente hujuſmodi unionis tractatu, non faciemus, nec creabimus aliquem Cardinalem, niſi fortè cauſa adæquandi numerum fratrum noſtrorum cum numero illorum, qui apud te pro Cardinalibus ſe gerunt: ut ſic *partes ex utraque parte ad ſolennem & Canonicam electionem unici Romani Pontificis devenire poſſint. Extra hanc autem coæquationis cauſam nullum, ut dictum eſt, creare decrevimus, niſi ex defectu tuo, vel partis tuæ ſteterit, quo minus unionis præfatæ concluſio infra annum & tres menſes à die intronizationis noſtræ computandum fuerit ſubſecuta. Hoc tamen, quod de non creandis Cardinalibus, tractatu hujuſmodi pendente diximus, ita locum habere intendimus, ſi tu quoque idem obſervabis. Hanc verò oblationem & inſinuationem de Cardinalibus non creandis, ac ſuperiorem oblationem renunciationis modo prædicto, ut ſtrictiori vinculo fierent, juravimus, vovimus & promiſimus

*pares, aliàs & melius.

ante

ante electionem noſtram eodem vinculo effectualiter implendam, cum ſingulis ex noſtris fratribus ante dictis, in caſu quo aliquis noſtrum ad apicem ſummi Apoſtolatus eſſet aſſumptus: & poſt ipſam aſſumptionem idipſum ad firmiorem conſtantiam denuò jurantes, voventes & promittentes atque ratificantes. De hoc autem, quòd bulla ſine impreſſione noſtri nominis eſt appenſa præſentibus, nullus debeat admirari. Nam ante noſtri coronationis ſolennia hujuſmodi imperfecta bulla abſque ipſius impreſſione nominis habetur. Datæ Romæ apud ſanctum Petrum decima die ab aſſumptione noſtra, undecima verò Decembris, anno nativitatis Domini M. CCCC. VI.

Hic cadunt literæ dicti domini Gregorii ſuper eodem ſtatuto directæ per ſverſo collegio Cardinalium dicti Antipapæ, quæ ſunt ſimiles in effectu eiſdem præcedentibus literis: ideo eas hic non deſcripſi.* *prætenſo, forte.

BULLA GENERALIS PER PAPAM Gregorium diverſis principibus, & prælatis mundi ſuper unionem fiendam deſtinata, & tranſmiſſa,

CAPUT III.

Dilecto filio, nobili viro, Adulpho comiti Clivenſi ſalutem, &c. Eò celeriùs, dilecte fili, literas noſtras ad nobilitatem tuam ſcribere properavimus, quò majorem lætitiam ex eiſdem literis, cùm ſtudia & deſideria noſtra erga pacem & redintegrationem unionis Chriſtianorum cognoveris, te credimus ſuſcepturum. Etenim felicis recordationis Innocentio Papæ VII. prædeceſſori noſtro, VIII. Idus Novembris ab ejus ſeculi mortalitate ſublato, cùm poſt exequias, ut moris eſt, ſolenniter celebratas venerabiles fratres noſtri, ſanctæ eccleſiæ Romanæ Cardinales, ex quorum numero tunc eramus, invocata gratia Spiritus ſancti in *Innocentii VII. obitus dies.*

in Palatio Apoſtolico apud ſanctum Petrum pro electione futuri Romani Pontificis conclave intraſſent, multis ac variis tractatibus per plures dies habitis tandem in nos tunc titulo ſancti Marci Presbyterum Cardinalem unanimiter oculos direxerunt, nos in Romanum Pontificem concorditer eligentes: nos verò, quanquam pro imbecillitate noſtra tantum onus ſubire formidabamus, tamen in eo qui mirabilia facit, ſpe concepta, ſubmiſimus humeros noſtros, non de noſtra virtute, ſed de ſummi Dei, cujus proculdubio res agitur, benignitate confiſi. Cura igitur paſtoralis officii non pro nobis, ſed pro Dei honore & publicæ utilitatis commodo ſuſcepta, ad illud ante omnia convertimus animum, ut cum effectu hanc peſtiferam ac execrabilem ſciſſuram, quæ per tot annorum curricula populum Chriſtianum pervaſit, ad redintegrationem & unitatem revocemus, ſuper quo tãtam gratiam ſperamus nobis ex Alto parari, ut jam nobis ſuaſerimus brevi temporis ſpatio hoc, quod cupimus ad effectum perducere: atque ut omnibus notum ſit animi noſtri propoſitum, decrevimus omni juri noſtro, quod veriſſimũ eſt, innitentes tollere omnem effectum & affectum tam juris, quàm facti, quantum in nobis rationabiliter eſſe poterit, quæ impedire valeant gratiſſimam Chriſtianorum unionem, ne tantis calamitatibus ſubjiciatur ſacroſancta eccleſia. Sed quò validiora, certiora & firmiora ſunt jura noſtra, & quantum magis de illis nullatenus dubitamus, tantò laudabilius eſſe duximus pro pace Chriſtianorum illa deponere. Non enim ſemper ſummo juri inhærendum eſt, ſæpe utilitatis ac temporis habenda eſt ratio. Itaque omni contentione ſepoſita, adverſario noſtro jam ſcripſimus, ipſum ad pacẽ & unionem benignè invitantes, atque offerentes nos paratos ad juris noſtri caſſionem, & ad Papatus renunciationem efficaciter per nos faciendam, ſi & quando ipſe adverſarius, vel ſucceſſor quicunque hoc idem faciet, renunciando ſcilicet juri & Papatui ſuo prætenſis, aut decedat, dum modò illi, qui apud dictum adverſarium pro Cardinalibus ſe gerunt, ſic convenire & concordare cum ipſis fratribus noſtris velint cum effectu, ut exinde Canonica Romani Pontificis ſequatur electio, necon offerimus omnem aliam viam rationabilem, per quam ſchiſma tollatur, & unionis ſequatur integritas: quam oblationem vovimus & promiſimus, ut ſtri-

ctiori

ſtiori vinculo fieret per juramentum ante electionem noſtram eodem vinculo efficaeiter adimplendum, cum ſingulis ex ipſis fratribus, ut in caſu quo aliquis noſtrum ad apicē ſummi Apoſtolatus eſſet aſſumptus, poſt ipſam aſſumptionem idipſum ad firmiorem conſtantiam denuò juramento voventes, promittentes & ratificantes. Oratores etiam noſtros celeriter miſſuri ſumus, qui de loco idoneo & decēti cum eiſdem diſponant ad hujuſmodi unionem faciendam. His igitur cognitis, de pace atque unitate Eccleſiæ bonam ſpem ſuſcipere tua nobilitas debet: nam profectò confidimus tempus adveniſſe, in quo Chriſtianorum adimplebuntur vota, in cæteris autem rebus, quæ ad te atque tuos attinent, gratiam & benignitatem noſtram promptiſſimè offerentes. Tenor autem literarum, quas circa præmiſſa dirigimus pręfato noſtro adverſario, ſequitur, & eſt talis: Gregorius Epiſcopus, &c. Petro de Luna, &c. Datum, ut ſuprà.

RESPONSIO ANTIPAPÆ AD bullas domini Gregorii remiſſa,

CAPUT IIII.

BEnedictus, &c. Angelo dicto Corario, quem nonnulli ſibi in hoc pernicioſo ſchiſmate adhærentes Gregorium nominant, pacis & veræ unionis affectum pariter & effectū Per quendam converſum ordinis Prædicatorum tuas decimoquinto hujus menſis Januarii literas recepimus, nonnulla per illa concepta circa tractatum unionis Eccleſiæ ſanctæ Dei frequenti hactenus per nos repetitione tentatum & ad optatum finem, peccatis exigentibus, non deductum ſummariè continentes: quarum tenore perſpecto, illi gratias egimus, qui ſua ineffabili clementia, quādo venit temporis plenitudo, noſtræ humanitatis indumento cōtectus in ſuæ nativitatis exordio diverſos in ſe parietes copulare jam cœperit, & nunc virum nobis à noſtræ promotionis ad apicem ſummi Apoſtolatus initio pacem & unionem totis viribus & deſideriis quærentibus, talem invenire cōceſſit, qui nobiſcum, ut tuæ literæ proteſtantur, in hoc ſalutari propoſito, Deo accepto, ſaluti animarum ac commodo mundi neceſſario, uti-

Ecce inſignem nuncium ad rē tantam.

li & votivo noſtris affectibus ſic ſincera, ut affectavimus atque optavimus & optabamus, intentione concurris. Multo etenim hactenus, ſicut te ſcire non ambigimus, apud duos prædeceſſores tuos immediatos in ſtatu, quem aſſumpſiſti, per nos & noſtros labore ſudatum eſt, ut tam exitiale malum de medio Chriſtianitatis evulſum, radicitùs à militantis eccleſiæ finibus pelleretur: non enim nobis ſunt incognita damna (proh dolor) Chriſtiani populi, quæ jamdudũ hæc execranda & deteſtanda diraque diviſio protulit. Horum autem molorum quæ cauſam dederunt ab initio, quæ ſchiſma prorogaverunt, & continuis ſucceſſibus neglecta juſtitia & veritate ſuppreſſa foverunt, certùm videtur, his præſertim, qui rei geſtæ veritatem noverunt, & qui prædeceſſerunt in negocio, de quo agitur, atque id recto libramine ponderarunt. Sed, quod referimus diſplicenter, etſi his noſtris negociis in caſſum malitia operante* ductis à prædeceſſoribus tuis ante dictis, quibus vias in inſtrumento contentas, & etiam alias rationabiles aperiri fecimus, & aperiendas recipere & proſequi obtulimus nos paratos, non tamen reſponſum congruum reportamus, nec verbum aliquod effectivum. O te felicem, ſi ad hoc te dominus reſervavit, ſi facultatem ad ea, quæ tibi data videtur, cum omni diligentia efficaciter proſequaris, nobis in effectum proſequendo unionis te reddendo conformem, prout ſpopondiſti, de contingentibus nil omittens. Ad hoc enim te piis exhortationibus invitamus, ad hoc nos promptos reperies, hoc ſummopere cupimus, ad hoc noſtra ſemper aſpirabit & aſpirat intentio, noſter attendit affectus, ut Deo dirigente, qui novit, eo præſtante, qui poteſt, per noſtræ humilitatis miniſterium unio in Dei eccleſia deſiderata ſequatur. Sed non permittit nos diſſimulare ſilentio, imo in ſtuporẽ vehementis admirationis adducit, quòd tua ſcriptura interprete videris dicere, quòd per juſtitiæ vias ad optatam unionem pervenire non potes, ut nobis quodam modo videaturimpingi, quòd viæ diſcuſſionis veritatis & juſtitiæ per nos recuſatæ fuerunt, vel in aliquo impeditæ. Abſit hoc à nobis. Nam, teſte Deo, nunquam in hoc viam juſtitiæ ac diſcuſſionis veritatis recuſavimus, aut impedivimus, imo, ut verum profiteamur, eã obtulimus, optavimus, & erga dictos prædeceſſores tuos, te teſte, qui, ut percepimus, aliquando in

* deductis, forté.

do interfuiſti,& erga alios,quos negotium tangebat, cum debita ſollicitudine quæſivimus ac proſecuti fuimus , nec per nos unquam ſtetit,nec ſtat,nec ſtabit, quo minus juſtitia & veritas hujuſmodi,quantum ad nos pertinet,videatur & agnoſcatur,ſicut ſatis ex oblatis per nos tuis prædeceſſoribus antè dictis poteſt liquidò apparere. Tamen de jure noſtro per ſcientiam & juris evidentiam ſumus certi. Ut igitur de intentione noſtra,quam habuimus circa hujuſmodi ſchiſmatis extirpationem & unionis aſſecutionem,te certiorem reddamus , tibi præſentium tenore ſignificamus & offerimus,quòd,ut tam præoptatum unionis negocium celeriùs & ſecuriùs valeat executioni demandari,parati ſumus , unà cum collegio venerandorum fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium,in loco ſecuro, decenti & idoneo tecum,& cum quocunque ſucceſſore tuo ac prætenſo collegio tuo,vel tui ſucceſſoris,aut te, vel dicto ſucceſſore tuo decedentibus,cum prędictis,qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt, vel gerent, perſonaliter convenire pro unione eccleſiæ tractanda,&,favente Domino,obtinenda:ibique,proviſo & ordinato de his , quæ pro ſecuritate & acceleratione unionis prædictæ erunt oportuna ac neceſſariò diſponenda,parati ſumus pro pace & ſalute animarum ac unione & redintegratione Chriſtianorum in dicta conventione perſonaliter noſtro veriſſimo juri & Papatui purè, liberè & ſimpliciter cedere & renunciare,& efficaciter faciemus,ſi tu ibidem conſimiliter renunciabis & cedes prætenſo juri tuo & Papatui, vel decedes, vel quicunque ſucceſſor tuus,& illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus ſe gerunt,aut gerent,ſicut præfertur,volueritis & voluerint cum effectu convenire & concordare nobiſcum , & cum prædictis venerabilibus fratribus noſtris, quòd exinde Canonica unici Romani Pontificis ſequatur electio & unio eccleſiæ ſanctæ Dei. Oratores autem tuos,quos,ut aſſeris,ad noſtram præſentiam celeriter deſtinare proponis,libenter videbimus, benignè audiemus, & charitativè tractabimus,eisque jam ſalvum conductum per dictum Converſum deſtinavimus. Quod etiam de abſtinendo à creatione Cardinalium , niſi in certis caſibus, intimaſti, volumus & intendimus obſervare. Feſtina itaque, tolle moras, concurre nobiſcum,&

con-

conſiderans humani temporis brevitatem, tantum bonum non ultrà differendo procraſtines, ſed celeriter viam ſalutis ac pacis amplectaris, ut tandem in extremo judicio cum immenſa multitudine eorum, qui nos in hac, quam præſtolamur, unione ſequentur, quam ad illius ovile, præſtante Domino, reducemus: ipſe paſtor bonus, qui pro ovibus ſuis animam ſuam poſuit, nos, ut de ejus miſericordia ſperamus, in dilecta ſua tabernacula introducat. Datæ Marſiliæ apud ſanctum Victorem, II. Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri, anno XIII.

Hic cadunt literæ collegii dominorum Cardinalium dicti domini Gregorii ad Antipapam & eius prætenſum collegium miſſæ ſuper ceſſione & unione prædicta per ipſos Antipapam & eius collegium unà cum parte altera facienda. Et quia in effectu ſunt conformes eiſdem literis ipſius domini Gregorii, propterea eas non curaui cauſa breuitatis præſentibus annotare.

RESPONSIO CARDINALIUM AD *bullas D. Gregorii Papæ,*

CAPUT V.

MIſeratione divinâ Epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſanctę Romanæ eccleſiæ, Cardinales, Angelo Corario, quem in hoc miſerabili ſchiſmate nonnullæ gentes Gregorium nominant, Spiritum cogitandi, qui ſunt pacis & unitatis, & illa promptiùs exequendi veſtri, ut putamus, boni & devoti propoſiti, in quo deus ſua benigna clementia vos coadunet & confirmet, atque in illo uſque ad concupitum finem tam optati & glorioſi operis perſeverare concedat. Scire vos facimus, quod per Rupertum Eremitam die XIIII. menſis Januarii veſtras recepimus literas, quas ilico ſanctiſſimo domino noſtro Benedicto, divina providentia Papæ XIII. portavimus, ut in ſuæ beatitudinis apparerent præſentia, ut apud collegium de conſuetudine laudabili eſt ſemper hactenus obſervatum: quibus in ſua præſentia & noſtrum omnium, qui hîc ſumus, apertis & lectis, cum omni benevolentia corda tam irriguo imbre perfuſa, tantamq; ſibi & nobis inextimabilem & indicibilem lętitiam dictę literæ attulerũt, quòd

vix

vix, quæ attractabamus manibus, & quæ perſpicuis oculis cernebamus, an vera eſſent, ex nimio deſiderio quodam dubietatis ſcrupulo timeremus. Nec mirum: nam, quod nimis anxiè homines cupiunt, vix aut nunquam evenire poſſe confidunt. Noſtis enim, & toti mundo credimus eſſe notum, accenſum zelum, ſinceram intentionem, operoſam & laborioſam perſecutionem, quam dominus noſter, & nos à principio hujus flebilis ſchiſmatis ſemper habuimus, ad procurandum, ſollicitandum, & perquirendum unitatem eccleſiæ omnibus viis & modis poſſibilibus & honeſtis: &, ſi usque nunc ejus & noſtra affectio debitum effectum non habuit, malitiæ temporum & indiſpoſitioni rerum principaliter imputamus. Non enim de concordia tractantes intẽdimus culpam ſuper quendam reflectere, ſed ſolùm quæ ad pacem ſunt, cum omni humilitate & devotione quærere, omnia omittere, quæ poſſent cujuſcunque animum à bona intentione divertere. Poſtquam autem veritate rerum fidem accommodavimus, gratias egimus & agimus bonorum omnium largitori, qui eccleſiam ſuam ſanctam, quam proprii martyrii pio & inextimabili dono fundavit, & per ſucceſſus temporum maximè in perſecutionibus ipſam non deſerens, magis & magis ſemper eam creſcere ſuâ ineffabili providentia ordinavit, quòd ejus miſerabilem ſtatum iſtis luctuoſis temporibus, exigentibus id peccatis hominum, non tamen per mundum collapſum, ſed quaſi per fruſta diſcerptum, benignitatis oculo ex Alto proſpiciens, & ſine quibuſcunq; noſtris meritis ſola ſua clementia ultra hominum ſpem miſeratus, te ita animo afficiat, ut tandem ad unionis inſtaurationem digneris attendere. O' ſtupenda demiſeratio: quod heri vel pridie multis impoſſibile videbatur, quaſi ſubitò unico tempore in opinionibus ipſi domino noſtro ac nobis idem ſapitis, idem cupitis, idem vultis, & in mutuo amplexu proſequendæ unionis nobiſcum vos jungitis, & omni vetuſta contentione rejecta, uno ſpiritu una mente nobiſcum pariter literæ veſtræ proteſtantur pacem, unitatem & concordiam eccleſiæ procuratis. Et quia nimis prolixum eſſet & longioris ſtyli tam inexplicabile & incenſivum gaudium verbis exprimere, ad rem veniendo veſtri, ut putamus, devoti propoſiti, ad veſtras literas cum omni charitatis manſuetudine reſpondemus, quòd domi-

nus noſter, qui ſemper ad pacem & unitatem eccleſiæ ſummis & continuis ſtudiis ac totis præcordiis inſudavit, imò ad nil aliud vacavit, imò in minoribus conſtitutus, & poſt Papatus onus in ſe recipiens, quod non ultroneus, ſed renitẽs & quaſi invitus, nobis, qui interfuimus & vidimus, teſtantibus, attentavit, in nil aliud finaliter electioni de ſe factæ cõſenſit, niſi ut unionem & pacem eccleſię viis & modis omnibus toto conamine procuraret: pro qua procuranda duos prædeceſſores immediatos fecit requiri ſolenniter, qui ſi fuiſſent devoti veſtri Præpoſiti, res extunc concluſionem habuiſſet optatam. Sed, ut credimus, aliquo occulto Dei judicio miſeratio divina diſpoſuit vobis, quantum ad partem veſtrã pertinet, hanc gloriam reſervare. Et propterea quia nunc per Dei gratiam materia longe melius & paratius ſe diſpoſuit, idem dominus noſter per ſuas literas Apoſtolicas plenè, gratanter & pro Unione eccleſiæ ſe jure ac celeriùs conſequenda multum judicio noſtro effectivè cum magna hilaritate reſponſum ſuum vobis inſinuat, ut linguis tacentibus res loquantur, & ad literas veſtras opera ipſa reducantur: idcirco vobis iſtas literas ſub his verbis duximus inſerendas: Benedictus, ut ſuprà. Et quia, ut videtis, ejus gratia, qui collapſa reparat, diſperſa colligit, ſeparata conglutinat, divisa conjungit & unit, vos cum domino noſtro in omnibus concordatis, in omnibus unanimes exiſtitis, etiam vos cum eo in omnib. conformatis, vos requirimus & hortamur per illius ſanguinem, qui nos redemit, humiliter exorantes, & pariter exhortantes, ut memores ſitis juramenti per vos præſtiti, & voti emiſſi ſolenniter, pro quo Deo & eccleſiæ promiſiſtis, & vos voluntariè pro iam pio & ſalutari negotio obligaſtis, quòd conſtanter & firmiter proſequamini, quæ tam bono & felici ſunt inchoata principio. Rejecta igitur omni mora, amputatis dilationibus, & omni procraſtinatione propulſà, nocte & die horis continuis & momentis, ac quibuſcunq; aliis agibilibus ſaltem ſuſpenſis ad tempus, ad nil aliud vacemus, ad nil aliud demus operam, quàm quòd quantò poteſt fieri celeriùs, in unum conveniamus locum: ubi, favente Deo, detur pax & unio eccleſiæ. Nam ſi mora in aliis nociva reputatur, in iſta materia morã quantumvis modicam reputamus damnabilem. Et propterea proponimus nos in viam unitatis & pacis, & omni

cæno

cœno & pulvere carnalis & mundanæ infirmitatis abſterſis, ſolum Deum induamus, accingamus lumbos noſtros cingulo fortitudinis & pedes in viam pacis & miſericordiæ dirigamus, & ad certamen, tanquam divinum & neceſſarium opus nos taliter diſponamus, quod ille in cælis præmium, qui in terris poſitus, corpus ſuum verum permiſit ſcindi, & nobis dedit pretium, & cùm inconſutilem tunicam, id eſt ejus corpus myſticum ſanctam eccleſiam ab omni ſciſſura & diviſione, ſua ineffabili clementia præſervavit. Habetis ergo, quod quæritis: tenetis, quod captatis: & quod per nos non ſtat, habetis in manu, attenta bona & ſancta opinione domini noſtri, de qua nos certi certos vos reddimus, pacem & unitatem eccleſiæ, ut ſic cum Apoſtolo concludamus, & concurramus omnes in unitatem fidei. Spiritus ſanctus vos illuminet, & in bona perſeverantia & voluntate confirmet. Datum, ut ſuprà, &c.

RESPONSIO ANTICARDINAlium ad literas Cardinalium ſuper facto unionis,

CAPUT VI.

Miſeratione divina Epiſcopi, presbyteri, & diaconi ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cardinalibus univerſis & ſingulis pro Cardinalibus Angeli Corarii, quem nonnulli in hoc miſerabili ſchiſmate Gregorium nominant, ſe gerentibus, ſpiritum cogitandi, quæ ſunt pacis & unitatis, & illa protinus exequendi. Vobis notum facimus per præſentes, quòd receptis literis veſtris XIIII. die menſis Januarii per Rupertum Eremitam, & pariter literis dicti Angeli, quem vos Gregorium nominatis, iiſdem, intellectis ipſarum tenoribus, fuimus ultra quàm dicere valeamus, in Domino conſolati, firmam ſpem concipientes in eo, & in ejus miſericordia confidentes, quòd ipſe eccleſiæ ſuæ compatiens, populi Chriſtiani miſertus, corda veſtra tetigit, ea claritate ſui luminis illuſtrando. Et propter hoc ſanctiſſimus dominus noſter dominus Benedictus divina providentia Papa XIII. & nos, ne Dei gratiam & tam ineffa-

bile donum longo ferventiq; deſiderio expectatum recepiſſe videremur in vanum, ſibi & nomini ſuo, qui facit mirabilia ſolus, laudes & gratias egimus, & agere non ceſſamus, quantas poteſt noſtra debilitas & caduca mortalisq; infirmitas. Hoc enim, quod tam diu procuravimus, & fuimus tam diuturno tempore proſecuti, nunc per vos oblatum non renuimus, imò junctis ampleĉtimur manibus, & cum omni humili, & devotá gratiarum actione recipimus, & lætiſſimi acceptamus, vos certificantes, quòd dominus noſter præfatus, habita frequenti & matura deliberatione nobiſcum per ſuas literas Apoſtolicas, quarum tenorem hîc inſeri fecimus, dicto Angelo, quem dominum veſtrum nominatis, cum omni charitate plenè, gratanter, & pro unione eccleſiæ ſecuriùs & celeriùs conſequenda multum judicio noſtro effectivè reſpondet: nos etiam eidem reſcribimus, prout per noſtrarum literarum copiam hîc interclusam poteritis apertiùs intueri. & quia in proſecutione tam divini & laudabilis operis unanimi voluntate concurrimus, ſi veſtræ charitati placet, date ad id, quantum erit vobis poſſibile, omnem operam efficacem, quia idem dominus noſter & nos ad nil aliud vacamus & vacare intendimus toto conamine & ſummis præcordiis, quàm quòd quanto citiùs in unum convenimus locum, ut, quod Paracleto inſpirante pariter mente concepimus, impleamus operibus. Nam ſecundum Tullium maximum Oratorem, plus eſt conſideratè agere, quàm conſiderare prudenter. Amputemus igitur per Dei miſericordiam omnem moram, quæ in magnis negociis ſummi ſolet eſſe periculi, & malos conſuevit producere exitus. Spiritus ſanctus vos conſtanter perſeverare faciat in opere cœpto, Amen. Datæ Marſiliæ ſub noſtrorum ſigillo die ultima menſis Januarii, XV. Indictione, anno à nativitate Domini M. CCCC. VII. Pontificatus domini noſtri Papæ Benedicti XIII. anno XIII.

LITE.

LITERÆ REGIS FRANCIÆ univerſis Chriſti fidelibus deſtinatæ, de ſubtractione obedientiæ & neutralitate, niſi Antipapa infra certum tempus in eiſdem expreſſum ceſſerit,

CAPUT VII.

CArolus Dei gratia rex Francorum, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem integerrimam, & ex ſchiſmatis nefandi tenebris in ſplendorem veræ pacis celerem egreſſum. Quoties propenſiori ſtudio noſtrorum progenitorum egregia facta recolimus, & illos ſingulari quadam cura publicis utilitatibus eccleſiæ ſacroſanctæ privatas ſemper poſthabuiſſe perſpicimus, adeo ut non tantùm eam preſſuris, adverſitatibus, ærumnis, diſcordiiſque liberaverint, verum etiam infidelium cervice confracta multos mortales ſuaviſſimo Chriſti jugo ſubegerint: miro quodam ardore glorioſis iſtorum veſtigiis inhærendo, ſchiſma peſtiferum, quod in Chriſtiana gente jam nimis inveteravit, quantum in nobis fuerit, penitus ſepelire, & afflictis Eccleſiæ laſſiſque rebus maturè ſuccurrere deflagramus, ſicuti ſemper ſincero corde flagravimus, nihil prius, aut antiquius habentes, quàm ut conceſſam nobis divinitùs poteſtatem in eccleſiæ ſuæ ſalutem conferamus. Unde norunt bene Chriſtiani omnes, quantos labores & quàm magnas impenſas, quamq; graves ſollicitudines adhibuerimus, & in convocationibus variis eccleſiæ regni noſtri ac principum de noſtro ſanguine celebratis cauſa quærendæ viæ, qua ſchiſmatis ac ipſorum qui huic cauſam & fomenta præbent, qualitate penſata, ſalubriùs, celeriùs ac faciliùs ad pacem veniretur, &, poſteaquam ſatis exploratè perſpectum eſt, viam ceſſionis amborum contendentium ad jus verum vel prætenſum in Papatu, longè cæteris omnibus præferendam, in legationibus per totum Chriſtianum orbem tranſmiſſis, ut hujus viæ facilitate brevitateque cognita, per eam univerſi pacem concorditer peterent. Poſtrema verò hyeme, quia nos à tam ſancto labore charitas deſiſtere non ſinebat, convocari rurſum juſſimus Concilium regni noſtri, ut, quando ſuperioribus laborib. obſiſtente temporũ malitia minus promoviſſe videbamur,

bamur, etiam atque etiam ſcrutaremur, qua ratione impedimenta noſtri laboris & fomenta ſchiſmaticæ pravitatis amputare valeremus. In hoc autem Concilio, dum humana tarditas in expedientium inventione laboraret, dum variatis ſententiis aliud aliis negotio convenire judicaretur, dum concluſioni concluſio tractu temporis adjungeretur, præter ſpem humanam nova lux è cælis, ſicut credimus, affulſit, incredibilique celeritate, divina ſapientia ſuperveniente, mox unionis fundamenta collocavit. Nam & Papa Benedictus, & Angelus Romæ nuper pro defuncto ſubſtitutus, uno, niſi fallimur, ſpiritus ſancti afflatu tacti, prædictam viā ceſſionis, pro cujus proſecutione tantopere deſudavimus, literis ſuis acceptarunt, obtulerunt atque publicarunt, & ſe invicem ad accelerationem executionis ejus vehementer hortati ſunt. Quibus rebus certiùs cognitis, exultanti alacritate ingentes gratias patri luminum retulimus, quòd nunc tandem juſtitiæ rigore temperato, miſericordi oculo eccleſiæ ſuæ calamitoſis acerbiſſimisq; languoribus medelam idoneam incipiat adhibere, nobisque viam adaperiat, quam ulteriùs proſequi debeamus. Quare ne, ſi Deum iter monſtrantem minùs ſequamur, ingrati reperiamur, & noſtro torpore tanta miſericordia indigni fiamus, ex tempore concilium capientes, concordi omnium conſilio & conſenſu præhabito decrevimus ad Papam Benedictum & illum, qui ſe Romæ Papam appellat, ſolennes noſtros & eccleſiæ regni noſtri ambaſiatores confeſtim mittere, qui ambos collaudantes magnificè, quòd in hanc viam ceſſionis à nobis tanto ardore procuratam, eccleſiæ verò ipſi fructuoſiſſimam, deſcenderunt, Papam Benedictum omni precum inſtantia requirant, ut ex abundanti ad declarationem ſuæ intētionis planè & clarè viam ceſſionis, ſemotis amabagibus acceptet, & eam exequi, omni via alia, & omnibus aliis viis poſtpoſitis, promittat, bullasque infra terminum inferiùs præfigendum, ſcilicet decem dierum ab inſinuatione ſua, ſuper his tradat, & nihilo minùs ambos exhortentur, & obſecrent atque obteſtentur, quòd ad evitandam difficultatem itineris, pericula perſonarum, querelas litium, tractus præparationum, occaſiones aliarum viarum tractandarum, & alia pleraq; diſcrimina formidanda, quæ pacem odiosè poſſent

ſent differre, velint abſentes cedere uterque in loco ſuo, aut in manibus ſuorum collegiorum, aut per literas exhibitas, aut procuratores conſtitutos, proviſionibus tamen congruis ita prudenter adhibitis, ut alteri de altero nullus metus fraudis poſſit oriri: qui ſi preces has audierint, mox ambo collegia rupta mora, ſumma celeritate in locum eundem convolabunt, & unici Romani Pontificis electionem celebrabunt. Quia verò ambaſiatores præfati Papam Benedictum primo ſunt aditurì, ne fortè dilationis occaſionem quærendo dicat, non antea certum ſe reſponſum daturum, quàm illius Romani domini oratores perſpexerit, per eos inſtanter inquiretur, ut propter accelerationem negotii moras non admittat in caſu, quo Romanus ille ſine conventione perſonali vellet cedere, & ut pari forma nihil expectando etiam ſe extunc ceſſurum offerat. Quòd ſi amborum voluntates à nobis in hac parte diſſenſerint, & non niſi in conventione perſonali cedere voluerint, hoc eorum propoſitum nullatenus impediendum, ſed potiùs adjuvandum duximus: ſperantes eundem Salvatorem, qui jam eorum mentibus tam ſalubrem ſententiam inſpiravit, horum conventionem ad pacem faciendam affuturum. Sed ſi Papa Benedictus, quod prohibeat Deus, ſubterfugia quæſierit, & viam, aut vias alias ceſſioni prætulerit, aut quovis modo negotium trahere, aut protelare conatus fuerit, aut ille Romanus, cujus literæ conventionis perſonalis nullam faciunt mentionem, Benedicto in abſentia, locoq; ſuo vel per procuratores cedere volente, ob firmatam ſententiam extra conventionem perſonalem, aut aliàs cedere nullo pacto voluerit: ex nunc, prout extunc, confirmatò decernimus, & ſtatuimus per concilii eccleſiæ regni noſtri ſententiam, & chariſſimarum noſtrarum filiarũ Univerſitatũm, Pariſienſis, Aurelianenſis, & Andegavenſis deliberationem, quòd, niſi ante finem decem dierum ab ejus inſinuatione computãdorũm de via ceſſionis ſine ambiguitatibus petita conceſſerit, & ante finem decem aliorũ dierũ proximè ſuccedentium de circumſtantiis ejuſdem viæ executionem reſpicientibus, ambaſiatoribus p̃fatis ſatisfecerit, ab eo veluti à ſchiſmatico, & ab eccleſia præſciſo recedemus, nec ei obedien tiam ulteriùs præſtandã ẽcſebimus, utpote in quo ſtetit, quò min⁹ ſchiſmate divulſo pax deſideratiſſima lu-

genti Eccleſiæ reddita ſit Simili quoque pœnæ, qui ex ſuo collegio in tam duro propoſito & eccleſiæ ſupra modum inimico ſibi faverint, apud nos ſubjacebunt. Deinde verò Cardinales qui nobiſcum in veritate perſtiterint, apud quos poteſtas eligendi integra permanſerit, cum altero collegio ad anici Romani Pontificis electionem faciendam convenient, Si verò caſus miſerabilis inter Cardinales omnes, quod Deus avertat, irrepſerit, quòd in unam ſententiam ad faciendam unionem nequeant concordare: noſtri ambaſiatores, noſtræ eccleſiæ & regni noſtri poteſtate fungentes cum altera parte procedent ad unionem eccleſiæ tractandam & faciendam his modis ac legibus, quas latiùs in ſuis inſtructionibus à nobis comprobatis exprimi voluimus, & prout in deliberationibus poſtremi concilii eccleſiæ regni noſtri & chariſſimarum filiarum noſtrarum univerſitatum præſcriptarum, ſuper quibus inſtrumenta publica confecta ſunt, extitit ordinatum. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, robur, ac fidem, ſigillum noſtrum his præſentibus duximus apponendum. Datum Pariſiis die 18. Februarii, Anno Domini M. CCCC. VII. & regni noſtri XXVII.

Per regem cum conſilio & conſenſu dominorum Ludovici Siciliæ regis, ducumq; Aquitaniæ, Bituricenſis, & Aurelianenſis atque Borboniæ, necnon Patriarchæ Alexandriæ, atq; prælatorum & procerum, necnon plurimorum aliorum eccleſiaſticorum virorum & ſecularium de Conſilio magno regis.

RESPONSIO DOMINI GREGOrii Papæ ad literas aſſertorum Cardinalium,

CAPUT VIII.

GRegorius, &c. Univerſis, qui in hoc miſerabili ſchiſmate P. de Luna, qui ſe Benedictum nominat, tanquam Cardinales adhærent, pacem & unionis conſolationem. Nuper literas Petri de Luna, qui ſe nominat Benedictum, voſque veſtrum dominum appellatis, ac veſtras circa terminationem diuturni & peſtiferi ſchiſmatis in primordio noſtræ aſſum-

aſſumptionis ad apicem ſummi Apoſtolatus ad noſtras & poſtea deſtinatas reſponſivas cordiali affectione recepimus: quarum continentiam & expreſſa per oratores & nuncios dicti veſtri domini circa rem hujuſmodi denotantes, eidem veſtro domino duximus circa præmiſſorum continentiam in hæc verba, ne res protrahatur in longius, reſpondendum: Gregorius, &c. ut ſuprà. Obſecramus nunc igitur vos, & obteſtamur per viſcera omnium redemptoris, ut in altiſſimum veſtræ mentis oculos, & ad veritatem, omni temporali affectione in diverſa mortales plerumque trahente, poſtpoſita, purificatis mentibus erigentes, omnipotenti mundam conſcietiam afferatis & circa votivam expeditionem omnium præmiſſorum juſtam ſpem vobis per noſtras literas nunc oblatas placeat, & velitis intentis affectibus & effectibus operari, ut tam deſiderabile cunctis Chriſti fidelibus bonum deſiderabilis unionis, circa quod omnis noſtra ſemper invigilavit & vergit intentio, ſequi poſſet in eccleſia ſancta Dei, à cujus concluſione certiſſimi ſitis, quòd actiones noſtras nullis temporibus ſubtrahemus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Idibus Martii, Pontificatus noſtri anno primo.

RESPONSIO COLLEGII DOMINORUM Cardinalium partis noſtræ ad literas Petri de Luna,

CAPUT IX.

MIſeratione divina Epiſcopi, Presbyteri ac diaconi ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cardinales, cum deſiderio reſponſuri in Chriſto domino Petro de Luna, quem nonnulli in hoc miſerabili ſchiſmate Benedictum nominant, pacis & unionis conſolationem in domino ſempiternam. Literas reverendiſſimæ paternitatis veſtræ ad noſtras circa extirpationem diuturni ac peſtiferi ſchiſmatis reſponſivas nuper accepimus, & quæ circa rem hanc veſtri nuncii expreſſerunt, jucunda mente notavimus, cùm noſtris cordibus ad deſiderabilem unionem eccleſiæ Dei ſanctæ ſupremo deſiderio ſemper intentis lætitiam attuliſſent, ſperantes fructum unionis hujuſmodi ſuperilluſtrante divina gratia, ex quo diſpoſitio ſanctiſſimi domini noſtri Papæ ad hoc inextimabile bonum unionis præfatæ ardentiſſima manſit & permanet, ſicut

per ejus literas etiam principaliter deſtinatas, quarum ſeries hæc eſt, videlicet, Gregorius, &c. ut ſuprà, clariſſimè poteritis intueri proculdubio eventurum. Obſecramus igitur eandem paternitatem veſtram ab intimis noſtris præcordiis, ut mora quacunque ſepoſita, circa perſecutionem celerem & votivam omnium præmiſſorum, ad hoc ut pax & conſolatio Chriſtiano populo tantis (proh dolor) calamitatibus, ac per tot annorum curricula lacrymabiliter laceſſito per eventum unionis hujuſmodi ſubſequatur, placeat totis affectibus ad hoc intendere cum effectu. Nos autem omnem noſtram diligentiam circa perſecutionem agendorum omnium, quantum in nobis erit, jugiter apponemus, ut contingat celeriter in Dei eccleſia tantum bonum. Datum Romæ. VIII. Idus Martii, Pontificatus ejuſdem domini noſtri anno primo.

CAPITULA MASSILIÆ CELEbrata & concordata ſuper mutua conventione domini Papæ & Antipapæ in Saona, ac modis ibidem ſervandis,

CAPUT X.

1 INprimis, quòd ambo domini cum collegiis ſuis habeant convenire perſonaliter ad civitatem Saonam pro unione Eccleſiæ ſanctæ exequenda, & cum Dei adjutorio obtinenda.
2 Item, quòd domini ſuprà dicti cum ſuis collegiis ibidem perſonaliter convenire debeant, & ibi perſonaliter adeſſe in feſto ſancti Michaëlis in fine menſis Septembris proximè futuro, ſalvo, niſi propter impedimenta navigiorum dominus Romanus impediretur: quo caſu adeſſe debeant in feſto omnium Sanctorum tunc proximè ſequenti. Quod quidē dominus Romanus, ſi dicta prorogatione uti voluerit, debeat hoc notificaſſe alteri domino per totum menſem Julii proximè ſequentem.

Item, quod quilibet ex prædictis duobus dominis debeat
3 ibi convenire cum octo galeis tantū armatis, ut eſt cōſuetū: niſi de ſeptem vel ſex dictus dominus Romanus contentaretur: quo caſu teneatur notificare infra dictum menſem Ju-
4 lii proximè ſequentem. Item, quod quilibet ex prędictis duobus dominis alteri debeat jurare plenam ſecuritatem ſibi & ſuis

ſuis de non offendendo,aut damnificando,ſeu in aliquo lædendo,de ſe vel ſuis,imo defendendo& conſervando,ac manifeſtando lædere aut offendere volentes,durante dicta cōventione,eundo vel redeundo , per ſe vel alium , directè vel indirectè,tacitè aut expreſsè: & ſimiliter jurare debeant familiares utriuſque prædictorum duorum dominorum , & familiares cujuslibet Cardinalis utriuſque partis in manibus per ambos prædictos dominos deputandorum.Item, quod 5
ab utraque parte fiant duo capitanei maris: unus pro quolibet,qui ſe obligabunt invicem,& dominis ambobus per omnia,ut in octavo capitulo de capitaneis civitatis cōtinetur.
Item, quod obtineatur à rege Franciæ gubernatore Januæ, 6
civitatibus,aut communitatibus,vel aliis quibuſcunque, ad quos ſpectat,quod tale dominium & juriſdictio,merū mixtumq; imperium dictæ civitatis Saonenſis ſit in manibus utriuſq; prædictorum duorum dominorum æqualiter,& abſolutis vaſallis,à quocunque juramento,obedientia,homagiis,vel obligationibus aliàs debitis , illa præſtare debeant dictis duobus dominis,aut deputandis per eos nomine Eccleſiæ pro tempore,quo ibi fuerint pro dicto negotio expediendo.Item,quod omnes cives civitatis Saonenſis,vel ſaltē 7
majores nomine univerſitatis,& proprio,& in illo numero, de quo dictis duobus dominis videtur , teneantur præſtare juramentum, prout in V.capitulo continetur,& ſimiliter facere jurare omnes comitativos & diſtrictuales ſuos per judices , qui etiam obligent ſe ſolenniter in caſu,quo contraveniatur ad pœnam confiſcationis omnium bonorum ubicūq; exiſtentium,referendo ſe ad illam formam, quam præſtarunt, quando ibi fuit curia.Item, quòd eligantur duo de præ- 8
dictis duobus dominis, unus pro quolibet,qui habeant cuſtodiam civitatis,juriſdictionem , & omne imperium pro prædictis duobus dominis,qui etiam ſint præſidentes & capitanei gentium armorum & præeminentes ad expedienda omnia incumbentia,pro negotio liberiùs expediendo, qui primò invicem ſe debeant confœderare,& fraternitatem juramentis contrahere , ſeſe invicem alterum alteri omnibus modis obligando & colligando, ad cuſtodiam,ſecuritatem & defenſionem dictarum partium: qui etiam debeant eligi milites,aut alii nobiles,in quātū fieri poteſt,æqualis ſint conditionis:eius aūt ſit indicere,ꝙ confœderati ſimiliter & ligati ad dictū finē debeant ad inſtantiā utriuſq; duorū dominorū

pro ſe & ſuis præſtare pleniſſimum juramentum, homagiū & obligationem pleniſſimam, prout in quarto capitulo cōtinetur. Et, quòd quilibet illorum pro prædictis fideliter ſervandis & adimplendis debeant dare obſides idoneos & cōpetentes, ita quod electus ab uno ex dictis duobus dominis det obſides in æquali numero & poteſtate alterius domini ad voluntatem dictorum duorum dominorum, & aviſentur, quod capitanei ducant ſecum filios, ſi habent, aut nepo-
9 tes, fratres, vel alios attinentes, aut amicos. Item, quod ab utroque dictorum duorum dominorum fiet unum edictum, aut ſtatutum, in quo imponantur pœnæ excommunicationis, interdicti, inhabilitationes ad beneficia, dignitates, & honores, tam ſeculares quam Eccleſiaſticos, privationes ab omnibus dignitatibus, feudis, vaſallitiis & quibuſcunque juribus in pleniſſima forma in caſu, quo dicti capitanei, vel aliquis eorum offenderet in perſona malitioſè aliquem ex di-
10 ctis dominis, vel ex dominis utriuſque collegii. Item quod quilibet ex prædictis duobus dominis debeat ſecum ducere CC. homines armorum pedites, qui intrent civitatem ſine equis cum totidem famulis, & C. baliſtarios, in quantum fieri poteſt, honeſtos & fidatos, per quemlibet dictorum duorum dominorum eligendos pro cuſtodia & defenſione dictarum partium, qui debeant præſtare ſimiliter juramentū, ut in IIII. capitulo continetur, & hi debeant ſubeſſe capitaneis ab utraque parte electis, & in manibus utriuſque jurare & aliquo ipſorum dominorum deficiente, vel impedito, aut remoto ponatur per ipſum dominum alter ejuſdem, quantum fieri poteſt, conditionis, qui eandem in omnibus poteſtatem & juriſdictionem exerceat, & ſimiliter juramentum & ſecuritatem præſtet, ac poteſtatem & alios officiales,
11 quos & unde voluerit, ponet. Item, quod portus galearum dividatur æqualiter, ut fieri poterit, prout videbitur utriſq; capitaneis pro ſecuritate & tranquillitate fienda. Item quod
12 ab utraque parte eligantur duæ perſonæ, qui habeant dividere civitatem in duas partes, quantum fieri poterit, æqualiter, uno caſtro cum parte civitatis cuilibet parti aſſignando.
13 Item, quòd prædicti capitanei civitatis habeant ordinare cuſtodias, & habeant portarum claves, quas habeant cuſtodire æqualiter, quantum fieri poterit, & de omnibus aliis ordinare & diſponere, quæ erunt ad cuſtodiam & regimen civitatis

tatis & ſecuritatem dictorum dominorum juxta commiſſionem pro eis per dictos duos dominos faciendam:&quod dicti capitanei provideant, quòd nullus ſine bulleto civitatem ingrediatur, neque aliqua arma introducat, vel per civitatem portet, exceptis armigeris & baliſtariis prædictis: &, quòd omnia arma civitatis, tam offendibilia, quàm deffendibilia ponantur ſub debita cuſtodia & inventario in dictis caſtris æqualiter. Item, quòd circa diviſionem & aſſignatio- 14
nem domorum & taxationem pretii ipſarum domorum & omnium victualium, circa etiam libertatem gabellarum & onerum de novo non imponendorum, nec augmentandorum, & de libertate rerum intromittendarum, & aliis ſimilibus ſerventur, & de novo obligentur per omnia, prout aliàs factum fuit, quando ibi fuit curia, aliquibus etiam additis, ſi capitaneis videatur, ſine quorum vel aliorum eligendorum per nos licentia nullatenus poſſit quis domum recipere: vel conducere: &, quòd teneantur cives illas locare, quę placuerint dictis deputandis, pro condecenti pretio, ut in capitulis continetur. Item, quòd quilibet ex dominis intro- 15
ducat in civitatem pro ſervitio perſonę ſuæ centum familiares tantùm, & Camerarium, & duos protonotarios, vigintiquinque prælatos, & duodecim Doctores in Jure, & duodecim magiſtros in Theologia: ita quòd quilibet prælatus habeat ſex, Camerarius quilibet duodecim, Pronotarius quilibet ſex: ſi eſt Archiepiſcopus, quinque: ſi Epiſcopus, quatuor: ſi abbas, tres: ſi Doctor, vel Magiſter, duos familiares. Item, quòd quilibet Cardinalium introducat in civitatem viginti familiares tantùm, & nullatenus equitaturam apportet, 16
niſi pro perſonis dictorum dominorum & utriuſque collegii, & utriuſque camerarii & dictorum capitaneorum. Item, 17
quòd obtineatur à domino gubernatore Januæ, quòd faciat pacem & concordiam cum Venetis, vel ſaltem ponant ſimpliciter totam quæſtionem ipſorum in poſſe & ordinatione dictorum duorum dominorum: vel ultimò, ſi aliud fieri nō poſſet, per ſufficientem ſecuritatem & obligationes ſuper omnimodam ſecuritatem omnium Venetorum & Januenſium. Circa autem ſecuritatem dandam per dictum gubernatorem dictis dominis & utrique parti ſervetur forma, quæ fuit ſervata, cùm curia ibi fuit. Item, quòd circa receptio- 18
nem, protectionem, ſecuritatem & defenſionem dictorum duo-

duorum dominorum, aut dominorum ipſorum collegiorum, vel alterius ipſorum, aut eorum Curiæ ſeu familiæ, circa etiam ſecuritatem & libertatem gabellarum, aut aliorum onerum de novo non imponendorum, ſeu augmentandorum, & rerum omnium liberè venientium & aliis omnibus obtineatur à dicto domino gubernatore, ac civitate & communitate Ianuenſium, & aliis, ad quos ſpectat, quicquid conventum & concordatum fuit, quod pars iſta circa montana ibidem ivit & fuit, & ab eiſdem obtineatur, quòd dictis duobus dominis venientibus, ſtantibus & recedentibus à dicto loco nulla galea in dicta riparia Ianuenſi armetur, niſi de prædictorum duorum dominorum expreſſo conſenſu, galea guardiæ duntaxat excepta.

19 Item, quòd obtineatur à ſuprà dictis, quòd gentes galeæ & alia navigia dictarum duarum partium poſſint liberè & ſecurè venire, ſtare & redire in quocunque portu ſub dominio dicti gubernatoris, aut comitis Ianuæ exiſtentis.

20 Item, quòd caſtra, quæ ſunt inter Senam & Saonam, ponantur pro [illegible] tempore ſub cuſtodia, dominio & regimine dict[illegible] dominorum, datis per ambas partes dominis dictorum ca[illegible] cautionibus & ſecuritatibus de reſ[illegible] in eodem ſtatu, & [illegible] aſſignentur ad uſum partis Ro[illegible] [illegible]iæ. I-

21 tem inhibeatur cum proclamatione & gravi pœna, quòd nullatenus audeat Antipapam vel Anti[illegible] ſed quilibet ſit liber nominando Papam, vel Antipapam,

22 quem voluerit. Item, quòd à dominis c[illegible] tibus ingreſſus & paſſus patriæ, habeatur de[illegible] de tranſeundo, ſtando & redeundo, defendendo & protegendo, & non permittendo, quod a quoquam v[illegible] aut damnum fieri poſſit alicui parti. Item, quòd in omni ad-

23 ventu certus & firmus locus; in quo dicta conventio [illegible] debeat, habeatur abſque alia dilatione: ſed ſi ratione peſtis, vel quovis alio interveniente caſu legitimo, de diſcedendo à dicta civitate, ab utraque parte fuerit deliberatum, & concluſum: ſeu prædictæ conditiones, videlicet de ſecuritatibus dandis per gubernatorem & communitatem Ianuenſium ambabus partibus & Venetis & de dominio Saonæ habendo, & de diviſione civitatis, non fuerint adimpletæ, dominus Avinionenſis cum ſuo collegio acceptare teneatur, unũ

tur unum de locis ſibi oblatis per Oratores domini Romani,& in eodem loco cum dicto domino Romano & ſuo collegio ad ſanctiſſimam unionem Eccleſiæ perficiendam debeat perſonaliter convenire.

Poſtquam dicta capitula fuerunt firmata per partes, advenerunt ad Romam ad ipſum dominum Gregorium, de menſe Maii, vel circà, ſolennes ambaſiatores Januenſium cum certis galeis, magnas ſecuritates & etiam quædam alia offerentes ipſi domino Gregorio ad hoc, quod ipſe adhuc in ſtatuto termino juxta tenorem ſuorum capitulorum ad Saonam pro facienda unione pergeret. Et deinde ſupervenerunt etiam in una galea ad Romam ambaſiatores, fecerunt, & in publico eidem domino Gregorio & ejus collegio dominorum Cardinalium, ſuiſque Curialibus, qui ſecum ire vellent ad Saonam prædictam ad faciendam dictam unionem, magnas promiſſiones & ſecuritates ſe præſtituros obtulerunt: ſed pluribus diebus Romæ ſuper hoc ſtantes, & ſollicitè laborantes finaliter non profecerunt, & dedignati, hujuſmodi unionis negotio, pro quo illuc venerant, ut præfertur, deſperato remanente, ad propria redierunt. Et etiam poſtea illuc advenerunt valde ſolennes & magnæ authoritatis viri ambaſiatores regis Franciæ, qui multùm eleganter continuò & inſtanter laborarunt apud ipſum dominum Gregorium, quo uſque ipſe ab eadem urbe receſſit, ſollicitando ipſum de mane & de veſpere, quòd conſtanter dictam unionem faceret eodem ſtatuto termino ut præfertur. Supervenerunt etiam ſatis notabiles ambaſiatores ipſius Antipapæ, ſimiliter ſuper hoc penes ipſum dominum Gregorium, ſuumq; collegium dominorum Cardinalium ſollicitè laborantes, multaque ſibi magnalia promittentes, quantumcunque importunè ſuper hoc apud ipſum laborarent, me vidente pluries & præſente.

En hic Erroris pertinaciam incredibilem hui tot promiſſionibus & ſuaſionibus tantorum legatorum nullatenus ad unionem faciendam moveri potuit.

Sed tandem unione hujuſmodi abſque effectu remanente, de Via ad Inviam perducti fuimus, prout apparet in quæſito ſeu dubio ſubſequenti.

ſEMITA, SEU VIRIDARIUM,

Tractatus III.

Determinatio dicti dubii,

Caput unicum.

TANTA videtur ineſſe perplexitas huic quæſito, præſertim attẽta facti, de quo agitur, magnitudine, quòd ſtupeſcit animus meus circa illud aliquid dicere: lenteſcit etiam manus chartæ calamum applicare; Tamen ſuperioris juſſu artante, cui devotè parendúm eſt, dicam perſuaſivè aliqua, quæ mihi occurrunt hîc dicenda, non multùm inſiſtendo allegationibus: quià certus ſum, quòd domini Doctores utriusque Juris, quorum non ſum dignus calceamenta ſolvere, ſufficienter & ſubtiliter more ſuo prò & contrà quæſtionibus & argumentis hanc materiam pertractare curabunt. Igitur illius, quò prætermiſſo nullum ritè fundatur exordium, ſuffragio humiliter invocato, in hoc ſacrorum Canonum, XXIII. dec in nomine Domini, & piiſſimarum legum, de novo C. faciendo, ſalutaria ſequendo præcepta, ad factum tangendum procedam, & præcipue, quod bonum ac utile mihi videtur in hac parte ſervandum, aliquibus mortalibus dictis & ſanctorum doctrinis luculenter oſtendam, cum proteſtatione ſolita, ſicut expedit in hoc facto, ſcilicet quòd ſi quæ dicam minus ſufficienter confirmata, ſimplicitati meæ parcatur: quia ruſticè, non autem temerariè hoc à me procedit. Quis enim ſum, qui loquor, niſi vermiculus inutilis? & ſuper quali facto? quo nullum majus eſt, & inter quas perſonas? quæ dignitate omnes mortales excellunt, hæc tela texitur, ſicut notum eſt omnibus: hunc enim ſummum quiſq; jure habet, qui erigendi & diruendi obtinet principatum. Igitur, ut confido, illius obtenta venia, ſcribam libero animo, quæ mihi videntur. Levo igitur mentem meam ad montes, id eſt, ad Chriſtum, unde mihi veniet conſilium, & qui à linguis detractorum me defendet ſicut defendit David à gladio maligno, ſcilicet Goliæ (2. q. 5. monomachiam.) ut donet mihi circumſpectam ac perſpicuam rationem intelligendi, diſcernendi, & inveniendi ac dicendi

terant ſtipulari, prout fecerunt juxta capitula hinc inde per utramque partem obſervanda, quæ etiam ante quàm dicti oratores ad eundem dominum Papam redirent ad Curiam, dicto domino Papæ præſentata fuerunt, & quæ ipſe, ut præfertur, per plures actus, aut implicitè vel expreſsè ſæpe, ſæpius in publico & privato, ut fama laborat, approbavit, remunerando etiam dictum nepotem ſuum dominum Epiſcopum Bononienſem, tanquam bene meritum, & quia prudenter ſibi injuncta peregit cum eodem Antipapa ſuoque *perverſo collegio, quia creavit eum Camerarium ſuum: quod fortè non feciſſet, ſi dictam injunctam ſibi legationem minus conſultè peregiſſet: hoc enim certiſſimum indicium fuit, ut videtur, quòd ipſe dominus noſter illa, quæ ipſe ſuus nepos peregit, ratificavit. Item videtur ex themate dicti quæſiti innui, quòd ſi dictus dominus noſter Papa galeas potuiſſet, aut poſſet habere, ad Saonam declinaret, & vellet eſſe in ſtatuto termino, ut Capitula dictant: ſed quia dictæ galeæ per eum haberi non poſſunt omni per eum adhibita diligentia, ut præſupponitur, ea de cauſa illuc ire non poteſt, quia per mare ſibi data eſt per adverſarios plena ſecuritas, prout cautum fuit in capitulis ante dictis, & ſic etiam fama laborat. Præterea nunc videndum eſt, quòd ſi nulla galea, vel navis reperiretur in mari, vel in orbe terrarum, ſi propterea vota & juramenta, promiſſiones & ſtipulationes hujuſmodi debeant viribus vacuari, cùm etiam per terram ad Saonam patet acceſſus, & pene omnes civitates per terram iter agendo usque prope Saonam ſub obedientia dicti Papæ conſiſtunt, per quarum diſtrictus non eſt dubium dicto domino, ſi voluerit dare ordinem, quin poterit ire ſecurè. Præterea, ex quo pars adverſa ſibi dedit plenam ſecurritatem eundi & redeundi ad Saonam, & deinde recedendi per mare, præſumitur, quòd etiam ſibi dabit ſimilem ſecuritatem illuc eundi, &, ſi opus ſit, recedendi per terram: quia ſi hoc non fieret, & hoc ſtaret per eoſdem adverſarios, non putarem dominū noſtrum Papam ſic ſimpliciter obligari, quòd temerè in adverſariorū fortalitia declinaret. Pro hac ultima parte facit Clem. paſtoralis. §. quis enim auderet. verſic. hæc quidem de jure caventur. de re judicata. Et quòd illa ſecuritas

*prætenſo, forte.

ſit neceſſaria, naturalis ratio & æquitas dictant: quia, Quæ nimis apparent retia, vitat avis. Præterea quod ſecuritas iſta bene, ut ſuprà dictum eſt, Domino annuente, procedat, videtur eſſe omnino neceſſarium, quòd dictus dominus noſter ad hoc oportuno captato tempore, ſi utique per mare non poſſet propter defectum galearum, tunc iter arripiat per terram, & recto tramite dirigat iter ſuum ad proximiorem locum Saonæ, tamen aptum & capacem, ſub ejus obedientia exiſtentem: non tamen ex abrupto & improviſo, ſed tentatis priùs convenientibus modis cum domino illius loci, qui eum permittat per aliquod tempus cum ſuis Curialibus ibidem ſtare, & tollat interim gabellas vini & grani & aliorum victualium, & provideat ipſi domino Papæ de ſecuritate plenaria ibidem ſtandi, illucque veniendi, & inde recedendi, ne aliàs fiat error noviſſimus pejor priore, & hæc citò executioni mandentur, ne per adverſarios & alios de negligentia, ſeu deſidia notari poſſimus.

Quibus pro evidentia præmiſſis, venio ad quæſitum, & videtur, quòd cùm pendeat in arbitrio dicti domini noſtri Papæ adhuc, an velit ratificare, vel approbare capitula, quæ dicti ſui oratores cum eorum venerabili collega, domino Antonio de Butrio utriusque Juris Doctore, cum eis ad Antipapam & ejus collegium tunc etiam deſtinato cum ipſis adverſariis concluſerunt, quia per totum præſentem menſem Julii debet hoc Antipapa nunciare: non obſtat clauſula Inſtrumenti concordiæ per eoſdem oratores cum eisdē adverſariis conceptæ, quæ talis eſt: Et inſuper dicti nuncii & oratores nominibus & poteſtatibus, quibus ſuprà convenerunt, promiſerunt ſolenniter ſtipulatione præmiſſa ſe curaturos & facturos cum effectu, quòd præfatus dominus Angelus & ſuum prætenſum collegium pro parte ſua Cardinales infra menſem proximè ſecuturum acta & geſta ſuprà dicta & infrà ſcripta per eos in præſenti inſtrumento cōtenta ratificabunt, confirmabunt, & approbabunt, & ipſa capitula ac omnia & ſimilia in eis contenta cum ſuis clauſulis univerſis concedent, firmabunt, promittentque tenere & obſervare, ac complere & non contra facere, nec contrà venire, & eis dabunt in forma plena publicum & authenticum documentum, &c. Grandis quidem hæc fuit promiſſio eorundem oratorum partis noſtræ, cùm tamen in poteſtate

Antonius de Butrio.

ſtate ipſis conceſſa per ipſum dominum Papam ſuper hujuſmodi concordia cum dictis adverſariis facienda contineatur hæc clauſula, videlicet, Nos volentes, ut de intentione noſtra ac de poteſtate vobis tradita docere poſſitis, ſi & quando vobis expedire videtur, has literas fieri fecimus, per quas diſcretioni veſtræ de loco idoneo & condecenti ac tempore conventionis per & ipſum Petrum faciendæ, ac de noſtra ab utraque parte ad locum ipſum ducendo cum dicto Petro concordi, & quæ circa hæc neceſſaria fuerint, declarandi plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem, ratum & gratum habituri, quicquid per vos factum, declaratum & concordatum fuerit in præmiſſis. Ecce quòd in hujuſmodi mandato ſpecialiter loquitur dictus dominus noſter de loco idoneo & condecente: ſed ſi Saona ſit talis, ignoro. Ex quo videtur, quòd mittentibus non promiſſio & ſtipulatio hujuſmodi oratorum in caſu, quo Saona ipſa non ſit locus condecens & idoneus, argumento C. de evict. l. ſi per imprudentiam. & ff. rem ratam hab. l. ſi ſine judice. §. cùm autem, &c. qui ad agendum, de procurat. lib. VI. Sed quia commune proverbium dictat, Mitte ſapientem, & nihil ei dicas: item, Pauca dic ſapienti, & multa intelliget: ut in Authen. de conſang. & ute. fratribus. §. quia plurimas. Collat. VI. & quia ipſe dominus noſter ſapientes & venerabiles oratores miſit in tam arduo ſtatu, ut decuit: igitur præſumendum eſt, quòd ipſe locus ſit idoneus, ſi tamen copia galearum nobis adeſſet, prout forſan adeſt adverſariis ipſis: & quia Saona circa mare ab una parte, & ab alia circa montana conſiſtit, ex hoc ſequitur, quòd abſq; galeis ipſe dominus noſter Papa, & domini Cardinales & eorum Curiales illuc per mare venire non poſſent: & ſi per terram illuc ire vellent, haberent quaſi intollerabiles ſubire labores & expenſas, ex quo non modica perplexitas oritur parti noſtræ ex concordia memorata. Et quia ipſi oratores domini noſtri ipſum & ejus collegium prædictum ultra vires dicti mandati obligare non poterant, conveniens eſt, quòd in eorundem domini Papæ & ejus collegii adhuc reſidet arbitrio, ſi illuc accedere velint, poſito pro vero, quòd numerus galearum in dictis capitulis expreſſus per partem noſtram haberi non poſſit. Nec etiam obſtant vota &

juramenta per ipſum dominum Papam & ipſius collegium de ſedado ſchiſmate hujuſmodi facta, quia ſufficit, quòd, qui juravit, faciat, quod in eo eſt: de pign. c. penult. Item in juramento intelligitur, ſi res in eo ſtatu remaneat, 22 q. 2. ne quis. Si autem fiat furioſus is, cui juravi me gladium redditurum, non teneor ei illum dare, ut ibi. Item, quia in juramento illa conditio eſt, ſi jus ſuperioris ſit ſanum, de jurejur. c. venientes. Item, ſi juranti fides ſervetur, e. c. 3. Item, ſi prælato ſuo placeat, cùm ei per hoc præjudicium generetur, arg. 30. q. fin. c. 1. & de voto magno, ad me. Item, bene admittitur implendi neceſſitas ab eo, cui iuratum eſt, argum. op. de jurejurando, c. conſuluit. Item, ſi moderatum fiat præceceptum ab eo, cujus mandato ſtare juravi, non me arctabit, quin poſſim appellare de jurejurando, de teſtib. cogen. c. fin. Quia ſi clericus Epiſcopo ſuo juret ſpontè, quòd ſtabit Epiſcopi mandato, qui ei mandat, quòd renunciet, nec appellet: quæritur, an teneatur obedire Epiſcopo? Determinat B. Brixienſis in quæſtione Dominica quæ incipit, Cum cauſa cujuſdam. &c. quòd admittitur ad appellandum non obſtante juramento: quia remedium juris ei non potuit denegare iniquitatis præceptum. Item, in dubiis nemo præſumitur eſſe perjurus, de teſtib. quam tu. & ff. de reg. juris, ſemper in dubiis. Præterea promittens ſervare ſtatutum noviter editum per juramentum, quod priùs præſtiterat de obſervandis ſtatutis in eccleſia, non tenetur ad ſervandum ex debito juramenti prædicti, quamvis tranſgredi non debeat, quòd promiſit, eo. tit. clericus. Item, in eo, quòd quis juravit reſidentiã alicujus dignitatis, vel officii, ſi pro illius utilitate fuerit abſens, de cler. non reſi. c. ex parte, ſecunda. Et ſunt hæc vera in promiſſoriis ſacris, non in aſſertoriis. Sed in iis, quæ ſunt de præterito, vel præſenti, nulla conditio ſubintelligitur ſecundum quoſdam, ut not. 32. q. fin. in fin. & dicto c. quemadmodum. de jurejurando.

In oppoſitum taliter argumentamur, Quòd dominus noſter Papa, & ejus collegium teneantur vota ac juramenta atque ſtipulationes, promiſſiones, & capitula hujuſmodi in omnib. obſervare, ex quo veriſimiliter, ſi ſecus fieret, per totum mundum magnum ſcandalum oriri poſſet. Unde Salvator dicit: Væ homini, per quem ſcandalum fiat, &c. Item, tale juramentum ſecundum leges humanas eſt obſervandũ, l. exa

l. exactores §. de ſuſceptionibus. & de hoc in gloſ. in authen. ſcenitas non ſolùm. c. ſed fidejuſſorem præſtent. Collat. 5. & §. non omnium. Et etiam idem moralis ratio dictat juxta id Catonis, Jusjurandum ſerva. Jus enim ponitur pro religione: Juro ponitur pro firmè aſſero, quaſi diceret per jus, id eſt, per religionem firmiter aſſero. Et quòd ipſa verba, vel verborum aſſertio per religionem, dicatur jusjurandum, probatur in authen. de mandatis principum, §. ſic neque. Hoc verbum Jus, ponitur etiam pro Deo, ſecundum Azonem, C. de rebus creditis, in Summa : quia ipſe Deus eſt jus & juſtitia, via, veritas & vita: Per jus, id eſt, per Deum: Inde jusjurandum, per Deum firmiter aſſertio facienda. Et hoc ſecũdum Legiſtas : ſed ſecundum Canoniſtas, Omne juramentũ voluntariè præſtitum, quod non vergit in interitum ſalutis æternæ, obſervandum eſt. Et ita eſt regula generalis, quòd ſic liqueat à contrario ſenſu. nam juramentum per vim, vel per metum extortum, ſi ſervari poteſt ſine periculo animæ, ſervandum eſt : Romana tamen eccleſia à tali juramento abſolvere conſuevit, c. ſi verò. de jurejur. Et perjurus ab eccleſia removendus eſt, pro eo quòd non neceſſitate, ſed voluntariè vovit contra licitum juramentum, c. querelam. eod. tit. Sed prælatus, quantò gradu eſt altior, tantò graviùs pro perjurio ultrò præſtito eſt puniendus: necnon, Omne voluntarium & licitum & ſimiliter coactum juramentum eſt ſervandum: unde beatus Thomas dicit, quòd pro juramento, quod quis coactus fecit, duplex oritur obligatio: una, qua quis obligatur homini, ſed talis promiſſio tollitur per coactionem, quia qui vim intulit, meretur hoc, ut ei promiſſum non ſervetur: dicit tamen, In foro pœnitentiæ abſolvatur ab eodem præſtito juramento, ad quod facit præalleg. c. ſi verò. Sed alia eſt obligatio, qua quis obligatur Deo, ut impleat, quod per nomen ejus promiſit : & tale juramentum non tollitur in foro conſcientiæ : quia magis deberet damnum temporale ſuſtinere, quàm juramentum violare: facit c. debitores. eo. tit. Præterea ſecundum Legiſtas valent juramenta impuberum curatorem habentium, vel non habentium, ſpontè facta & corporaliter præſtita ab eis, etiam ſine decreto ſuper contractibus rerum ſuarum, & ſuper quibuſcunque obligationibus licitis, ſive rebus ad ſe pertinentibus: puto, ſi pro aliquo fidejuſſerint, vel juraverint, ſive ſint filiiſamilias,

Jus pro religione.

Juro pro firmè aſſero.

ſive ſui juris,dum modò ſint ſanæ mentis, & non dolo adducti. Item ſi jurent renunciationem, donationem, tranſactionem, vel confeſſionem ſe firmam habere, ſi tamen illa renunciatio, donatio, tranſactio, vel confeſſio,aut alius contractus fieri poſſit, fiatq; ſecundum jura, & non ſit contra jus, C. ſi adverſus vendit. l. 1. quia non debemus eſſe authores perjurii,neque perfidiæ,eadem lege.Nam ubi quis videt quem paratum ad dejerandum, non debet exigere juramentum ab eo, aliàs peccaret, ut in c. 1. §. qui verò. de jurejurando. lib. 6. & authen.ut ſine prohibitione matres.§.qui verò multa. Colla. 7. Facit etiam pro his c. 2. de pactis, eadem Collat.quia debet tolli via dejerandi, in authent.de nuptiis.§.nos igitur videntes. Collat.4.Unde ſequitur,quòd ſi valent impuberum juramenta juris interpretatione voluntariè præſtita: multò fortiùs valent juramenta adultorum, non vi, aut dolo inductorum ad jurandum, ſed ſponte per eoſdem præſtita.Item quia lex divina dicit, Non pejerabis in nomine meo, Levitic. XIX. Præterea in hoc caſu ſunt duo vincula,ſcilicet votum ac juramentum,per quę dominus noſter Papa prædictus & quilibet dominorum Cardinalium prædictorum ſe ſponte obligavit, & hæc duo ſe habent in plus & minus, & horum majus eſt votum, ſecundum Theologos, quia jurare eſt actus latior. Unde beatus Hieronymus dicit, Qui jurat,aut diligit eum per quem jurat. Item Thomas dicit, Viri votum ex ſua ratione magis eſt obligatorium: nam obligatio vocatur ex fidelitate,quam Deo debemus, ſcilicet ut ei promiſſum ſolvamus: obligatio autem cauſatur ex reverentia, quam ei debemus ex eo, quòd verificamus illud,quod per nomen ejus promittimus.Omnis autem infidelitas irreverentiam continet,ſed non convertitur. Videtur enim infidelitas ſubjecti ad dominum eſſe maximũ vitium,& ideo votum ex ratione ſua magis eſt obligatoriũ, q̃ juramentum.Periurium autem gravius eſt peccatũ,quàm homicidium,ſecundum eundem Thomam in quadam quęſtione: quia in cauſa cujuslibet peccati regulariter exigitur juramentum, ut in titulo de Inquiſitione & Purgatione Canonica,& conſimilibus,patet. Præterea non obſtat,quod dicitur,quòd dicti oratores dominorum Paparum & Cardinalium non habebant ſufficientem poteſtatem à mittentibus ad promittendum, & faciendum, ſive ſtipulandum, prout

ſuperiùs

ſuperiùs continetur: & pſertim attentis qualitatibus mittentium & hujuſmodi oratorum, quia interdum votis, & aſſertioni unius fides adhibenda eſt, ſi perſona ſit honeſta & authentica, arg. 8. q. 3. c. 1. Unde dicit Canon, 97. diſt. Nobiliſſimus. n. vir ac ſtrenuus veſtræ ſublimitatis legatus, licet nullã epiſtolam juxta conſuetudinem à vobis noſtro Pontifici detuliſſet, & licet nunq̃ Apoſtolicæ ſedis moris fuerit, absq; ſignatis apicibus undecunq; legationem accipere: nos etiam vos in illo honorare volentes, & ex ejus gravitate & eloquiorum dignitate veridicas illius cognoſcẽtes, nihilo minùs eũ, & ſicut decuit, ſuſcepimus, &, ſicut etiam honeſtum fuit, credidimus. Præterea Epiſcoporum ſimplicia verba debent eſſe firma: Ipſi. n. Apoſtolorum ſunt filii, vel hæredes, & vim juratoriã eorũ verba in ſe habent, ut in eis jusjurandũ ſit, quod eſt verbũ ſimplex, in aliis, & quod eſt ſimplex mendaciũ in aliis, ſacrilegiũ eſt in illis. Unde ait Apoſtolus, nunqd levitate uſi fuim⁹, &c. innuens, q Epiſcopi non debẽt eſſe leves: quia inanis pmiſſor multoties de familiarib. amicis ſibi cõparat inimicos. Et ecce p pmiſſa liquet, q ipſi Papæ, & Cardinales obligantur ad implenda eorũ vota & juramenta voluntaria, necnõ ex licita, utili & honeſta cauſa per eos pſtita, ut eſt notum. Ad hoc ipſos etiam obligat honeſtas eorum, quia verecundiam amplecti debemus in actibus noſtris, quæ ingenuos prodit natales, 17. diſt. nõ ſatis. quæ ẽt in legibus in plurb. locis ſervari jubetur. Ad hoc etiã propria gloria ipſorum, qua cæteris præfulgent, eos adhortatur, ne quod abſit, aliàs fiant inglorii, juxta illud Tullii in ſua Rhetorica, Virtutem nullo tempore relinquendam, & dolorem ſi timeant, vel mortem, ſi ea formidetur, dedecore & infamia leviorem eſſe, conſideranti, quæ ſit turpitudo ſecutura, ac non immortalitatẽ, neq; æternam incolumitatem conſequi, neq; eſſe exploratum, illo evitato periculo, nullum in aliud periculũ venturum: virtute vel ultrò ad mortem pficiſci, eſſe præclarum, fortitudini fortunã quoq; eſſe adjumento, ſolũ eũm tutò vivere, qui honeſtè vivit. Unde Prover. 25. habetur: Nubes & ventus absq; pluvia ſequente eſt vir glorioſus & promiſſa non implens. Agatis igitur, ut vobis remaneat poſt mortem apud Deum fama laudabilis, quia omnis laus in fine canitur. Et quia non coronatur, qui legitimè non certaverit, advertite, quot &

qualibus periculis tota Chriſtianitas propter hujuſmodi dãnabile ſchiſma hactenus fluctuavit, quod à quorundam prælatorum ambitione proceſſit ad ortum. Sed quia juxta capitulum primum, de regulis juris, dicitur, quod omnis res, per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur: igitur quod ſeniores Babylonis, à quibus hæc maledictio progreſſa eſt, effecerũt boni prælati, prout ad eos pertinet mora ceſſante, virtute divellere debent, in hoc altero alterum totis viribus adjuvando: quia multorum manibus alleviatur onus, ac diſparibus bobus raro bene trahitur currus. Levate igitur oculos veſtros, & reſpicite, quoniam hoc tempore verificatur illud Gregorii in quadam Homelia dicentis, Quanto autem mundus gladio feriatur, aſpicitis: quibus quotidie percuſſionibus populus intereat, videtis: cujus hoc non noſtro præcipuè peccato agitur? Ecce depopulatæ urbes, everſa caſtra, Eccleſia & monaſteria deſtructa, in ſolitudinem agri redacti ſunt. Sed pereunte populo authores mortis extitimus, cujus eſſe debuimus duces ad vitam. Ex noſtro igitur peccato turba proſtrata eſt, quia faciente negligentia ad vitia erudita eſt, &c. Et qui non velit credere, quòd ita ſit in longinquo, ſaltem videat in propinquo, ſcilicet in civitate Leonica, ac in Canonica principis Apoſtolorum Urbe, qualis ruina domorum & quarundam eccleſiarum eſt ibidem, nec potuit ſubſiſtere monaſterium ſancti Jacobi, quod eſt inter Trãſtyberim & eandem civitatem, antiquum & venerabile azylum dominorum Cardinalium, & etiam pauperum ac religioſorum virorum, quin ſtipendiariorum culpa noviter igne flagrarit. Et ſi hæc in viridi, ſcilicet extra ipſam urbem, quæ & quales per hoc ſchiſma deſolationes in arido factæ ſunt & quotidie fiunt? nunquid apertè ridemus, de quo meritò dolere deberent omnes Chriſtiani? Sed qualiter in diverſis partibus tyrannorum & malorum hominum numerus ſemper augetur, qui Eccleſias & monaſteria ac bona illorum & eccleſiaſticas perſonas violenter invadunt, ſacras moniales (quod licet horridum dictu ſit, eſt tamen vero verius) nec non legitimas & etiam virgines contaminando, adulterando, & ſtuprando: necnon peregrinos, clericos & laicos, & utriuſque ſexus homines, præcipuè in iſtis partibus itinerantes omni tempore invadendo, trucidando, verberando, ſpoliando & mactando: civitates & caſtra vi capiendo &

eorum habitatores malè tractando, eis bona ipſorum diripiendo, ipſoſque ad libitum perſequendo nullo rigore juſtitię propterea tales maleficos coercente, qui niſi pares ſibi diligunt & alios perſequuntur & derident: quia juxta vetus proverbium, Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequūtur, arguente id etiam vulgato dicto, Gaudent pradones, dum diſcordant regiones. Videte denique, patres optimi, quinā ſunt illi, ad quorum manus Theſauri eccleſiæ jam multis retrò annis devenerunt? quales etiam nutrivit in gremio eccleſia ipſa hoc durante ſchiſmate? ſi forſan aliqui de illis ſint, de quib. Canon loquitur, Mus in pera, ſerpens in gremio, ignis in ſinu, malè ſuos remuneravit hoſpites, 13. q. 1. §. idem præcepit. Sed quam bene eccleſia per pleroſq;, quos quaſi de infimo ad ſidera extulit, magnificavit, & ditavit, ſpiritualiter & temporaliter in recompenſam remunerata fuerit, oculi noſtri conſpexerunt. Heu quoties ingemiſco, videns ſatellites ocioſos, ſive ſtipendiarios eccleſiæ incedere per contradas, nec contentos veſtibus de pannis nobiliſſimis, quin à ſummo uſq; deorſum laminis argenteis ſint ornati, nimirum, quod non ſuſcipit Chriſtus, tollit fiſcus: hi efficaciter ſentiūt, quod pignus eſt panis Chriſti, & prębet delitias: hi in laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia. Ego autem vidēdo abominationes iſtas zelavi cum propheta pacem, & pompam exceſſivam & lubricam, videns hujuſmodi tranſgreſſionem, quoniā zelus domus tuæ comedit me, & opprobria opprobrantium tibi ceciderunt ſuper me, Pſal 68. Levate igitur oculos veſtros, patres eximii, & ſtudete hujuſmodi malitiis & abuſibus, permittente domino, imponere finem, & nō ſeducat aliquem inanis gloriæ cupido, qua (proh dolor) multorū oculos & mentes taliter excæcavit, quod finem dicto ſchiſmati imponere hactenus efficaciter non curarunt: quibus illud beati Gregorii non injuſtè applicatur, ſcilicet, Inanis gloriæ ſeducens applauſus, dilatatio dignitatis illudens, & affluentia divitiarum inebrians, ſic ad obtuſionem venerūt intellectus præſidentium, quod mater & domina judiciorum ratio, quaſi in omnibus facta eſt ſenſualitas ancilla, adeo quod in pleriſq;, imo quaſi in omnibus regionibus factum eſt ſicut populus, ſic ſacerdos, & peſtilentia gregum ex ipſorum ordine diffunditur contagione paſtorum. Quod deplangens eūa-

Nota bene pro Romaniſtis.

etiam beatus Hieronymus ſuper Ezech. cap. 5. ait, Corrumpimus fratres noſtros peccatis, cùm per noſtra ad majora ſcelera provocantur. Exempli gratia, & ita fiet manifeſtius, finge aliquem in ſacerdotali culmine conſtitutum, & deturbare operibus dignitatem, nonne imitatione vitiorum ejus laicus frater corrumpitur? Nam qui unum de minimis ſcandalizaverit, mola collo ejus ligata præcipitabitur in profundum. Hæc ille. Videte etiam, patres, quo tempore hujuſmodi ſchiſmatis multis annis ſymonia, hypocriſis, avaritia, ambitio, & tyrannides diu apud nos viguerunt, potiſſimè cauſa acceptionis perſonarum: ita quod Phariſæis aliqui noſtrũ, timeo, poterant non injuſtè comparari, qui, ut ait Hieronymus, erant electi Judæorum, quos Salvator noſter vocavit, de avaritia, quia permittebant vendi columbas in templo, & de hoc, quod ſolis labiis Deum honorabant, & quod docebant, non faciebant, & quòd erant hypocritæ. Sed ſunt inter nos, timeo, plerique, qui nec corde, nec labiis Deum honorant, nec prædicant, ne corrigantur, de quibus Canon, Canes muti, non valentes latrare. Aliqui etiam hypocriſis pallio operti ſunt, ſed non poſſunt eorum opera omninò latêre, & quod multa ſcelera ex perſonarum acceptione in politia noſtra potiſſimùm tempore ſchiſmatis pullularunt, vidimus evidenter, quia prædicabitur apud nos ſedulo illud Apoſtoli. Alius quidam ſitit & eſurit, alius autem ebrius eſt, & notum eſt, quod plerique indocti & ambitioſi, doctis & civiliter agentibus præferebantur, avaritia ſtimulante in Romana curia, & non defecit in plateis noſtris uſura & dolus, Pſ. 54. Unde etiam noſtra politia eo tempore multipliciter ſciſſa fuit, nimirum, quia ſicut ad bonam harmoniam requiritur vocum inæqualitas moderata, quæ ſi nimia fuerit, tollitur melodia: ita ſecundum philoſophum propter nimiam diſparitatem civium corruit politia, propterea dicit quod politia bene mixta, in qua plures ſunt mediocres, eſt diuturnior & ſecuior. Sed puto quod nunquam fuit tanta differẽtia in aliqua politia, ſicut apud ſacerdotium & noſtros Curiales, ut quidam eorum eſſent majores, quàm principes hujus mundi, & cæteri dejectiores vulgo communi, unus tria vel plura officia, quæ tamen exercere non valuit, & quamplura beneficia incompatibilia haberet de quibus multi alii digni ſufficientes ad regendum illa ditari potuiſſent, nimi-

Pontificii phariſæis comparati deteriores.

Politia Papiſtica confuſa, imò confuſiſſima.

mirum igitur, ſi politia noſtra ſic confuſè diſpoſita, multas hactenus oppreſſiones ſuſtinuerit & ruinas. Quia ſi incrementum fluit ad unum membrum, ut enormiter ingroſſetur, & alia nimia demacerentur, non poteſt diu ſubſiſtere. Sic in corpore reipublicæ eccleſiæ, ſi ſuperiores attractione ſubſtantiæ fient ita graves in ſtatu, quod vix poſſint ab inferioribus ſuſtineri, hoc ſignum eſt & cauſa propinquæ ruinæ, nunquid videtis quia omnis religio in ſe diviſa eſt hodie, & omne caput languidum in eccleſia, nec à capite ad pedes ſanitas reperitur? in ipſa nempe, in inferioribus non valentibus præ inopiâ vivere à ſuperioribus, exceſſu divitiarum impeditis, à bono opere, quæ contumaciæ ac ſchiſmatum ſunt cauſæ præcipuæ, & licet dicatur in Jure, ita magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio perſonarum, de jud c. novit. §. ſed forſan. Hoc tamen in Romana curia pleroſque, me vidente feſellit, ità quod videbatur mihi hoc verbis tantùm & non factis deſervire, hujuſmodi exemplorum me turba ſatigat, & rarò vidi practicatum, illud ibidem, in exaltatione juſtorum multa gloria, Proverb. 27. capite. Surgite igitur Patres vigiles, & hujus ſchiſmatis, ſive diviſionis vulnus & diſcordiæ livorem, rancores, & invidiæ plagam graſſantem, rebellionis & contumaciæ cauſam cum adverſariis concordiæ antidoto curare feſtinetis, prout ſpontè voviſtis & juraſtis, omni prorogatione & excuſatione remota, & hoc pro cauſa Cei procuranda, in tota Chriſtianitate languenti, ne illud beati Gregorii querulantis de negligentibus cauſam Dei vobis valeat applicari, videlicet, nulla animarum lucra quærimus, ad noſtra quotidie ſtudia vacamus, terrena concupiſcimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia, ut gradu, quo cæteris prælati ſumus, ad agenda quælibet majorem licentiam habemus, ſuſceptæ benedictionis miniſterium vertimus ad ambitionis argumentum; Dei cauſam relinquimus, ad terrena vacamus, locum ſanctitatis accepimus, & terrenis actibus implicamur: impletum in nobis eſt illud profectò, quod ſcriptum eſt, Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Sacerdos enim non differt à populo, qui ſuæ vitæ merito vulgi tranſcendat actionem. Et quid mirum, ſi etiam inferioris ſtatus homines tempore hujus ſchiſmatis multa mala propterea perpeſſi ſunt? Vidimus etiam ſummos Pontifices & dominos Cardinales & cæteros

prælat-

prælatos, & Curiales factionibus ſubditorum ſuorum,cum quibus converſabantur, vehementiſſimas injurias ſuſtinere & repentinam fugam de diverſis locis arripere, ſcilicet Urbanum VI. de Luceria Chriſtianorum, Bonifacium de Peruſio verſus Aſſiſium, Innocentium de Urbe ad Viterbiũ, & ſemper æſtivo tempore ſub canicula, & ſic quotidie nutabat & fluctuabat ſtatus noſter ubique locorum, & flagella nos ſequebantur,ut(proh dolor) mundus agnovit,& hoc ex diverſis cauſis contigiſſe creditur, & potiſſimùm ex promotione indignorum, & vilipenſione meliorum. Vidimus enim temporibus multis pleroſque Eccleſiaſticos prælatos ignominioſè & non abſque ſcandalo totius Chriſtianitatis, necnon in fomentum & peſſimum exemplum tyrannorũ pro ſolo libitu ſummi Pontificis ad inferiores Eccleſias transferri & confundi, quæ quidem translationes quaſi degradationes aut exauthorationes exiſtunt. Sed hæc ſunt ſecundum Philoſophum maxima cauſſa diſſolutionis politiæ, quia etiam ſæpè contingit in militia ſeculari, quod inhonoratio illuſtrium, & exaltatio miſerorum ſeu ignobilium ſeditionem parit. Unde quædam regna penè deſtructa legimus, & partim vidimus, ubi homines jam pauci facti ſunt & vexati à tribulatione & dolore malorum, & diffuſa eſt contentio ſuper principes. Sed hæc eſt humanæ ſemper duritiæ incredulitas, ut non ſolùm audiendo non alios interiiſſe credat, niſi & ſemetipſam videat interire. Interim autem quod ego Romanam curiam ſecutus ſum, quaſi luſtris ſeptem, vel circà, ſemper in ea practicari conſpexi communiter, Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis, fratres hominis pauperis oderũt eum, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo, Proverb. 20. Levate igitur oculos veſtros, patres metuendiſſimi,& finem tot ſcandalis ſollicitè procurate. Chriſtus enim ſeipſum exinanivit,à patre luminum deſcendens,formamque ſervi accipiens, & nudatus corpore ſuſtinuit mortem crucis. Petrus & Andreas fratres, relictis retibus ac navi, quorum uſu actuque vivebant, ad unius juſſionis vocem ſecuti ſunt Dominum redemptorem, Marc. 1. capite. Et ecce in Evangelio dicitur, Ego ſum Paſtor pon⁹, Paſtor autem bonus animam ſuã dat pro ovibus ſuis: mercenarius autem, & qui non eſt paſtor,cujus non ſunt oves propriæ,videns lupũ venientem, dimittit

Indigni in aula Pontificia digniſſimis præferuntur.

Adhortatio ad Pontifices, ut relinquant divitias.

dimittit oves & fugit, & lupus rapit & diſpergit oves, Joan. 10. Unde Saul extollitur laudum præconiis, qui contra hoſtes viriliter dimicavit, ut legitur in hiſtoria Reg. de ipſo: Porrò Philiſtæi pugnabant adverſus Iſrael: Saul autem ſciens & prudens feſtinavit ad mortem & viriliter dimicabat. Soli quippe magnanimi ſunt rerum terribilium aggreſſores Et paſtores, qui ſeipſum paſcunt, potiùs tyranni cenſentur: quia tyranni proprietas eſt, non quærere bonum publicum ſubditorum, ſed utilitatem propriam: & tales ſunt prælati, qui non paſcunt, niſi ſemetipſos. Sitis igitur fortes & conſtantes, patres benigni, quoniam ſic adimplebitis legem Chriſti. Qui enim Chriſti eſt, Chriſti opera facit, ne vobis dicatur illud, videlicet, Satis & meritò perturbat fidelium puritatem, quod Petrus relictis omnibus Chriſtum vocantem ſequi voluit, viam vitæ, qui tanquam omnia poſſidens, & nihil habens, ad theſaurum cœleſtis patriæ ſemper ardētiùs aſpirabat. Tu verò nihil habens, & omnia poſſidens, quæris ſemper quod devores, aut quod rodas, &c. Quòd alludit cuidam dicto beati Gregórii dicentis, ad exteriora negocia dilapſi ſumus: & aliud, Ex honore ſuſcepimus: & aliud, Ex officio actionis exhibemus: & poſt pauca ſubdit, Relinquunt namquam Deum. qui nobis commiſſi ſunt, & catenus in pravis actionibus jacent, & quia correctionis manum nō extendimus, quotidie per multas nequitias pereunt, & eos ad infernum deſcendere cernimus negligentes. Quod applicari poteſt multis de noſtris, quos vidimus poſt notoria & ſæva flagitia eorundem per eccleſiam etiam impœnitentes abſolvi, ſaltem quantum publicum intereſſe cō cernit, & ne conveniri & puniri judicialiter propterea poſſint per injuriam & damna paſſos, per ſpecialia privilegia Apoſtolica communiri conta illud: Intereſt Reipublicæ, ut crimina puniantur, quia impunitas ſcelerum incrementū tribuit delinquendi, & error, cui non reſiſtitur, approbari videtur, 83. diſt. c. error. Surgite igitur Patres & eatis, ac facite, ut prædixi, ne laus veſtra recedat de ore hominum, ſed memores ſint virtutis Domini in æternum, & dicat omnis populus: Fiat, eatis in pace, & dominus ſit vobiſcum. Oſtendatis per gratiam ad proximum & fidem, qua ad Deum, Judith perfectiſſimæ mulieris virtutes & opera viriliter renovando. Onerantes igitur jumenta, ite in terram Canaan hoc eſt, in Saonam. Tollite inde patrem veſtrum &

Tyranni proprietas.

cognationem,id eſt,illum verum Pontificem,qui erit ibidē: & venite ad me,ſcilicet Romam : & ego dabo vobis omnia bona Ægypti,& comedetis medullam terræ(Gen 45.) Eſtote autem prudentes,ſicut ſerpentes:&ſimplices,ſicut columbæ,& videatis ne quis vos ſeducat,(Marci 13) Amen.Præmiſſa collegi ego Theodoricus de Niem in principio menſis Julii,anno Domini M.CCCC. VII.

INAQUOSA SIVE LATEBRÆ,

Tractatus IIII.

Nunc ſequitur tractatus, qui intitulatur INAQUOSA,ſive Latebrę. Et dicitur Inaquoſa, ſive Latebrę,quia ibi latitat aqua,quæ dicitur tenebroſa in nubibus aeris,ut habetur Pſal. 17. Qui enim unquam crediſſet,quòd cùm ipſe dominus Gregorius eſſet Magiſter in ſacra Theologia, & valde antiquus prælatus, cùm egiſſet ſeptuageſimum annum,& apud Curiales in Romana curia fuiſſet bonæ famæ uſque tunc, quod dictam ceſſionem ſui Papatus litigioſi, quem vix per novem menſes habuerat,non vellet purè,liberè ac ſimpliciter dimittere, prout toties juravit & vovit ſe illum dimiſſurum, ut ſuperiùs patet, & aliud gereret in mente,ſcilicet quòd illum taliter non velit dimittere,ſed ſi deberet cedere,vellet ante omnia, quòd tres ſui nepotes & eorum filii; & hæredes efficerentur magni Principes de terris Romanæ eccleſiæ,ut apparet in bulla proximè ſequenti : unus enim ipſorum debuit habere Faventiam nobilem civitatē in Flaminia,cum ejus comitatu & multis

cū-

caſtris: & alter nobilem civitatem Forlivienſem in Romandiola, cum ejus comitatu & multis caſtris: & tertius urbem veterem civitatem fortiſſimam & nobile caſtrum Corneti, in provincia patrimonii beati Petri in Tuſcia, & quædam alia: ipſe verò dominus Gregorius reſervavit ſibi poſt ejus ceſſionem Patriarchatum Conſtantinopolitanum & Oxonienſem & Coronenſem eccleſias, ac quendam prioratum, & alia multa.

BULLA DOMINI GREGORII Papæ, in qua de conſenſu collegii dominorum Cardinalium quibusdam ſuis nepotibus certas civitates, caſtra, terras & loca dat, aſſignat & confirmat, cum modis & conditionibus ibidem expreſſis,

CAPUT I.

VENERABILIBUS fratribus noſtris, collegio ſanctæ Romanæ eccleſię Cardinalibus, ſalutem, &c. Etſi vota ſupplicum, quæ æquitatem honeſtatemq; reſpiciunt, favore congruo proſequamur: illa tamen curis propenſioribus nos decet amplecti, quæ veſtræ circumſpectionis induſtria tanquam manantia à fonte gratitudinis, petit ſuppliciter exaudiri. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quòd cùm dilecti filii, nobiles viri, Marcus, Franciſc⁹ & Paulus, dilecti filii nobilis viri Philippi Corarii Domicelli, de Venetiis, Caſtellanæ diœceſeos, nati nepotesq; noſtri domicelli erga extirpationem lugubris diuturniq; ſchiſmatis, quòd Chriſtianum populum diris & horrendis calamitatibus tanto tempore lachrymabiliter jam afflixit, & affligere non deſiſtit, necnon pro conſecutione deſiderabilis unionis in Dei eccleſia, & conſervatione & incremento ſtatus & honoris præfatæ eccleſiæ, atq; noſtra ſalute & tuitione noſtrorum & ejuſdem eccleſiæ ſubditorum curis aſſiduis & labo-

riſis ſudoribus,nullis parcendo periculis,vel impenſis, expoſuerunt jugiter ſe & ſua, & propter aſſumptionem noſtram ad apicem ſummi Apoſtolatus ſtatum eorũ mutaverint usq; adeò quòd ad patrimonium eorum ſine ignominia & contẽptu redire non valeãt: &,ſicut eadem petitio ſubjungebat, præmiſſis & nonnullis aliis rationabilibus cauſis animos veſtros moventibus circumſpectioni veſtræ videtur expediens & condignum,per ſedem Apoſtolicam Marco,Paulo & Frãciſco ſuprà dictis, ut ſtatum eorum decentiùs manu tenere valeant,dealicujus ſubventionis auxilo & etiam remunerationis impendio ſalubriter provideri. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum,ut eidem circumſpectioni veſtræ remunerandi Marcum,Franciſcum & Paulum præfatos,& ipſorum quemlibet,necnon filios deſcendentes,& poſteros ac hæredes de ac ſuper bonis, rebus,juribus, etiam civitatibus,terris,caſtris & locis ad nos & ad eandem eccleſiam ſpectantibus ac pertinentibus,ubicunq; ſituatis,cum eorum comitatibus,territoriis,diſtractibus, juribus & pertinentiis, ac mero & mixto imperio, gladii poteſtate & omnimoda temporali juriſdictione, quæ ibidem per eandem Eccleſiam fuerunt exercitata,& exerceri potuerunt& debuerunt,ac ſub illis titulis in perpetuum, ſeu ad tempus,necnon pactis,modis,conditionibus,Canone,affictu, vel ſenſu, ſeu aliàs,prout eidem circumſpectioni veſtræ expediens,vel utile videbitur, & ſuper his contractus & inſtrumenta noſtro & eccleſiæ p̃fatæ ac ſucceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum nomine cum membris & capitulis,de jure,vel conſuetudine,in talibus oportunis,celebrandi,& quæcunque alia,exequendi, quæ talis materia poſtularet,ipſiq; circũſpectioni veſtræ utile videretur, facultatem plenam & liberam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; veſtris votis volentes annuere,&,ut reliquis prompta ſemper tribuatur occaſio circa præmiſſa & ſimilia,tam ſedulò, q̃ fideliter inſudandi,ſupplicationibus inclinati, præfatæ circumſpectioni veſtræ authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, etiam de conſilio & aſſenſu veſtris, Marcum, Franciſcum & Paulum, necnon filios ſucceſſores,poſteros & hæredes ipſorum communiter & diviſim remunerandi,ipſiſq; ꝑ eis,eorumq; filiis ſucceſſorib. ac hæredib. de bonis mobilib. & immobilibus, juribus & actionib. p̃fatæ Eccleſiæ,civitatibus,terris, caſtris & locĩ

Libẽter his Gotts annuit Pontifex, quãdo Papa ferè nihil aliud cogitãt quam amplificare & ditare ſuos nepotes,qui manſeres dicuntur.

& locis ad nos & eandē eccleſiam ſpectantibus,ubicunq; ſituatis,cum eorum comitatibus,territoriis, atq; diſtrictibus, jurib. & pertinentiis,mero & mixto imperio, gladii poteſtate,& interdictione eorundem omnimoda,in perpetuum,vel ad tempus ſub illis titulis,pactis,modis,conditionibus,&etiā ſub cenſu, canone, vel affictu, ſeu aliàs, prout & quemadmodum eidem circumſpectioni veſtræ cujus ſuper hoc,quo ad præfatam eccleſiam, conſcientias oneramus, expedire videbitur, noſtro & eccleſiæ præfatæ ac ſucceſſorum noſtrorū Romanorum Pontificum nomine aſſignandi,deputandi& concedendi,dandi & retribuendi, necnon aſſignari,concedi, dari ac tribui mandandi & faciēdi,ac etiam contractus & inſtrumenta ſuper his & dependentibus & connexis cum mēbris, capitulis,& ſubſtantialitatib. de jure vel conſuetudine in talibus oportunis,ita quòd pleniſſimè de jure ſubſiſtant, celebrandi, & celebrari decernendi,& injungendi, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi,& invocandi, quoties fuerit oportunum, auxilium brachii ſecularis, & quæcunque alia providendi, gerendi, mandandi & exequendi, quæ in præmiſſis vel eorum aliquo connexis, vel dependentibus, vel circa ea, ſeu aliquod eorundem neceſſaria, vel utilia præfatæ circumſpectioni viſa fuerint, plenam & liberam concedimus facultatem,gratum & ratum habituri, quicquid per eandem circumſpectionem veſtram factum fuerit in præmiſſis, idque faciemus authore Domino usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, eaq; ex nunc, prout extunc,mandamus & volumus,ſcientia & authoritate præfatis per omnes & ab omnibus protinus obſervari,

Datæ Viterbii, 4. cal. Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.

DOMINUS GREGORIUS PAPA ceſſionem Papatus votis & juramentis ſepiùs à ſe promiſſam & firmatam facere recuſat, & quare: Ladislaus rex Siciliæ, Romæ comitatum & terras cum plurimis aliis civitatibus & caſtris ejusdem Eccleſiæ, Pontifice Romano connivente, injuſtiſſimè occupat,

CAPUT II.

POſtquam dominus Gregorius prædictus cum ejus Curia pervenit ad civitatem Senarum, domini Cardinales & etiam multi ambaſiatores diverſorum principum, communitatum, & civitatum circa principium menſis Septembris proximè præteriti multùm inſtiterunt, & importunè laborarunt quaſi quotidie apud ipſum dominum Gregorium, ut progrederetur ulteriùs ad faciendam prædictam unionē, prout toties voverat & juraverat, ut præfertur, quia tempus inſtaret, quòd vota & juramenta hujuſmodi adimplere deberet: & jam Antipapa cum ſuo collegio Anticardinalium & etiam cum ſuis Curialibus pervenerat ad Saonam, & ſe diſpoſuerat in omnibus & per omnia juxta tenorem capitulorum ſuprà ſcriptorum ſuper eadem conventione ibidem facienda conceptorum ad faciendam ibidem dictam unionem: ſed ipſe dominus Gregorius ad hoc dubitativè reſpondit, ut continuò, ſeque reddidit valde remiſſum ad continuandum iter incœptum verſus Saonam. Unde prædicti domini Cardinales, qui erant ſecum in Senis, annuerunt ſibi ad hoc, quòd ſi cederet ſuo Papatui, prædicti ſui nepotes pro ſe ac hæredibus ipſorum haberent ſuprà ſcriptas civitates, & eorum comitatus, necnon caſtra & dominia, prout ipſe dominus Gregorius fieri affectabat, quodque etiam ipſe dominus Gregorius poſt ejus ceſſionem ſui Papatus litigioſi pro ſe Patriarchatū Conſtantinopolitanū & Oxonienſem in Anglia, q̄ habet magnos reditus, ut dicitur, & Coronenſem, q̄ eſt ſub domino Venetorū, Cathedrales eccleſias, ac prioratū ſanctę Margaretę de Pulverana ordinis ſancti Benedicti, Paduenſis diœceſeos, quoad viveret, retineret: ſed quia

quia poſtea repertum fuit, quòd dicta eccleſia Oxonienſis non vacabat, & dicebatur etiam quòd dominus Balthaſar, ſancti Euſthacii diaconus, Cardinalis, qui tunc etiam tenebat & tenet pro Romana Eccleſia Bononiam & eaſdem Faventinenſem & Forlivienſem civitates, cum earum comitatibus, non contentabatur, quòd prædictæ civitates cum prędictis ſuis comitatibus darentur nepotibus prædictis, & eorum hæredibus: voluit tamen dare magnam pecuniæ quãtitatem, quam non præſumo exprimere ex cauſa, & illam deponere in Venetiis apud quoſdam mercatores, ſub hac conditione, quòd, ſi & poſtquam ipſe dominus Gregorius prædicto ejus Papatui ceſſiſſet, dicta ſumma pecuniæ præfatis nepotibus pro eorum ſtatu tenendo aſſignaretur. Sed quia dominus Gregorius & nepotes prædicti non videbantur de hoc contentari, ſic hujuſmodi ceſſionis negocium ex tunc remanſit & remanet in ſuſpenſo, & credo illud contigiſſe diſpoſitione divina. Dei enim perfecta ſunt opera: unde noluit, quòd ceſſio & unio præfatæ fierent vitiosè, quia ubi non eſt pura ceſſio, ſed vitioſa, ibi non ſequitur Canonica inſtitutio, ut in c. finali, de renunc. cum ſimilibus. Sed præfatus dominus Gregorius redimendo tempus, & ne omnino videretur à Cardinalibus & Curialibus ſuis & à communi populo totaliter reſilire ab incepta via ceſſionis ejuſdem, ibidem in Senis remanendo ad colorandum facta ſua, diverſos tractatus habuit cum Antipapa per medias perſonas, & etiam cum Rectore civitatis Lucanenſis, & ſic trivit tempus inutiliter per quatuor menſes, & ultrà. Sed poſt natale Domini proximè præteritum tranſivit de Senis ad Lucam, ut ſaltem oſtenderet Cardinalibus ſuis & Curialibus, & populo hujuſmodi, quòd nihilo minùs dictam unionem facere vellet, quamvis hoc mente intenderet, ut publica fama laborat, & non unus exitus acta probat. Et interim dominus Ladisla' rex Siciliæ vidẽs aquas Eccleſiæ turbidas, ſibiq; ſic utile fore, quòd piſcaretur in illis, nec mora, tetẽdit retia ſua, & ea miſit in mare magnum prædictæ Eccleſiæ, necnon inchoando à capite, nobis hîc remanentibus in Luca, ipſe interim cepit Romam, non enſe & abſque bello, ſed ex pacto, & ſubſequenter ejuſdem Romæ comitatum & terras & civitatem Tiburtinenſem, quæ eſt Imperialis & ſucceſſivè Peruſium & ejus comitatum, ac pleraſque alias egregias

Papa non Chriſti Eccleſiam, ſed ſuos nepotes reſpicit.

Practica Romaniſtarum, ut tẽpus inutiliter differendo alius imponant.

gias civitates, & valdę multa caſtra Eccleſiæ prædictæ, & ut propria extunc detinuit, prout detinet illa: necnon interim etiam ſemper ipſe dominus Ladislaus apud eundem dominum Gregorium habuit & adhuc habet ſuos ambaſiatores: nec unquàm percepi, aut audivi, quòd ipſe dominus Gregorius præfatum dominum Ladislaum regem propterea verbis, vel ſcriptis redarguerit, aut contra ipſum proceſſus fecerit, ſeu aliquid attentarit. Et per conſequens videtur idem dominus Gregorius, ut etiam fama laborat, dicto Ladislao in præmiſſis annuiſſe, & propterea omen & nomen imperiale ac regnum Romanum eſſe ſublatum per ipſum Ladislaũ regem, ac ſuo regno Siciliæ additum, licet ipſe dominus Ladislaus ſit vaſallus Eccleſiæ & imperii: tenet enim ab Eccleſia in feudum dictum regnum Siciliæ, & ab imperio Provinciam, quæ eſt de regno Arelatenſi, quod eſt juris ac proprietatis Romani imperii prædicti: & tenet etiam ab ipſo imperio comitatum Fortalquerium & terram Pedemontium, de quibus ſe intitulat. Et ecce quam bene pertractat dominos ſuos, unde habet ſtatum & honorem, ſcilicet Romanum Pontificem & Cæſarem, eis tamen diſſimulantibus & tacentibus in generale diſpendium totius Chriſtianitatis. Sed adhuc videbunt, ſi proſint eis ſomnia ſua, ut verificetur illud ex ipſis, Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Poteſt enim admodum Eccleſia cantare, Regem non habemus, neque Cæſarem, ſed Pontificem impotentem, & per conſequens, ſit liber aditus Antichriſto Dei judicio, ut forſan exigentibus peccatis Catholicum gregem devoret cum Paſtore: & ad hoc ſi bene videatur, præſentia tempora diſponi videntur.

Ladislaus rex Siciliæ, vaſallus eccleſiæ Rom. & imperii.

Eccleſia regem non habet, ſed Pontificem.

TITULUS QUEM ASSCRIBIT SIBI dominus Ladiſlaus rex Siciliæ: Item de ſtatu atque ad ſumma progreſſu ejuſdem miro: Ad hæc de ejus ſuperbia, vaniſq; ad celebritatem nominis conſequendam rationibus, ubi ſimul oſtenditur, quibus viis & modis reges & principes ad veram felicitatem, atque nominis claritatem eniti debeant,

CAPUT III.

HIc eſt titulus, quem ſibi aſſcribit prædictus dominus Ladislaus, & quem etiam ſub magnis pœnis ſibi annotari fecit, videlicet in hac forma verborum: Regnante sereniſſimo & invictiſſimo domino noſtro, domino Ladislao, inclyto, Dei gratia, Hungariæ, Hieruſalem & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomiriæ, Comaniæ, Bulgariæ rege præclariſſimo, necnon Provinciæ, & Fortalquerii & Pedemontium comite, regnorum ejus anno XXII. feliciter, amen. *Titulus Ladislai.* Hunc etiam dominum Ladislaum infiniti noſtrum (nondum XII. anni elapſi) vidimus aliquando pro auxilio à quodam Bonifacio Papa IX. ſibi præbendo contra ducem Andegavenſem, qui tunc tenebat Neapolim & Tarentū, & alias civitates propè extantes dicti regni Siciliæ, Romam venire modico ſtatu, & juvenem reputatū pro tunc quodam modo inexpertum, & per quem, ut tunc videbatur, magna non fierent in futurum: ſed paulatim in cunabulis ipſius Eccleſiæ poſitus, & ejus lacte nutritus crevit ultra cedros Libani, ut ejus titulus præſcriptus oſtendit. Sed videat ſibi de illo quod legitur Job 15. videlicet, Audi me, quod vidi, narabo tibi: Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos, quibus ſolis data eſt terra, & non tranſivit alienus per eos, cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus, &c. Sed nihil in terra fit ſine cauſa, Job. 5. Scribitur etiam de ipſo Ladislao rege in hæc verba: Romani peſſimè cōtētantur de regimine omninò tyrānico regis Ladislai & alii locorum olim Romanis ſubjectorū habitatores, ſicq; ſpero verificari illud Senecę in Tragœdiis, violēta im-

 peria

periа non diu continuit. Veruntamen ipſe dominus Ladislaus multùm firmari & fortiter reparari facit in diverſis locis portas & mænia urbis, ac ſi eandem urbem ſit jure hæreditario perpetuò poſſeſſurus. Ex his ſequitur, quòd iſte rex Ladislaus, ſalva ejus pace, non videtur habere multùm prudentes conſiliarios, ſuadentes ſibi, quòd ita longum & inſuetũ ſibi titulum, cumq; nimis etiam prolixum & diffuſum chartulis inſcribi ſubmagna pœna mandaret, quod etiam in inſcriptionib. inſolitum eſt fieri apud alios reges quam plures ipſum ætate & etiam potentia antecedentes: quia in inſcriptionibus & ſubſcriptionibus eſt verborum paucitas adhibenda: ſed quo ad regum vitam atq; famam, gloriam & claritatem, requiritur, quòd non verbis, ſed factis proſperari debeant, & fama regis, vel principis oritur ex gloria & honore, quia ex hoc quòd aliquis eſt in honore & gloria, habetur in fama, accipiendo ſic famam & gloriam largè, & pro eodem. Unde juxta philiſophum V. Ethicorum, Merces q̃dam danda eſt principibus, hoc eſt, honor & gloria: quibus ſi contenti non ſint, tyranni fiunt: ſed in fama non eſt ponẽda felicitas, quia innititur magis exterioribus ſignis, quã intenriori bonitate: quia quæ foris patent, intuentur, non aũt videmus cogitationes mentis, nec virtutes, vel malitias in animo extantes: & ſic aliquando mali laudantur, vel eorum fama extollitur: ſed juxta Apoſtolum, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quare cùm regem decet eſſe totum divinũ, & quaſi ſemideum, inconveniens eſt eum ponere fœlicitatẽ in fama, ſeu in eo quod eſt magis bonitatis, quam eſt bonitas, & in quo parvi participare poſſunt. Et inconveniens eſt, quòd rex ſe credat eſſe felicem, quia eſt famoſus apud plurimos vel in populis glorioſus, nec credat ſe rex eſſe beatum, ſi ſit in gloria apud homines, quoniam beatus eſt, ſi ſit in gloria apud Deum. Bonitas enim noſtra per ſe dependet à notitia Dei, tanquam effectus à ſua cauſa, & apud ipſum Deum nullus eſt in gloria, aut in fama cum laude, niſi ſit bonus & beatus, ut erigit ſtatus ejus. Unde nequaquam in honore & gloria hominum felicitas ponẽda eſt. Et decet reges & principes eſſe magnificos & magnanimos. Magnanimi autem non intendunt principaliter honorem, ſed bonum: honor enim eos conſequitur. Et decet eos acceptare honorem ſibi exhibitum à nobis habentibus hominibus aliquod majus,

Reges tunc ſunt glorioſi ſi ſint in gloria apud Deum.

quod

quod eis diſtribuatur, ut dicitur quarto Ethicorum: ſed non decet reges & principes compellere homines ad exhibendū ſibi honorem: hoc eſt enim tyrannicum & beſtiale, quia honor in ſe non eſt, niſi quoddam ſignum & quoddam teſtimonium bonitatis, & procedere debet ex libera mente dantium. Et hoc modo reges & principes eis honorem exhibitum debent acceptare ex affectione dantium, non autem ex coactione, ut præfertur: quia coactio & affectio ſe in vicem non conpatiuntur. Igitur ſi rex vel princeps conpellat ſubditos ad faciendum ſibi honorem, eſt tyrannizare, & ſi exigat proinde aurum & argentum, aut quid ſimile ab illis, ipſe exactor per hoc efficitur, & populi deprædator, ut Ammon, qui pro eo, quòd Mardochæus Judæus ei non aſſurgens genu flexit, nedum ipſum Mardochæum ſuſpendere, ſed etiam omnem Judæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere voluit nationem. Sed quem finem ipſe & poſteri ſui reportarūt, ejuſdem Eſther hiſtoria manifeſtat: Debent enim reges & principes quærere opera honore digna, non ultra quod ratio dictat, ſed ut decet eorum ſtatum, & agere bona opera & honore digna, boni gratia, non, ut oſtentent ſe, & videantur excellere: & decet eos eſſe humiles, nam ſuperbus querens ſuam excellentiam ultra quàm debeat, utplurimùm, tendit ad ea, quæ ſuas vires excellūt: imo decet homines eſſe humiles, ut conſiderato proprio defectu, vel propria facultate, non tendant in ardua ultra quam debeant: utplurimum enim ſuperbi & ultra rationem excellentiam quærentes, ſe & alios exponunt periculis, nō valentes adimplere, quod incoant. Tantò decet ergo magis reges & principes à ſe ſuperbiam removere, quantò pejus eſt bona communia periculis exponere. Superbus enim dominus utplurimùm periclitatos efficitur populorum. Et decet eſſe perfectos reges, & quodammodo divinos, quia ipſi aliorum dicuntur eſſe regula & exemplar atque norma honeſtatis & bonitatis, ut quilibet ſubdibus vivendi capiat inde formam. Tunc autem maximè clareſcit bonitas noſtra, cùm ad alios ſe extendit.

Honor quid.

Reges quales eſſe deceat.

Superbia ſemper periculis expoſita.

V 5

TITULUS QUAESTIONIS INAquoſæ, ad quam ponuntur argumenta ajentia & negantia: maximè tamen ajentia, quæ capitula Inaquoſæ non incommodè dici poſſunt,

CAPUT IIII.

UTrùm pax & reformatio jurata & firmata ſanctæ unionis eccleſiæ Apoſtolatus fienda renunciationis virtute hac vice præteriri valeat abſque diſpendio & interitu ſalutis æternæ.

Probatur, quòd non, Nam tale juramentum ab utraque parte fuit honeſtum, licitum, & voluntarium, non vergens in ſalutis æternæ interitum. Ergo non eſt abſque diſcrimine ſalutis prætereundum.

Oppoſitum arguit quidam reverendus magiſter & Prælatus ſeptendecim mediis, ſic ratiocinans, Primò, quia Deus & Eccleſia militans per dominos Cardinales elegerunt dominum Gregorium Papam XII. ut eſſet verus Chriſti vicarius, quem credo fuiſſe & eſſe: ergo hunc credo fuiſſe ejus vita durante. Secundò, ſi Gregorius Papa XII. teneretur etiam vi juramenti aut voti per eum facti renunciare veritati ſacri Apoſtolatus, quem habet, tunc vicarius JESU Chriſti, & Antipapa, pares in veritate à multis crederentur fuiſſe & eſſe. Tertiò, quia ex tali renunciatione dubia crederetur veri Papatus certitudo, quam verè credimus dominum Gregorium XII. haud dubiè habere. Quartò, quia eſt veriſimile, deterius ſchiſma priore cauſari in Dei eccleſia, cùm Cardinales Gallici & Anticardinales in electione nullatenus concordabunt: ſic noviſſimus error erit pejor priore.

Quintò, quia militans eccleſia tam injuſtè ſine cauſa ſpoliatur, & viduatur dolenter & miſerè, Papa veriſſimo juſtiſſimè electo. Sextò, quia peccatis exigentibus poſſet poſt renunciationem ſubjici Eccleſia alicui latenti hypocritæ hæretico ſchiſmatico, aut alii Papæ.

Septimò, quia ex tali renunciatione dicerentur Italici multis annis malam fidem habuiſſe, & ideo nunc Gallici petunt ceſſionem veri Papæ Romani, ut poſtea & adhærentes valeant

leant confundere, & ut ipſi ad gremium Eccleſiæ valeant cum minori confuſione redire.

Octavò, quia per talem renunciationem toti eccleſiæ fidelium Italiæ improperium cauſaretur, tum quia ex tali renunciatione non eſſet veritas certa de Papatu, tum quia culparentur Italici, quòd tam diu veritatem non viderunt, & quia dominium Eccleſiæ ſine cauſa ad Gallicos tranſtulerunt. Nonò, quia fideles & amici veræ Eccleſiæ ſpoliantur multis bonis, exponuntur multis damnis, vituperiis ac deſolationibus, & culpis mortalibus. Decimò, quia tunc ſchiſmatici lętabuntur & credent ſe victores eſſe, & veram ſemper partem habuiſſe, & ſi ex eis Papa fiet, arripient bona fideliũ, & extorquebunt ſymoniis & exactionibus, & pervertent bonum eccleſiæ. Undecimò, quia veriſimiliter eſt poſſibile, quòd noſtri veri Cardinales cum ipſis Anticardinalibus nullatenus in electione tertii Papę unici concordabunt, & ſic diu non erit Papa in eccleſia militante. Duodecimò, quia per talem renunciationem certitudo Papatus dubia redderetur, dubius & ſic rex de regno ſuo populo redderetur, pręlati beneficiati dubii de ſuis beneficiis, ſibi & aliis redderentur. Tertiodecimò, quia per talem renunciationem fierent pares tam in clero, quàm in populo Chriſtiano, actus juriſdictionales & Pontificales, Catholicorum & ſchiſmaticorum. Quartodecimò, quia ex tali renunciatione præberetur occaſio ſemper impiis ſuſcitandi ſchiſma in Dei eccleſia, cùm nõ fieret voluntas eorum, quia Papæ cogentur eorum petitionibus injuſtis condeſcendere.

Quintodecimò, quia ſic privarentur Italici injuſtè tanto honore ſedis Apoſtolicæ, & Eccleſia transferretur ad Gallicos, ad Avinionenſes: & per conſequens ſic tunc cogerentur confiteri, Papam Gregorium ſuosq; prædeceſſores, nunquam fuiſſe veros Pontifices, nec nos unquam fuiſſe illis durantibus filios Eccleſiæ. Sedecimò, quia Italici poſt renunciationem divulgabuntur per univerſum Orbem terrarum inſenſati, vecordes, ignari, quia tantam gloriam Papatus perdiderunt: & Gallici prædicabuntur ſenſati, animoſi, ſapientes, quia licet falſum Papam habuiſſent, tamen vicerunt & ſic Eccleſia confuſionibus plena irremediabiliter deploraret. Decimoſeptimò, Quia ex tam periculoſa renũciatione multi fideles periculo ſchiſmatis exponũtur, tum ex dubio præceden-

cedente,tum ex nullo Papa in Eccleſia ſedente , tum hoſte Papa exiſtente,tum quia ſic ſchiſmatici cum honore redirēt ad Dei eccleſiam,tum quia alia via unionis divinitùs inſpirata & inſpiranda poteſt inveniri, ne eccleſia maculetur,& ſponſo ſuo viduetur.Ergo, quia ſapientis eſt mutare conſilium ſine interitu ſalutis æternæ in malè promiſſis, poteſt Papa fidem,quam promiſit de renunciando pro communi & bono ſtatu,pacis & unionis univerſalis ſanctæ matris Eccleſiæ,abſque diſpendio& interitu ſalutis æternæ non ſervare.Ergo pars quævis affirmativa videtur vera.

QVÆSTIO CUJUSDAM THEOlogiæ profeſſoris, quondam Archiepiſcopi Raguſinenſis, ſuper renunciationem Papatus à Gregorio XII. vel faciendam, vel non faciendam, argumentis in utranq, partem ſtipata, maximè tamen parte negativa, addita affirmationis confutatione: in qua diverſa media haud modicum de fermento malitia, & ejuſdem unionis impedimentis continentia enumerantur,

CAPUT V.

AN verus ſummus Pontifex Gregorius duodecimus, decurrente peſtifero ſchiſmate in Chriſtianitate, voto ſe aſtringens Deo,quod pro integritate & unione Chriſtianorum renunciabit effectualiter, purè ac liberè ac ſimpliciter ſuo Papatui, ſi Antipapa pro tempore exiſtens renunciabit prætenſo juri ſuo Papatus, ut ex hoc ſequatur per dominos Cardinales juſta canonicaq; electio unici ſummi Romani Pontificis,debeat ipſe verus Papa,ſeu teneatur,vel obligetur tale votum adimplere & renunciare ſuo Papatui vero?

Et argumentatur ad partem utramque. Et primò ad partem affirmativam ſic: Vovete & reddite domino Deo veſtro omnes,qui in circuitu ejus offertis munera , dicit ſpiritus ſanctus per ſanctum David pſalmo vigeſimoquinto. Ergo ſummus Pontifex,cum ſit de numero omnium offerentiū in circuitu ejus munera , tenetur ſeu obligatur adimplere ſuum votum & renunciare,ut videtur. Secundò argumentatur

tatur ſic: Si quid voveris Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio, Ecclei. quinto: ergo &c.

Tertiò argumentatur ſic: Fidelis dominus deus noſter in omnibus verbis ſuis, ſanctusque in omnibus operibus ſuis, Pſal. 144. Ergo ejus vicarius ſummus Pontifex, debet & tenetur, & obligatur eſſe fidelis in omnibus verbis ſuis, ad implenda promiſſa verbo, & animo vota, ſicut & Deus dicens, quæ procedent de labiis meis, non faciam irrita, Pſalmo 88. &c. Ergo, &c.

Ad partem autem negativam quæſtionis veram argumẽtatur ſic: Primo: Servus ſciens voluntatem domini, & non faciens vapulapit multum, Luc. 12. Sed ſummus Pontifex Gregorius XII. Dei ſervus ſcit voluntatem domini Dei ſui, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Timoth. 2. Et ipſe Deus vult, quod ipſe Papa Gregorius tale incautum votum non adimpleat, nec renunciet ſuo Papatui, propter multa inconvenientia, & præjudicia, ac jacturas populi Chriſtianorum, quæ neceſſario aut veriſimiliter ſequerentur talem nefandam renunciationem, ut conſtat in multis inconvenientibus ſuprà nominatis. Ergo ſummus Pontifex, ne vapulet multis tormentis infernalibus ac purgatoriis, adimplens voluntatem præcepti vel cõſilii domini Dei ſui, non tenetur renunciare Papatui ſuo nec incautum tale votum (ut probatur) adimplere: ergo &c. Et confirmatur iſta ratio ſic, hoc eſt, voluntas Dei ſanctificatio noſtra, 1. Tim. 4 Sed per talem voti redditionem & renunciationem non ſanctificatur ipſe Papa & populus Domini & oves paſcuæ ejus, ſed potius prophanantur & execrantur, confunduntur perpetuò, aut longævè præcipitantur, ſcandalizantur, deſolantur, ac vituperiis ac multis malis inconvenientibus replentur, ut patet per inconvenientia ſuprà adducta: ergo pars negativa vera.

Et confirmatur adhuc ſicut dixit Jeſus Simoni Petro: Paſce oves meas, paſce agnos meos, Mar. vigeſimo primo, Sed per talem voti redditionem & renunciationem, non fit voluntas & mandatum domini Dei noſtri: imò per tale potiùs deſtruuntur oves domini, & periculis temporalibus & æternis exponuntur, ac incognito & forſan iniquo lupo aut nulli Papæ relinquuntur, ſecundum illud quod cantat tota Ecclesia

Vera deſcriptio ſacerdotum Pontificiorum.

cleſia in feſto S. Martini, Cur nos deſolatos relinquis, invadunt enim gregem tuum lupi rapaces, longæva ſchiſmata & maligna, quærentes quæ ſua ſunt, & non quæ JESU Chriſti, & quorum Deus venter eſt, inveterati dierum malorum, in mortalibus peccatis, deliciis & laſciviis debacchantes, homines mollibus veſtiti & animo corrupti, per ampliùs curantes repletionē burſarum, quem ſalutē animarum, ambulantes ſecundum carnem dominorum, & privatis affectionibus depravati, de quibus dixit JESUS, & dicit tunc diſcipulis ſuis, tunc in verbo, & nunc in Evangelio Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, imò mollium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, devorantes & deſtruentes eccleſias ſanctorum, monaſteria, & alimenta prælatorum, monachorum, & Dei pauperum clericorum, qui proculdubiò ſimoniacè, aut doloſè, vel malignanter eligent in eorum pertinacia longæva perdurantes, ſibi ſimilem inſequentem Papam, ſecundum cor ipſorum, ſingulis eorum dicentibus, Inveni hominem ſecundum cor meum, meam tenuitatē replentem pinguioribus beneficiis & commendis, & tunc hæc mutatio non eſſet dexteræ excelſæ, ſed eſſet perdere Papam præſentem, gravem peccatorum & prædictæ ſimoniæ & omnis iniquitatis hoſtem, & acquirere multarum iniquarum defenſorē & fautorem, quales & militans eccleſia juſtorū ſæpius perpeſſa eſt temporib. retroactis. Nullatenus ergo tale incautū votum eſt reddendum, tantis inconvenientibus repletum. Ergo, &c,

Item argumentor ſic: Dixit JESUS, Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ: bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis, mercenarius autem & cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus, Joannis decimo. Ergo ſummus Pontifex Gregorius duodecimus paſtor bonus, cognoſcens ſuas ſibi à Chriſto commiſſas utique paſcendas, & non deſerendas, & cognitus ab eis tanquam ſuis, dabit ſeu dare debet, & pro eis paſcendis ſeu gubernandis, fovendis, & ad patriam æternam perducendis, & non ſicut mercenarius deſerendis, videns lupum, imo lupos venientes, & dimittēs oves Chriſti & ſuas in manibus luporum devorandas, diſper-

perdendas, affigendas & conculcandas, fugit animo & corpore, renunciando ſuo Papatui, tanquam verè mercenarius & non bonus paſtor. Et per conſequens tale incautum votum de ovibus dimittendis, renunciando Papatui ſuo adimpleri non debet, non tenetur, non obligatur. Ergo pars quæſtionis negativa vera, &c. Quinto argumentor ſic: Magiſter Raymundus Decretalium compilator in ſua Summa titulo de votis, diffiniendo votum inquit, Votum eſt alicujus boni cum deliberatione facta promiſſio. Si enim fiat de re mala, non eſt adimplendum, ut patet per Iſidorum dicentem: In malè promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute voviſti, ne facias. Stulta eſt promiſſio quæ ſcelere impletur, quæſtione quarta, in malis promiſſis. Sed tale votum eſt de re mala, ut patet ex malis quæ ſequuntur, niſi ex inconvenienti & malo, ſicut & impoſſibile, ex poſſibili, quia poſſibili poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile, ut ſcribitur in priori. Præterea argumentor ſic: In turpi voto muta decretum, ut ſuprà, ſed tale votum eſt turpe, quia turpia & nefanda ex ipſo voto neceſſario, aut veriſimiliter ſequuntur, ut patet ex priùs allegatis. Ergo pars quæſtionis negativa vera. Adhuc argumentor ſic: Quod incautè voviſti ne facias, ubi ſuprà. Sed talis renunciatio fuit incautè votata, ut conſtat ex ejus inconvenientibus ſecuturis præalligatis. Ergo nullatenus eſt factis adimplenda, prohibente ſpiritu ſancto aſpirata. Nam ſpiritu ſancto aſpirante locuti ſunt ei omnes, 2. Petri primo capite.

Amplius argumentor ſic: Stulta eſt promiſſio quæ ſcelere impletur, ut ſuprà. Sed talis renunciationis promiſſio ſcelere adimpletur, imò ſceleribus contra ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam ut in ſuprà notatis, in ſeptē Catholicis rationibus & inconvenientibus præallegatis, ac in Theologica patrum doctrina: ergo, &c. Diſplicet enim Deo infidelis & ſtulta promiſſio, Eccleſiaſtes quinto. Item argumentor ſic: Sanctus Hieronymus ſcribens de voto Jephte principis exercitus populi Dei, ut habetur Judicum 11. inquit, quod Jephte in vovendo fuit ſtultus, quia diſcretionem non adhibuit, & in reddendo impius, quia & interfecit & immolavit filiam ſuam & obtulit holocauſtum Deo Ergo, &c. Decimo argumentor ſic: Magiſter ſententiarū 38. diſtin. 41. libri ſententiarum dicit, quod votum eſt teſtificatio

catio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ Deo & de his quæ Dei ſunt fieri debet. Et ſanctus Thomas de Aquino 2. ſecundæ quæſtione 88, inquit, Votum eſt promiſſio Deo facta, promiſſio autem eſt alicujus, quod quis pro aliquo voluntariè facit: non enim eſſet promiſſio, ſed comminatio, ſi quis diceret, ſe contra aliquem facturum. Similiter vana eſſet promiſſio, ſi aliquis alicui promitteret id quod ei non eſſet acceptum. Et ideo cum omne peccatum ſit contra Deum, nec aliquod opus ſit Deo acceptum, niſi ſit virtuoſum: & inde eſt quod in nullo illicito, nec de aliquo indecenti debeat fieri votum, ſed ſolum de aliquo actu virtutis. Et ideo propriè loquendo, votum dicitur eſſe de bono meliori. Hæc ſanctus Thomas. Sed votum de renunciatione præfata pro eccleſia unienda, licet reſpiciat bonum finem, ſcilicet unionem eccleſiæ, non tamen eſt de his quæ ſunt grata Deo, cum ex ipſius obſervatione ſequantur multa inconvenientia, ut eſt probatum, Quod ſit apertè contra Deum & ejus voluntatē. Ergo nec fieri nec obſervari debet tale votum. Et iterum, Si talis votata promiſſio & ejus ſervatio non eſt pro Deo, ſed potiùs eſt contra Deum, ut clarius patebit, & non eſt Deo accepta, ſed potius variatio perducens ad incertum finem unionis, ſeu potius ad peccata, ſcandala, & inconvenientia: nec talis promiſſio votata & ejus obſervatio eſt opus virtuoſum, producens ad ruinam & præcipitium Chriſtianorum, ut eſt probatum. Ergo tale votum fit de re illicita, indecenti, nec fieri debuit, nec factum debet ſervari, cum nec ſit de bono, nec de meliori bono. Nam ſecundum Philoſophum, Bonum conſtat ex omnibus cauſis, malum autem ex altera cauſarū deficientium, Et confirmatur dicta ratio ſic, cujus finis bonus eſt, ſcilicet ſecurus, & ſecurum ipſum bonum eſt, & cujus finis malus eſt, ipſum quoque malum, ſecundum Boëtium in Topicis: Nec ſufficit ſona intentio boni finis, niſi effectualiter ſequatur, aut ſit neceſſariò, aut veriſimiliter ſecuturus: ſed talis renunciationis finis malus eſt uſque nunc jā ſecutus neceſſariò, ac veriſimiliter ſecuturus, ſicut probatum eſt multifariè. Ergo tale votum & ejus complementum malum eſt, & per conſequens illicitum & abominandum. Item argumentor inſolubiliter ſic: Sanctus Thomas 2. ſecundæ, arg. 2. 3. reſponſione ad ſecundum argumentum, inquit, Quędam ſunt, quæ in omnem eventum ſunt bona, ſicut opera

pera virtutis,& talia quæ abſolutè poſſunt cadere ſub voto: quædam verò in omnem eventum ſunt mala, ſicut ea, quæ ſecundum ſe ſunt peccata, & hæc nullo modo poſſunt ſub vota cadere: quædã verò ſunt, quæ in ſe conſiderata ſunt bona, & hæc poſſunt cadere ſub voto: poſſunt tamen habere malum eventum, in quo non ſunt obſervanda, & ſic accidit in voto Jephte, ut habetur Judi. 11. qui votum vovit domino dicens, Si tradideris Ammon in manus meas, quicunq; priùs egreſſus fuerit de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit revertenti in pace, eum offeram holocauſtum Deo. hîc enim poterat malum eventum habere, ſi occurrerit ei animal aliquod non immolativum, ſicut aſinus, vel homo: quod & accidit. Unde dicit Hieronymus. in vovedo fuit ſtultus, quia diſcretionem non adhibuit, & in reddendo impius. Hæc S. Thomas. Sed tale votum de renunciatione Papatus pertinet ad ea, quæ ſunt ſecundum ſe peccata, eo quòd eſt contra voluntatem Dei: erga ipſius Dei, ſcilicet aut præcepti, vel cõſilii, vel prohibitionis, aut pertinet omnino ad ea, quæ poſſunt habere malum eventum, in quo non ſunt obſervanda, ſicut votum Jephte, quod nullo modo fuit obſervandum in ejus filia, ſed potiùs fuit agenda pœnitentia de ſtulto voto emiſſo ſine diſcretione, aut fuit rationabiliter commutandũ in bono ſecuro ab omni peccato & impietate. Ergo conſimiliter tale votum renunciationis, vel non fuit fiendum, vel indiſcretè factum non eſt obſervandum, propter mala multa quæ poſſunt veriſimiliter evenire ex ipſius obſervatione, ut præallegatum eſt: aut eſt diſcreto & rationabili obſequio ꝑmutandum in bono, authoritate ſuperioris ordinarii, vel commiſſarii. Et per conſequens, talis vovens obligatur non obſervare votum talibus veriſimiliter inconvenientibus repletum. Ergo, &c. Et ſi dicatur, quòd ex obſervatione ipſius voti de renunciatione poſſent ſequi multa bona, & ideo ſervandum eſſe, reſpondetur: quòd dubium eſt an ſequatur illa bona. &, in dubiis tutior via eligenda eſt, ſecundum divina & humana jura: & ſicut non ſunt facienda mala, ut eveniant quæcunq. bona, ſecundum S. Auguſtinum, ſic non exequẽdũ incautum, periculoſum, inconſultum, ſtultum, indiſcretum, ſcandaloſum, vituperoſum, & irrationabilis obſequii votum tali & taliter renunciatione emiſſum. quemadmodũ ſecũdũ Apoſtolum eſſe debet rationale exhibitum & exhibendum

omne obſequium noſtrum, Rom. 12. cap. Item argumentor ſic: S. Thomas, ubi ſuprà, inquit, Maceratio proprii corporis, pacta & vigilia & jejunium non ſunt accepta Deo, niſi in quantum eſt opus virtutis: quod quidem eſt, in quantum cũ debita diſcretione fit, ut ſcilicet concupiſcentia refrænetur, & natura non nimis gravetur, & ſub tali tenore poſſunt hujuſmodi ſub voto cadere: propter quod & Apoſt. ad Rom. 12. poſtquam dixerat, Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, deo placentem, addidit, rationabile obſequiũ veſtrum. Hæc S. Thomas ſpiritu S. aſpiratus, ſicut & cæteri Doctores. Sed taliter emiſſum votum de renunciatione Papatus nõ eſt opus virtutis, cũ debita ſcilicet diſcretione factũ, ut in præcedenti ratione eſt oſtenſum. Ergo non eſt obligatorium ad ſui obſervationem, ſed potiùs abolendum eſt. Ergo, &c. Item argum. ſic: S. Thomas, qui & ubi ſuprà, inquit, Si aliquis ex obſervatione ſui voti magnum & manifeſtum gravamen ſentiat, & non eſſet facultas ad ſuperiorem recurrendi, non debet tale votum ſervare. Hæc ille. Sed ſic eſt in propoſito, ut ſuperiùs ſatis clarè deductum eſt in ſeptem rationibus, & in inconvenientibus, & in Theologica Patrum doctrina. Ergo, &c. Item argumentor ſic: Sanctus Thomas, ubi ſuprà, inquit: Non expedit alicui, ut privet ſe bono, quod ei Deus donavit: ſed per talis voti impletionem, & per talem horrendam renunciationem Papa privaret ſe tanto bono, & ſuam chariſſimam ſponſam tantis bonis privaret ſibi in tam optimo ſponſo collatis à Deo & donatis, & tantis temporib. ac tam anxiis ita anxiè deſideratis. Ergo nõ expedit Papæ Gregorio, non expedit militanti Eccleſiæ tale votum adimplere, & taliter renunciare ſuo Papatui: & per conſequens non obligatur ad tale votum: ergo, &c. Item argumentor ſic: S. Thomas, ubi ſuprà, inquit: Nullus debet ſe periculis ſubjicere: ſed per talis voti redditionem, & odioſam Deo atque omnibus renunciationem multis periculis Papa & eccleſia militans ſe objicit & exponit infallibiliter, ut in ſeptem rationibus & in inconvenientibus ac patrum doctrina probatum eſt irrefragabiliter. Ergo noſter Papa & ſua militans Eccleſia non debent ſe tantis & tam multis periculis objicere, & dare ac exponere: ergo, &c. Item argumentor ſic: Spiritu ſancto aſpirati locuti ſunt ſancti Dei omnes, inter quos S. Thomas de Aquino 2. ſecundę ſuæ Summæ, q.

mæ, q. 88. argumento 4. reſpondens ad 2. argumentum, dicit: Quòd quando periculum naſcitur ex ipſo facto, tunc illud factũ non eſt expediens: putà, quando aliquis ruinoſum tranſeat fluvium. Sed ex ipſo voto reddito & renunciatione facta, quod abſit, multa pericula naſcuntur, aut evenire veriſimiliter poſſunt multis fidelibus Chriſtianis, ut in prælegatis veriſimiliter probatum eſt. Ergo adimplere tale votum non eſt expediens populo Chriſtiano. Et ſic non eſt obligatorium tale votum, & per conſequens veriſimiliter nec ſuper hoc juramentum, nec promiſſum quodcunq;, quemadmodũ ſunt minùs obligatoria, eo quòd votum ex ratione ſua magis eſt obligatoriũ, quam juramẽtum, ſecundũ ſanctum Thomam 2. ſecundæ, q. 89. arg. 8. in pede quæſtionis in fine. Ergo pars quæſtionis negativa eſt vera. Et multa alia dicta probantia pertranſimus brevitatis cauſa, nolentes faſtidium legentibus gravare.

Ad argumenta autem ſuprà ſcripta pro parte affirmativa faciliter bene reſpondetur, & Catholicis doctrinis evacuantur. Nam prima authoritatis pars intelligitur de votis licitis, bonis, & de bono meliori, & de re non mala, & de voto non turpi, nec incauto, nec ſtulto, & ſine diſcretione, & de his quæ ſunt Dei, & non ſunt indecentia, nec ſunt aut eſſe poſſunt contra Deum, & de his quæ non ſunt peccata, nec poteſt ſequi peccatum mortale, nec etiam veniale ſecũdũ Rodolphum, & ſic illa authoritas præcedens nec concludit, nec obſtat in propoſito, ut claret in omnib. ſuprà ſcriptis. Ad ſecundam authoritatem dicitur, quòd ipſa ſecum portat ſolutionem, cum ait: diſplicet etiã Deo ſtulta promiſſio, qualis fuit iſta, ſimilis promiſſioni & voto Jephte ſuprà poſito. De quib. Raymundus prælegatus in ſua Sũma inquit. Vovens, vel jurans, ſi intendebat ſe obligari expreſsè, in omnẽ eventum indiſcretè vovit: conſulo tamen quòd obſervet, niſi ex obſervatione immineret periculũ ſui vel aliorum, quia tunc nullo modo tenetur. Quia quantum ad illam partem, eſſet illicitum exemplum de voto Jephthe, qui occaſione voti occìdit filiam: & reprehenditur, Judic. 11. Item exemplum de Herode, qui occaſione generalis promiſſionis & juramenti, quod fecerat ſaltatrici, occìdit Joannem Baptiſtam, Matth. 17. 22. q. 4. c. 2. & c. unuſquiſque. &c. Et breviter, quandocunque peccatum deprehenditur in executione

voti,non eſt adimplendum, 22.q.4.in malè promiſſis. Hæc omnia Raymundus tantus magiſter & Doctor omnis juris divini & humani, ordins Prædicatorum. Ad tertiam authoritatem reſpondetur, quòd dominus Deus noſter æterna ſapientia&veritas non poteſt errare,non poteſt decipi,non poteſt incautè,nec inconſulte,nec indiſcrete,nec ſtultè promittere,& ideo eſt fidelis in omnibus verbis ſuis, & quæ procedunt de labiis ſuis,non facit irrita.Dominus autem quilibet Papa,& omnes domini Cardinales,& omnes Eccleſiaſtici prælati,& omnes Chriſtiani(cùm ſint omnes filii Adæ & Evæ,in quibus ex inobedientiæ peccato & errore corrupta eſt humana natura, mala malis & peccata peccatis addentes intellectuq; affectu in multis Deum & homines offendentes, quoniam in multis offendimus omnes,ut dicit apoſtolus Jacobus Alphæi, Jac. 3.)poſſunt quandoq; errare, peccare, decipere & decipi,& incautè, & inconſultè, & indiſcretè, & ſtultè & dolosè, ſicut David ait in perſona ſua & aliorum, dicens:Erravi ſicut ovis,quæ periciat, Pſal.118.Et Daniel ait, Injuſtè egimus,iniquitatem fecimus,Domine,&c. Et Chriſtus JESUS orans pro hominibus patrem ſuum, dixit: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, Lucæ vigeſimo-tertio Et apoſtolus Paulus docens de ſe dicit,Miſericordiam conſecutus ſum,quia ignorans feci,1.Tim.1.Peccatum etiam ſecundum Tullium cujuſvis hominis eſt quandoque errare: nullius autem, niſi inſipientis, in errore perſeverare. Item, quòd ſicut humanum eſt errare in viam mortis graviter aut leviter, ſic eſt humanum peccare: diabolibum eſt perſeverare, angelicum eſt emendare, ſecundum Auguſtinum. Et propterea Papa ſanctus ſolummodò tenetur & debet in bonis,& bene & juſte promiſſis, votatis & juratis eſſe fidelis Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione eſt, Eccleſ. 15. Et in talibus, quæ & quando procedunt de labiis ſuis & ſuorum Cardinalium, non faciunt irrita vota ſua, imitantes Deum, ſicut filii chariſſimi, ad Epheſ. ſecundo, & clamantes cum S. Paulo ad Philip. 4. ſinguli ad reliquos, Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti JESU benedicti, qui cum patre & ſpiritu ſancto vivit,vincit & regnat, in unitate perfecta trinus & unus Deus in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Papa poteſt errare.

LITE-

LITERÆ EXCUSATORIÆ DOMIno Gregorio Papæ per dominum Ladiſlaum regem Siciliæ ſuper facto unionis, deſtinatæ,

CAPUT VI.

BEatiſſime pater, decet quempiam obedientia filium vel natura, commoti patris monitiones, & dignas increpationes, quæ nequeunt niſi effectu & charitatis zelo procedere, patienter & æquo animo tollerare. Nuper ſiquidem veſtræ beatitudinis literas ſolita reverentia debitaque dovotione recipiens, animadverti nonnihil irati in eis, ac objurgationis & indignationis afferri, quibus hoc reſponſum humile præſentibus præbeo moderandum, corrigendumque ſi meretur paterna ſapientia & virtute. Credo equidem & certus ſum, imò certiſſimus & mihi conſcius, Deo teſte, me ſemper ſanctam eccleſiam & ejus antiſtites, Apoſtolicoſque paſtores, & ipſam Beatitudinem veſtram præcipuè fuiſſe, ut debui, potuique, & ſcivi, filiali reverentia veneratum, veneraturumque eſſe, dum hac mortali veſcor vita, ut exinde fruar æterna. Sed inſtat tam mordaci & intempeſtiva commemoratione & exprobratione profectò memores beneficii impenſi tam purè, tam liberè, tanto denique ſumptu, &c. ut bullæ Apoſtolicæ verbis utar, pro fluvio expenſis, ad refellendum confutandumque pro mea cauſa nequeo non moveri, noloque (etſi reminiſci & recenſere pigeat) conticere, fateor. n. nec unquã inficiabor, me aliquali matris eccleſiæ adjutum præſidio, illis primordiis obſtitiſſe, quibus Urbani XI. inhumana ſeveritas res omnes orbis ita commiſcuit, & præcipuè regni hujus in tantum attrivit, ut igentes adhuc, & utinam non ulteriùs permanſuræ reriquiæ illius ruinæ ſuperſint, nec ſum, aut ero ejus ingratus oblitusq;, imò ad iſtar magni cenſus pecuniam, & maximi exercitus paucos illos pugiles mihi datos computo. Manet, manſitque & manebit mẽte repoſitum: quamvis nec illud porrectum gratis fuerit, quod fui nõ mediocri fœnere & talione mercatus. Sed quid ea tempeſtate id pauxillum ad tantas opes totque formidabiles copias & terribiles claſſes (quibus Antipapa abundat

largiflue, tam ſæpenumero maximo copiarum communis hoſtis Andegavenſis fultus,& præmunitus) adjumenti ferre potuit, vel vigoris? attamen ad futuri incrementi finem, aliquam principio tulit opem. Ipſum quippe hoſtem, cum factione ſua in poſſeſſione regni inter eum & patrem meum per annum jam penè viceſimum inhærentem, & divina humanaque vaſtantem & pro arbitiro diſponentum, Clementisque,& deinde Benedicti nomen & ſedem pro Apoſtolica venerari jubentem , armisque] me terrentem , judice Deo, & juſtitia annuente, ut in domino glorier, in quo debent ſinguli gloriari, apud Tarentum non ſolùm regno, ſed Italia pepuli & fugavi, quæ verò ne tam citò fierent, intermedio illo tempore per quoſdamRomanos Pontifices jam vita perfunctos, interjecta ſcandalorum obſtacula, ſeditiones procuratæ fuerunt, tam inter regni proceres, quàm inter cives, non absque eorundem Pontificum, & magno incommodo, ſilere honeſtiùs arbitror, quàm effari: ad quid juvat aut opus eſt hinc inde jamdudum memoria reprehendi& corrigi, quemadmodum recentia & penè in manibus ſita excuſaturus aſſurgi, ſalva ſemper Apoſtolicæ ſedis ac Beatitudinis veſtræ gratia & benedictione paterna. Scio enim & incertum firmeque teneo, quòd Ludovicus de Melioratis offenſus mihi, & meis ſubditis tunc infeſtus, à Marchiæ rectoratu mea inſtantia& prece quærula fuit amotus, imò pro illo voto meo parva mihi Apoſtolica fuit lata literula, ſive brevè dictans, id absque fomite propè futuri mox ſcandali magnique periculi non poſſe tunc fieri, ſed confeſtim optimum remedium præbuit, quod quale fuerit, præter alias incurſiones & belli ſtrages duas terras in Apriis noſtrorum fidelium cepit, quin potiùs ſubitò occupavit. Sed per idem poſtea tēpus ſuaſu motuque Pauli deUrſinis contracti in meliori fortuna jam ſodalicii penetentis, & in illius ſtatus & fortunæ mutatione mutati,& faſtiditi ſoluta ut authoritate conficta, inter eos illa ſocietate fraterna ab eo fuit officio,& veſtro ſtipendio revocatus. Ego igitur ut pluribus meorum caverem incommodis inquietum illum hominem & ad artes & res quaslibet pronum, imò jam tunc paratum& expeditum, licet eo modicum indigerem, ne quo deteriùs laberetur, ad ſtipendia mea recepi, à quo demum & Eſtuli civitatem non

absque

abſque ſumptu diſpendio & mearum commutatione terrarum, ne pejore loco res tenderet, hac intentione recepi primam, ut eam pro eccleſia conſervarem & illi in tempore reſtituerem, alia ne in poſterum aliquo ſiniſtro ſucceſſu incommoda mihi & meis ex vicinitate ſentirem, quod Beatitudinis veſtræ poſtea intimatum non diſplicuiſſe nec ægrè latum fuiſſe recolo mihi per Oratorem meum fratrem Dominicum dictum. Sed nunc ejus Beatitudo verbis arguor, me hoſtilia contra urbem ex eo feciſſe & facturum, quod ad locum electum ad inveteratum jam (proh dolor) ſchiſma tollendum nunquam ſuſpectum, ipſa Beatitudo veſtra accedere intendebat, quòd ego dictum aut commiſſum ex me prorſus abnego, profiteor namq;, & abſit, quòd unquam à veritate recedam. Scripſi, conſului cum fide, & ſæpè humiliter ſupplicavi, ſicut & alii mundi proceres & magnates, fidi devotique vobis & veſtro, imò & noſtro & cunctorum fidelium cœtui, ut comperi, jam fecerunt, ut locus eligendus ad tanti ſperati futuriq; boni myſterium, omni prorſus ſuſpicione careret, nec electus Saonæ locus ad ea tutus & congruus videbatur, monebar ſiquidem zelo veſtro, & ut ardua tanta res, tamque cunctis Chriſticolis neceſſaria, ac fiugi, rectè, & abſque quovis impoſtoris redivivo careret ſcrupulo, ſed auxiliante eo, cujus res agitur, foret in perpetuum duratura: nam & licet mea ut id ritè quovis loco multum interſit, parum tamen refert, imò nihil, quocunque terrarum angulo, vel receſſu bonum agatur, dummodò bene fiat, ad quod vellem concurrere vobiſcum unà & ſæpè obtuli, & denuò offero, ſemperq; offeram me paratum, & pro viribus adjuturum, ſed (proh deum) veſtram ſanctam, atque hominum fidem, quamobrem tanto tempore terminor, ex re, quã Beat. veſtra tot argumentis, & rationibus, etiam per miſſam mihi bullam reprobavit, aut etiam Saonæ locus mihi debet eſſe ſuſpectus, non ratione Italici ſoli, non domus incliti Frãcorum regis, quæ ſublimis domus & proſapiæ caput eſt ſtabile, atque princeps. Et ſi aliquando fuiſſe dicitur aliquid ſimultatis, id veſtri vel veſtrorum ſimilium cauſa actum eſt: non denique urbis Januæ, in cujus littore, vel riparia ſitus eſt, quam mihi vinculo vetuſtæ ſocietatis, & amicitiæ, fidam & chariſſimam repeto velut meam. His ergo & aliis q̃ nunc

relinquo, ne ſit verborum prolixitas tedioſa, quandoquidē veſtræ Beatit. eſt complacitum, & pro meliori verò teneo, atque eſt, perſuadeo, conſulo, ſupplico, oro ac obteſtor, ne ad cauſam, præoptatæ optimæq; rei conſummationem & perfectionem, celerrimam, non ſolùm ad Saonam locum pactum, & pollicitum, ut omnes verè norunt, & etiam ſi libet, Pariſiis, refertam ſapientia urbem digniſſimam proficiſci, neque ſperno, imò acceptiſſima mihi eſt oblatio, per veſt. Beat. facta, ut ubique temporum & locorum cauſam meam, quæ eſt, ut juſtiſſima veſtra eſt Beatit. ipſa, ſicut pridie mihi ſpopondit, ut pro poſſeſſoribus concludatur, habeat una cum aliis dominis ſacri collegii, in præcordiis recommiſſum, an non quadret dare veniam, ſi ſic audaciſſimè fretus divini præſidii veſtri numine, & juris & juſtę cauſæ hoc regnum ad me pertinens, tam ex ſucceſſione divæ memoriæ Caroli regis primi, cujus unicus ſum ſucceſſor & hæres, quàm ex conceſſione almæ matris eccleſiæ. Ita meorum fidelium ope & amore, ſi opus erit armis, virtutis quibus illud adeptus ſum bene tuebor, ut non absq; cæde, non absq; finali exitio, nam vim inferre volentium, aut quòd abſit, aberitq. Deo fautore, meorũ & mea in poſſeſſione dominium, vivus remaneam, aut extinctus: Poſtremò citatus & monitus peremptoriè à veſtra Beatitudine, id tandem faciam, quod obedientiæ filii vero patri, & matri eccleſiæ ex debito facere obligantur, & licet pridie ante bullæ Apoſtolicæ receptionem, meos peritos oratores ad veſtram Beatitudinem tranſmiſerim, quos confeſtim ſupplico expediri, non diu poſt hoc alios tamen mittam, me & meam Innocentiam excuſaturos atque ſingula ad quæ teneor peracturos. Sed quæſo ſanctiſſime pater compeſcite hos, animi veſtri motus, ab aliis forſitan inter nos diſſidium procurantibus concitati, & placidum pii patris in filium ſpiritum reaſſumatis, orans denique cum Propheta, Domine nè in furore tuo arguas me, &c. Altiſſimus Beat. veſt. bene dirigat, diutiusq; gubernet. Datæ Neapolis, 12. die octobris, anno Domini.

M. CCCC. VII.

OCCA-

OCCASIONES, QUARE D. N. GREgorius Papa XII. non fuit Saona in termino ſtatuto, Senis publicata ad populum per prædicationes, in feſto omnium Sanct.

Caput VII.

IN primis, quòd Dominus noſter voluit, vult, & volet unionem eccleſiæ per viam ceſſionis, & omnem aliam viam rationabilem, & hanc proſequitur, & proſequi intendit usque ad mortem: hanc concluſionem Primò probant literæ, quas primò miſit per orbem: II. Oratores quos hinc inde per orbẽ diſperſit: III. quia miſit ad partem adverſam ad requirendum & conveniendum de loco: IIII. quia locum elegit in obediẽtia & dominio partis adverſæ: V. quia electũ locum de facto, & non de jure, cum prohibuerit ſuis oratorib. ne eligerẽt locum Januæ, ſub quo eſt Saona, quamquam videtur incommodis & difficultatib. plenus, ſperans tamen poſſe adimplere conventa, acceptans ratificavit: VI. quia pro adimplendis conventis poteſtatem dedit Cardinalibus per ſuas bullas impignorandi certas terras eccleſię: VII. quia per ſuos nuncios requiſivit principes & communitates ſuę obedientię de ſubſidiis & aliis quæ pro tanto opere requiruntur: VIII. quia juramenta ſecundum pacta conventionis Maſſiliæ ſibi per Januenſes oblata acceptavit: IX. quia per ſuum oratorem requiſivit Januenſes & gubernatorem eorum de ſecuritatib. Venetis dandis, & ſimiliter requiſivit Venetos de galeis armandis & ſecuritatib. mutuis acceptandis pariter & exhibendis, cum multis aliis rationib. quarum aliquæ infrà patebunt. 1

Secundò, quia per ipſum non ſtetit, quin pacta conventionis Maſſiliæ facta, dico conditionalia & principalia pro unione neceſſaria, non adimplerentur, & tamen non ſunt adimpleta: videlicet non eſt adimpletum, quòd Veneti & Januenſes cum ſuo gubernatore mutuas ſecuritates darent & acciperent. ſecundò non eſt adimpletum neq; potuit per dominũ noſtrum adimpleri, quòd haberet tutas galeas in pactis ordinatas, non pro commoditate itineris, neq; ſolùm pro tutela ſuæ perſonæ, ſed pro conſervanda partiũ libertate in loco, ſine qua unio vera introduci nõ poteſt: tertiò non eſt adimpletum, quod fuit in pactis, & eſt neceſſarium ex natura rei, 2

videlicet,quod utriuſque in loco potentia foret equalis:hoc autem dominus noſter toto fervore viſus eſt adimplere per ſuum oratorem,& ſuper Gallicos oratores alteram partem requirens, quod ex quo ipſe dominus noſter Papa tutas & communitas non poterat habere galeas,ipſe quoque dominus Petrus de Luna ad locum ſine galeis veniret, aut eas de-
3 armaret in loco:illorum neutrum obtinere potuit:ſed utrũque pars adverſa denegavit. Tertiò,quod poſtquã locusSaonæ fuit acceptatus,multis veritatib.patefactis,quę priùs latitabant,ipſe locus redditus eſt meritò ſuſpectus& unionis veriſimiliter turbativus.primò innotuit quædam determinatio eccleſiæ Gallicanæ, conſtituens domino Petro de Luna ſpatium 10.dierum ad renunciandum, aliàs tanquam ſchiſmaticus aut hæreticus haberetur, & ſine ſua renunciatione ad electionem unici Pontificis procederetur per utrũq; collegium,verum& protenſum nulla mentione de vero Pontifice facta. Cùm ergo multa pręparatoria præcedant ceſſionẽ, ne poſt electionem unici Pontificis reſtet diſputandum,videlicet propter matrimonia,regna.&terras principibus cõceſſa dignitates Eccleſiaſticas elargitas. Canonizationes ſanctorũ factas,& alia plurima,quæ infra ſpatium 10. dierũ commodè fieri non poſſent,factus eſt ſuſpectus, & etiam quòd,licet locus exiſtat ſub eorumdominio,&uſurpatione,ad tam brevem terminum artent partes ,cujus rei nullam habent juridicam facultatem. Secundò per multas literas dignorum fide,de Gallia miſſas intimatum eſt domino noſtro,quòd eidem pararentur inſidiæ,ſi veniret ad locum Saonæ, ad quẽ locum non accederet ſine prudentibus cautelis &ſecuritatibus validis,quas ſecuritates etiam priùs oblatas petivit & obtinere nequivit. Tertiò,ſupervenit,quòd dominus Petrus de Luna Papale palatium in Avinione incaſtellavit,&machinis,baliſtis & bombarbis aliiſque armamentis,munivit,nec ad locum Saonæ voluit accedere,cùm tamen ſit de obediẽtia illius & gubernetur per amicum ejus, niſi eſſet fortis in mari & in terra. Unde præſumitur,quòd inſidias timeat in obedientia ſua & ſub amico ſuo. Quare dominus noſter ibidem extraneus,ſpiritualiter & temporaliter illuc ire non po-
4 teſt,niſi armis munitus,ut ille. Quartò accedit præſumpta violentia regis Apuliæ,& violentia in terris iſtis contra fideles eccleſiæ, quos dominus Papa ex juramento tenetur de-

fendere

ſendere,& ſub Eccleſiaſtico dominio conſervare, quæ violentia nō exerceretur, ut rex prǽfatus eſt pluries proteſtatus, ſi locus Saonæ abjiceretur,imò rex prælibatus promittit obedientiam eccleſiæ & unioni auxilia miniſtrare, dummodo locus ſuſpectus in tutum locum mutetur. Quintò acceſſit ſolennis legatio regis Hungariæ,proteſtans cum pluribus 5
principibus &comitibus de obedientia domini noſtri,quòd ipſe locus Saonæ eſſet unionis turbativus cum comitationibus in obedientia, niſi unio alibi tractaretur in loco tuto: quorum rationabiles perſuaſiones taceantur,quia cum honore alterius dici non poſſunt,quem dominus noſter charitativè nititur conſervare. Sextò ſupervenit,quòd oratores regis 6
Franciæ ſub cujus dominio eſt locus Saonæ,Romæ exiſtentes auſi ſunt dividere Cardinales à Papa, & ſeditionem Romani populi contra eundem dominum excitare,& tandem graviſſimis contumeliis ſuam majeſtatem invaſerunt. Septimò conſiderans dominus noſter non ſolùm, quòd fuit ab- 7
ſolutus à loco Saonæ, ſed propter votum unionis obligatus non ire(cùm non propter loca unio, ſed propter unionem eligatur locus)ut tamen fideles populi,qui ſolùm quæ exteriùs apparent,conſiderant, non ſcandalizentur,ſuum adhibuit conatum,& primò ſe noviter obligavit adire Saonam: quibus quidem mediis ornatus ſimiliter, propter quæ pars ſua ſemituta aliqualiter quieſceret, & adverſa onerata petitionibus condeſcenderet, primò petivit, quòd gubernator Januæ multis rationibus ſuæ parti ſuſpectus, pro tempore unionis rediret in Franciam,ad quod ipſe ſe obtulerat,& Janua remanente ſub gubernatore duorum ex oratoribus regis Franciæ,quos dominus noſter eligeret,ipſe dominus noſter diſſerebat eccleſiæ terras eſſe invadendas, quàm gubernator Januam non invadendam,ſed cuſtodiendam.Secūdò petivit,quod ſibi darentur obſides,centum videlicet Januenſes,& quadraginta Saonenſes,&hoc quidem obtulerant:dabit enim dominus noſter illis ſummum Pontificem & collegium ſuum & totā Romanā curiā, cùm ad eorū dominiū ſe transferet, quaſi in eremū.Tertiò petivit, ꝙ dominus Petr⁹ de Luna,aut ſine galeis,ſicut ipſe domin⁹ Papa,Saonā veniret,aut dearmaret cōductas,ut utriuſq; partis in his accedētib. eſſet æqualitas,quāvis in aliis domini Petri de Luna pars remaneret incōparabiliter magis robuſta:eſt enim interſuos

&

& noſter ibat ad alienos, noſter ut ſic verus Papa ibat, ubi habeterur ut Antipapa, & Antipapa ſtabat & venerabatur falsè, ut Papa. per hoc enim nimium offendebatur veritas, quam Deus defendit. Quartò petivit, ut de his omnibus adimplendis ipſi domino noſtro conſtaret per totum menſem Septembris proximè præteritum, ſed horum neutrum eſt ſortitum effectum: quare ipſe dominus noſter ab obligatione ſecunda, ſpontè oblata eſt abſolutus. Quinto dominus noſter propter tollendum ſcandalum puſillorum Roma receſſit, non cùm parvo diſpendio & periculo ſuorum fidelium & terrarum eccleſiæ, eundo verſus Saonam, ut ſi ei darentur petita adeſſe Saonæ, in termino exponens ſe & totam Curiam ſuam magnis periculis, cùm nullam videret ſibi viã tutam, niſi per Lombardiam diuturnis & graviſſimis guerris horridam & ſqualentem, ad quod perficiendum graviſſimum iter requiſivit potentes obedientiæ ſuæ, de gentibus non multis armorum, quas non valuit obtinere. Sextò idem dominus noſter hujus itineris difficultate percepta, non tamen animo prædictæ viæ dimittendi, conceptum pariter, & contractum de mutatione loci, adverſarium humiliter requiſivit, primò, per ſuum oratorem, ſecundò, per Florentinenſes oratores, tertiò, per oratores Senenſes, quartò, per oratores Lucenſes, offerens eidem etiam illa loca, quæ in principio conventionis Maſſiliæ ipſe dominus Petrus de Luna obtulerat, primò oratoribus dicti domini noſtri, cujus loci mutationis affirmativam non habet. Septimò igitur, quia ex ultimo capitulo conventionis ſæpiùs nominatæ, Antipapa tenetur acceptare unum de locis primitùs ſibi oblatis per oratores domini noſtri (aliàs evidenter eſt fractor promiſſi) humiliter & charitativè dominus noſter per ſuos oratores ſolennes eundem Antipapam requirit, ut ad mutationem velit attendere, quorum nunc expectat reſponſum. Dicit ergo dominus noſter, quid ego debui facere, & non feci: illi locum defendunt, ego unionem quæro. Sicut enim non homo propter Sabbatum, ſed Sabbatum propter hominem eſt inſtitutum: ſic non unio propter locum, ſed propter unionẽ locus inquirendus eſt, & quemadmodum utique propter bonum hominis expedit Sabbato curare, ſic propter bonũ unionis oportet locum Saonæ mutare.

Præ-

Præmiſſa fueruut Senis publicata per diverſos ſermocinatores in vulgari, anno Domini M.CCCC.VII. ipſo die omnium ſanctorum, qui fuit ultimus terminus conventionis in Saona.

CATHOLICÆ MEDITATIONES per Archiepiſcopum Raguſinum Pſeudoprophetam, contra ſchiſmaticos compoſitæ pro ſummo Pontificatu, ac radicatæ in montibus ſanctorum, ubi ponuntur & repetuntur prædictæ XVII. concluſiones, factæ per eundem Archiepiſcopum Raguſinenſem ad impediendam unionem per ceſſionem faciendam in eccleſia generali.

CAPUT VIII.

ANimadvertendum proinde eſt, quòd infrà ſcripta & multa alia inconvenientia, periculoſa & abſurda comitantur & ſequuntur neceſſariò aut veriſimiliter hanc ceſſionem ſui veri Papatus ſanctiſſimi Gregorii Papæ XII. ſi, quod abſit implebitur, prout eſt promiſſa, rebus ſanctę eccleſiæ militātis tam periculosè fluctuantibus ex ſchiſmaticorum pertinaci ſuperbia, & longæva adunata, & habituata multis annis malignitate, ſcilicet: Primò, quia Deus & eccleſia militās, eligens miniſterio reverendiſſimorum dominorum Cardinalium ipſum Papam Gregorium XII. fraudantur à deſiderio ſuo, quantum eſt in ipſo renunciante, quoniam creavit Deus ut eſſent omnia. Sapien. 1. c. Et per conſequens, eligendo creavit Papam Gregorium XII. non ut renunciaret, ſed ut eſſet Papa, ejus vita durante, & ſimiliter militans eccleſia toto miniſterio dominorum Cardinalium, elegit ipſum Papam præ conſortibus, ut longæve in domino frueretur ipſo tanto ſacræ Theologiæ magiſtro, & tam ſervo Dei habituato, non ſunt ergo fideles militantis & eccleſiæ triumphantis, in tanto fraudandi deſiderio ſuo. Secundò, quia verus Papa Apoſtolicus, & Antipapa Apoſtaticus vicarius Jeſu Chriſti & præcurſor Antichriſti pares fierent, aut à multis crederentur in tanta fidei cauſa, de vero Papa contra

d--

doctrinam Apoſtoli 2. ad Corinth. Epiſtola, c. 6. dicentem, Nolite jugum ducere & c. uſque ibi, & ipſe erit mihi populus. Tertiò, quia noſtri veri Papatus certitudo tam longæva ex tali renunciatione facta, & ſi non dico, apud multos dubia crederetur fuiſſe & eſſe, eo quòd ſecundum ſententiā beati Thomæ in ſecunda parte ſuæ ſummæ, ſicut ratio & voluntas manifeſtatur verbo, ita etiam manifeſtantur facto, hoc enim unuſquiſq; eligere videtur, ut bonum opere impleat, & per exteriores actus interioris voluntatis motus & rationis conceptus efficaciſſimè declaratur. Cùm enim aliquid ſic videbitur deliberato rationis judicio provenire. Nō ergo tanta fideliū certitudo, de tam radicali fidei culmine facto aut dicto, aut quibuſcunque etiam in minimo apud quoſcunque ſuſpicando, violari debet, quia parvus error in principio, magnus in fine, ſecundum Ariſtotelem de cælo & mundo, primo. Quartò, quia ex tali renunciatione ſimiliter creditur gravius ſchiſma in eccleſia cauſari, & eſſet noviſſimus error peior priore. Nam notorium eſt ex facti evidentia, quod ideò ſchiſmatici tunc Cardinales & eorum cōplices inchoarunt & cauſarunt ſchiſma, quia poſt coronationem Urbani Papæ, VI. elapſis hebdomadibus & menſibus arguti & increpati fuerunt, quòd dominium ſacræ eccleſiæ tranſtulerunt inconſultè à Gallicis in Italicos, eis ab innato exoſos, & ſuper hoc ſibi ipſis immediatè ſatagentes: inchoarunt & continuarunt horrendum ſchiſma tamdiu in eccleſia militante. Unde ergò tam obſtinati & longævi ſchiſmatis Anticardinales concordabuntur cum noſtris Italicis veris Cardinalibus ad electionem tertii unici & veri Papæ, niſi Italici Cardinales acquieſcant Anticardinalibus: & contententur, quòd dominium ſanctæ eccleſiæ & tota eccleſia electorum tranſferantur (qud abſit) de Italia in Galliam? Si ergò aperiantur oculi fidelium, luce clarius videbūt quòd humanitùs Cardinales Italici & Anticardinales Gallici nullatenus concordabunt, & tunc, quod abſit, fiet ſchiſma longè deterius priore. Quinto, quia militans eccleſia ſanctorum, bono per omnia Papæ & præ multis electo, & omni exceptione majore, ſpoliatur & viduatur dolenter & miſerè, & urbanam non minùs conſultè: nam talis renunciatio à ſchiſmaticis Pariſienſibus ortum habet, de quibus, ſicut de aliis ſuo tempore concurrentibus loquitur Apoſtolus 2. Cor. 11, 2. dicens. Nam hujuſmodi Pſeudoapoſtoli o-

Pariſienſes magiſtri.

perarii ſubdolè, & uſque quo, quorum finis erit ſecundum opera eorum. Sextò, quia militans eccleſia non habens maculam neq; rugam, fortaſſis iniquo, quod abſit, aut hypocritæ vel latenti hæretico, vel ſchiſmatico, aut alteri horũ ſubjicitur, veluti hominum demeritis exigentibus, pluries evenit: ſicut contigit de Papa Leone hæretico tempore ſancti Hilarii &de pluribus perverſis &ſimoniacis &carnalibus paſtoribus. De quibus loquens beata virgo ad ſanctã Brigidam ait. Et licet multi Pontifices ſunt in inferno, non eſt tamen tuum ſcire, ſi anima Joannis Papæ XXII. eſt in inferno, vel non. Unum tamen ſcias, quòd ſuæ decretales nullam continent hæreſim. Septimò, quia per orbẽ per ſchiſmaticos falsè divulgabitur, quod tandem Italici aperientes oculos mentis ſuæ, viderunt ſe malam fidem multis annis habuiſſe, quod & factis fatentur perviam ducti, ꝓpterea in ſanctiſſimis dictis & ſcriptis authenticis & publicis, petũt ceſſionem Papæ & Antipapæ à Papatu, ut cum minori cõfuſione valeant redire ad gremium veræ eccleſiæ Gallicorũ, & idcirco domini Cardinales & eccleſiæ Gallicorum, & ipſorum ſe obligarunt ad renunciationem, & ceſſionem Papatus, aſtringentes ſe ad ipſum, voto, juramento & promiſſione irrefragabilibus, omni via, modo & jure, quibus melius potuerunt, prout per inſtrumenta publica & Apoſtolicam bullam ad Petrum de Luna deſtinatam, clariſſime patet. Et ſic eccleſia malignantium & ſchiſmaticorum à conſueto omnia pie humiliter & caritativè per Apoſtolicum ſuosque dicta & ſcripta & patrata pervertent perverſis interpretationibus, ad malum, dicente Deo de ipſis ſchiſmaticis, tota die verba mea execrabantur adverſum omnes cogitationes eorum in malum. Pſal. 25. Nam dominus ſcit cogitationes talium hominum. quoniam vanæ ſunt, Pſal. 93. Octavò, quia ex tali renunciatione totæ eccleſiæ fidelium, & toti Italiæ in perpetuum præjudiciũ cauſarent, tum quia certa de Papatu veritas factis in dubium revocari videretur, tum quia in tanta veritate ſubſiſtere non valuerunt, tum quia dominium eccleſiæ militantis ad Gallicas tranſtulerunt, tum quia clerum & populum ſuum periculis & confuſionibus longævis expoſuerunt: Sed teſte beato Auguſtino, non licet facere mala ut eveniant bona, Quoniam ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum, ſcilicet exponendo periculis & diſcriminibus, populum

Domini & oves paſcuæ ejus. Nonò, quia ex tali renunciatiõne fideles & amici veræ Eccleſię contriſtantur, animadvertentes, ſe ex hoc ſpoliari magnis & multis bonis, ſcilicet utili, delectabili & honeſto, & videntes ſe veſtiri magnis & multis malis, ſcilicet damnis deſolabilibus, & vituperiis, & fortaſſe etiam mortalibus culpis, quia tanta mutabilitas tantorum negociorum fieri non poteſt ſine magna perturbatione animarum. Nam etiam juſti lętaliter percuſſi & anguſtiati ab innato teſtantur. Unde Chriſtus in agonia, cepit pavere & tedere, dicens. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Decimò, quia ex tali renuciatione obſtinati, cervicoſi ac pertinaces ſchiſmatici, facientes eccleſiam malignantium, per conſequens hoſtes & inimici Eccleſiæ fidelium ſanctorum, lætificantur, & vanis gaudiis replentur: nam animadvertent ſe victores & ſuperantes cum eorum duritie animorum in ſua pertinacia diu agozinantium & in earum malignitate perdurantium, tandem etiam cum falſitate & iniquitate vicerunt homines, fideles Eccleſię ſanctorum, quos tandem ad ſua vota traxerunt, ſibiq; ſubjugarunt in tanto, ut à fidelibus ſicut dii terræ adorarentur ſuper terram & eripient ipſos fideles eorumque bona. Sicut alias Avinionenſes longevé diripuerunt ſymoniis, exactionibus, extorſionibus, & ſubtili ingenio, ut dicebant extorquendam eſſe pecuniam à barbaris, ſcilicet Italicis, Alemannis, Ungaris, Græcis, Anglicis, Hiſpanis, & cæteris nationibus Chriſtianitatis affluentibus, & carnis ingluviæ ac voluptate præ cæteris debachantes, non ſicut filii Dei, ſed ſicut filii hujus ſeculi, qui prudentiores filiis lucis in generatione ſua, Lucę 16. Qui relinqunt iter rectum & ambulant per vias tenebroſas, qui lætantur cùm mala fecerint, & exultant in rebus peſſimis, quorum viæ perverſæ ac infames greſſus eorum, Proverbiorum ſecundo. Undecimò, quia ex tali renunciatione veriſimiliter non erit Papa in Eccleſia militante, vel omnino de gremio ſchiſmaticorum erit Papa, quoniam diſſidentibus votis in electione tertii unici, Cardinales Italicorum, & Anticardinales Gallicorum, vel nullum eligent, vel Gallici duriſſimi & pertinaces in malignitate, obtinebunt de ipſorum malignãtium Eccleſia optatum Papam, qui ab innato malignabitur, & fidelium eccleſia ſanctorum conquaſſabitur in totum, ac ſub-

Ingenium omnium Pontificum.

ſubſternetur ſub pedibus ſuorum ſchiſmaticorum, vindicans in nos fideles, eo quòd non ſimus ſecuti eos in ſchiſmate. Nam non poteſt arbor mala fructus bonos facere, Et; à fructibus eorum longævis, cognoſcimus eos iniquos, falſos, & mandaces ac totò poſſe malignantes, doloſos, ac fraudulentos. Duodecimo, quia per talem renunciationem reges, principes, civitates, provinciæ, & ſcolæ fideles, à multis reputabuntur, & habebuntur pro ſchiſmaticis, aut in fide de vero Papa dubii, quoniàm ex tali renunciatione, certitudo Papatus in dubium revocari videtur, ut ſuprà dictum eſt: Et rex regni redditur dubius de regno ſuo, & ſimiliter reddentur dubii prælati & beneficiati. Tertiodecimo, quia ex tali renunciatione, pares efficiuntur vel judicantur actus juriſdictionales & Pontificiales, Catholicorum & ſchiſmaticorum, tam in clero, quàm in populo Chriſtiano: & ſi, quod abſit, Papa fieret de gremio Eccleſiæ malignantium, ſchiſmatici exaltarentur, & fideles deprimerentur, ſtultorum conditio melioraretur, & ſapientum deterioraretur, veritas periret, ac falſitas triumpharet, juſtitia ſuccumberet, & iniquitas prævaleret, bonitas obſcuraretur, & malignitas exaltaretur, quia uno inconvenienti dato, multa contingunt; quod abſit in Eccleſia ſanctorum. Quartodecimo, quia ex tali renunciatione, impiis præberetur materia, ſæpiùs ſuſcitandi ſchiſma in Eccleſia militanti in futurum, eo quòd Papa & Antipapa renunciarent pro Eccleſia pacificanda, imperii contrà, Papæ ſchiſma excitarent, & ſic Papa timens & cavens, cogeretur condeſcendere ſæpiùs injuſtis petitionibus, & deſiſtere à multis juſtitiis exequendis, ne tanta mala ſibi & Eccleſiæ inferrentur. Non eſt ergo impiis aperienda hæc porta in Eccleſia militante, ne multi tranſeant per eam malignantium, cùm certi ſimus, quòd totus mundus poſitus eſt in maligno, 1. Johan. 5. Quintodecimo, quod ex tam vituperoſa renuntiatione, Roma & Italia perpetuò, & longævè, veriſimiliter ſpoliaretur & privaretur ſede Apoſtolica, injuſtè & miſerè, per ſuos Italicos, tanto honore tantaque gloria deſtituta, & ipſa Petri ſedes ac Romanenſes in dubiis, & confuſibiliter transferretur ad Gallicos, quibus nomen Romanum ſemper extitit infeſtum, ſicut alias tota Romana Curia, & tanta Romanorum gloria ad Aviniones diuturno fuit tranſlata, & tunc erit, quod abſit, quòd maxima

pars fidelium, fidem in qua ſtamus, cogentur abjurare, ſcilicet Papatum dicti Urbani VI. Bonifacii IX. Innocentii VII. & Gregorii XII. & cogentur jurare, ipſos nunquam fuiſſe veros ſummos Pontifices, & tunc multi veri fideles, motu inſtantis, aut futuri mali, negabunt vel dolebunt, ſe unquam fuiſſe filios, & de gremio ſanctorum Catholicorum, ſed confitebuntur falsè & invitè, ſe fuiſſe, & eſſe eccleſia malignantium Gallicorum, ſchiſmaticorum patientium vim, quæ majoris rei impetus, cui reſiſtere non poteſt, vel patientes metum, &c. ſeipſos excuſantes & dicentes, quod timor pœnam habeat, & ad Deum clamantes, dicent, Domine vim patior, reſponde pro me, &c. Sexrodecimo, quia ex tali doloroſa renunciatione, Romani, Italici, & ferè omnes fideles Eccleſiæ ſanctorum reges, principes, prælati, Doctores divini & humani Juris, omneſque magnates divulgabuntur per univerſum, & meritò tanquam inſenſati, hebetes, ignari, animo cæci, vecordes, ſtulti, indocti, inadvertentes, & undequaq;, eo quòd tantā gloriā veri & indubii Papatus hic miſerè ac erroneè perdiderunt ac ad ſchiſmaticos Gallicos indubiè in totos hoſtes propriam ſuamque gloriam tranſtulerunt, contra doctrinam divinam dicentem, Gloriam meam alteri non dabo, Iſajæ 42. Et id Apoſtoli, Bonum eſt enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet. Et econtrà ſchiſmatici Gallici in univerſum à filiis hujus ſeculi prædicabuntur & famabuntur, prudentes, docti, ſenſati, ſapientes, ſagaces, animoſi, virtuoſi, laudandi, venerandi, honoribus digni, hominibus præferendi, omni dominio bene meriti & multiſariè beati, eo quòd ſanctum Papam habentes, falſamque fidem in Chriſtianitate defendentes, nullum jus in militanti Eccleſia habentes tam probè multis annis bellum omnium Catholicorum fortiter ſuſtinentes, & intrepidè contra agnitam veritatem dimicantes, tandem vicerunt & magnificè ſuperaverunt hoſtes ſuos, beantes Catholicos multarum & maximarum partium Chriſtianitatis, ſuoſque hoſtes tam ſagaciter ſubjugarunt ac fruſtrarunt ac circumvenerunt, quod eorum hoſtes Catholici, ſcilicet Papa Gregorius XII. prædictus, ejuſque Cardinales, ſponte & liberè authenticis & ſolennibus ſcripturis, dictis & factis ſponte & liberè, Romæ in pleno dominio exiſtentes, promiſerunt, vo-

verunt

verunt & jurarunt verum Papam renunciaturum Papatui, ſi Antipapa renunciaret prætenſo juri ſuo, & Anticardinales acquieſcerent uni electioni dominorum collegiorum, ſcilicet Cardinalium & Anticardinalium pro militante ecclesia uniendа ita quòd in libera poteſtate ſchiſmaticorum tantum fidei negocium jactarunt & poſuerunt Catholici principes Eccleſiæ ſanctorum, ex quibus cavendum ſummopere, ne ex tali renunciatione confuſionibus plena, catholica eccleſia deplorare diuturnè & irremediabiliter neceſſitetur lamentationes Jeremiæ Prophetæ, amaro animo ſuſpirare, & cum ipſo Jeremia flensque & plangens dicere librum Trenorum, quaſi, quod abſit per totum, altiſſimo intonante de cælis, utinam ſaperent & intelligerent ac noviſſima providerent. Decimoſeptimò, quia ex tali renunciatione veriſimiliter multi fideles periculo ſchiſmatis & hæreſis, & æternæ damnationis exponuntur, tum ex nullo Papa in Eccleſia ſedente, tum ex dubio Papa præcedente, tum etiam ex hoſte, & perſequutione fidelium Papa exiſtente, quia durum eſſet fidelibus, habere Papam hoſtem, nequam & perſecutorem ſuper caput ejus, & propterea fortaſſis nonnulli fidelium minus ſapientes, conciperent & dicerent, Gallici, Hiſpani, Provinciales, & eorum complures, qui tot annis ſuſtinuerunt ſchiſma, & confinxerunt hæreſes ſuper hoc, nemine eos perſequente, aut contra eos hoſtiliter agente, tandem cum tanta eorum gloria concordarunt, & ad unionem redierunt, quare ergo & nos perſecuti, & tyrannizati à Gallico Papa, ſuiſque, non poterimus ſuſtinere, & conſurgere, ac poſtremò honorabiliter redire, ſicut & ipſe ſchiſmatici fecerunt, ideo non eſt præbenda materia tantæ damnationis fidelibus catholicis, & devotiſſimis eccleſiæ militantis, de quibus dicitur: Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, &c. usq; ibi, demergatur in profundum maris. Mathæi decimooctavo, potiſſimum cùm ſint multi alii ſancti modi, & irrepræhenſibiles viæ, militantem eccleſiã uniendi, & dictũ ſchiſma tollendi, divitùs inſpiratæ, & per amplius inſpirandę Catholicis Dei ſervis, & non ſchiſmaticis, ſicut eſt Apoſtolica via ſancti Petri Apoſtoli, XII. doctorib. in Romana curia, pro declaratiõe verę fidei, de vero Papatu noſtro conſtituendis, & etiam multæ viæ ſanctorum tractatuum & eccleſiæ concor-

diæ,ſervato ſemper vero Papatu inconcuſſo,noſtro Papa permanente, ne verę fidei, & ſanctæ eccleſiæ veritas, aliquo lædatur,àut maculetur,clamante JESU Chriſto de ſua veraci,& militantium ſanctorum eccleſia : Tota pulchra es amica mea, & maculá non eſt in te, Cantic. 4. Et ſi minùs conſultè ſanctiſſimus Papa renunciare promiſiſſet, aut voviſſet,vel juraſſet, ſanctè conſultus (quia ſapientis eſt mutare conſilium) in melius in Domino confiſus, in male promiſſis, teſte ſancto Iſidoro, reſcindat fidem, quia Deo magis tranſgreſſionis hujuſmodi, quàm jurisjurandi obſervationes acceptas, ſacra ſanctio teſtatur. de elect. ubi periculum, lib. 6. Cavens tanto ſtudio incautè injuriari,& offendere ex tali renunciatione,& tantis periculis exponere, JESU Chriſti & ſuam ſponſam,non habentem maculam, neque rugam, habet enim ipſe ſanctiſſimus Papa,divina confidentia,& munda conſcientia,tenére atque conſtantiſſimè dicere. Si ſchiſma longævum & maximum in eccleſia militante eſt, neque iniquitas,neque peccatum meum ſine iniquitate cucurri & direxi, Pſalm. 58. Nam omnem venientem ad me non ejiciam foras. Johan. 6. Sed ſuſcipiam omnes, & ſingulos,in viſceribus charitatis JESU Chriſti,qui cum parte & ſpiritu ſancto vivit, & regnat,unus Deus, in omnia ſeculorum ſecula, Amen, Sancti ſpiritus gratia illuminare dignetur, corda & corpora veſtra.

Meditationes prædictas, & omnes concluſiones ipſius Raguſinenſis, ad impediendum unionem præfatam, ipſe Magiſter Theodoricus de Niem improbat, in quodam libello ſuo, qui incipit, A fructibus eorum cognoſcetis eos, &c. qui cauſa brevitatis non eſt ſcriptus in hoc libro, & eſt de parte ſui Viridarii ſuprà ſcripti.

IMPRO-

IMPROBATIONES DICTI ARCHIepiſcopi Raguſinenſis quarundam viarum, pro unione inventarum, per quendam dominum P. de Ancharano, utriusque Juris Doctorem Bononienſem, in quibus inter cætera, dominus Archiepiſcopus quaſdam alias vias, tanquam approbatas, imponit,

CAPUT IX.

AUdiam, quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, Pſal.83. Plebem autẽ intelligo populum Domini, & oves, paſcuæ ejus quæ intrãt continuò & quotidie portas ejus, in confeſſione atria ejus, in hymnis confitentur, & ſerviunt illi in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo, omnibus ſuis mortalibus atque ſempiternis. Tales non ſolùm lingua, ſed & vita, per ſingulos dies benedicunt Dominum, & cantant, Gloria in excelſis Deo: & ideo ipſis eſt in terra pax hominibus bonæ voluntatis, conformis æternæ voluntati Dei, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Tim.1. quia hęc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: Pax autem non eſt impiis, dicit dominus, nec eſt voluntas mea in eis qui relinqunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis, quorum viæ perverſæ ſunt, & infames greſſus eorum, Proverb. ſecundo. De quibus proclamat propheta ſanctus David, Pſal. 13. quòd corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt usq; ad unum, ſepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub linguis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem innocentem, quia timor dei non eſt ante oculos eorum; quibus non ſufficit propria inſania, & damnatio in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ſuis (Matth. decimo) ſed etiam filios Eccleſiæ ſanctorũ patrum ruinare conantur, ſi fieri poteſt, in baratrũ erroris & in gehennam infernalem, tortuoſas, lubricasq; vias, pedibus fide-

Deſcriptio Romaniſtarum.

fidelium Catholicorum præparantes: contra quos clamat Eſajas,& ſanctus Joannes Baptiſta: Parate viam domini, rectas facite ſemitas dei noſtri,ad unionem, integrationemque impræſentiarum(proh dolor)diviſæ Eccleſiæ militantis, & tanquam non eſſet deus in Iſrael, eccleſiam militantem ſanctorum, deum Acheron cui nomen eſt, mille artes ſchiſmatici conſuluerunt,dominantem, conſulentemq; ipſis erroneas immiſſiones, per angelos malos, ſub ſpecie pietatis ruinoſæ, impietatem affectuum reſpicientes, & propterea etiam inviti deflere,& dicere habebunt: Erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis, laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis,& ambulavimus vias difficiles,viam autem domini ignoravimus. Sap. 5. Tales vias difficiles & tortuoſas ac perverſas,& vix bonum exitum habentes, quia vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. Conſpeximus pridie,in tractatu domini Petri de Ancharano, utriusq; juris doctoris, Bononienſis, pro ſedando ſchiſmate decurrenti, & unienda ſancta Eccleſia, militante,confecto, XIIII. die Aprilis, quas vias ſcribit excogitatas à quibusdam doctoribus, ſcholaſticis,atq; Juriſtis: quarum

Petrus de Ancharano.

Via aliquot Doctorum pro ſedando ſchiſmate.

Prima eſt:

Jurium utriusq;, ſcilicet Papæ,& Antipapæ, per ſolennes doctores matura diſcuſſio.

II. eſt,

Sacri Concilii generalis convocatio.

III. eſt,

Compromiſſum in paucis, vel in multis totalis poteſtatis translatio.

IV. eſt,

Sancti ſpiritus in eorum (ſcilicet Papæ & Antipapæ) cordibus,inſpiratio.

V. eſt,

Utriusq; ſpontanea ceſſio,& per utrunq; cœtum Cardinalium,nova electio.

VI. eſt,

VI. eſt,

Ad ſedandum & concordandum, utriuſq; compulſio.

Et quia ſatis benè, & diffusè, primæ quatuor viæ per ipſum dominum P. ſunt impugnatæ, & repudiatæ, tanquã non producentes optatum finem, multis de cauſis : ex hoc ipſas pauliſper reprobandas prætermittimus, ne ſalutifera medicamenta intellectibus errantibus, & affectib. malignãtibus ſubtrahamus, & penultimam, atq; ultimam, quas conatur roborare, & approbare miſerè nititur, brevib. his mediis, tanquam abominandas, & nefandas, ac non pacem, ſed potiùs diſſidium afferentes, judicavimus repellendas: non enim accepimus Spiritum ſanctum cum Apoſtolo Thoma, in deſtructionem, ſed ad ædificationem ſanctæ Eccleſiæ militantis: pro qua dominus noſter Jesus Chriſtus mortuus eſt, turpiſſima morte crucis. Viam ergo voluntariæ ceſſionis, Apoſtolici, & Apoſtatici, & omnem viam iniquitatis ꝑfecto odio habentes, ipſam de ſapientum in domino, Chriſtianorum cordibus uſurpandam, à multis jam annis incepimus, in Domino confidentes, & continuatis ſtudiis, adhuc ipſam annihilare non deſiſtimus, animadvertentes eam nũc potiſſimè, prout eſt minus cautè promiſſum, multifariè, multisq; de cauſis eſſe, ac futuram eſſe periculoſam, & animarum venenis abundantem.

Accingit ſe ad duas poſtremas vias impugnãdas.

Septem ergo contra eam catholicas rationes, pro ſummo Pontificatu fundatas, & radicatas in montibus ſanctis, Spiritu ſancto aſpiratæ mentis, & precibus Eccleſiæ triumphantis, atq; militantis, edidimus, Quià Spiritus ubi vult, & quãdo vult, & prout vult, ſpirat, ſicut & ſuſcitavit Dominus ſpiritum pueri minoris, ad liberandam periclitantem Suſannã de falſo crimine, & ipſas cœleſtes rationes, in curia Romana, & extra divulgatas, eam brevitatis volumus hic habere integraliter expreſſas, in quibus efficaciſſimè probatur, quid verus Pontifex ſummus, nullatenus debet, nec tenetur renũciare Papatui ſuo ad inſtantiam ſchiſmaticorum, aut etiam quorumcunque hominum requiſitionem: quamvis Antipapa Gebennenſis, & Petrus de Luna, ſemper tenetur & tenebatur renũciare omni perverſo juri ſuo, ſub pœna damnationis æternæ, & ſemper ſit, atque fuerit in mora. Formavimus itaque ſeptendecim capitula, in quibus explicavimus XVII. inconvenientia, horrenda & abſurda, ac periculo-

ſa, quæ comitantur,& ſequuntur neceſſariò: aut veriſimiliter, renunciationem ſui veri Papatus, ſanctiſſimi Gregorii Papæ XII. ſi, quod abſit, impleatur, prout eſt promiſſa reb. ſanctæ militantis Eccleſiæ tam periculosè fluctuantibus pertinaci ſuperbia,& longæva ac innata, ac habituata multis annis malignitate, quæ omnia, & alia inconvenientia pertranſimus, ne tædium faſtidioſum lectoribus generetur. Ex quibus rationibus, ſanctiſſimis & graviſſimis, inconvenientibus plenè oncluditur, quòd eſſet via renunciationis periculoſa, vituperoſa, ſcandaloſa, doloroſa, damnoſa, deploratoria, & fruſtratoria, diu & anxiè deſiderante Eccleſię militanti, & potiſſimum, quia non omnium de Eccleſia ſanctorum & Eccleſiæ malignantium, eſt aut eſſet animi una, & cor unum in Deo, nec eorum eſſet in congregatione idem velle, & idem nolle in rebus honeſtis, neq; omnes ſunt habentes voluntatem & ſcientiam ſanctorum, nec omnes ſunt indepēdentes à principibus hujus mundi nequam, & omni carnali & prava affectione, ſed pro maxima parte homines quærunt quæ ſua ſunt, & non quæ Jesu Chriſti ſunt filii Dei per gratiam ſancti ſpiritus inhabitantem: ſed filii hujus ſeculi, & ſecundum carnem ambulantes, & utinam non filii Belial, quorum Deus venter eſt, plenus dolo, invidia, malignitate, mendaciis, infideles adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus: impii non declinantes à malo, nec facientes benè, imo toto ſtudio ſatagētes, ut non Dei ſervum, ſed ſatanæ, & ſimoniæ miniſtrum, habeat in ſummum Pontificem. Quomodo ergo humanitus unio Eccleſiæ per viam ceſſionis promiſſæ fiat, non capit humanus intellectus. Medullitus omnibus attendendum, circumſpectus, ſed potius gravior fieret ſciſſura ſanctæ Eccefiæ, vel nullum diutius Papam haberemus, & tunc ſchiſmatici Catholicos noſtros deluſos, multum ſubſannarent, eo quod acephalos nos reddidiſſent, vel infra nos ſciſſos ut ipſi fuerunt, & tunc per viam ducti, triſtes nos remaneremus longævè dicentes, Væ nobis quia peccavimus, & curavimus errorem usque in finem perducentes: & ubi credidimus reddere ſchiſmaticos Catholicos noſtros, Catholicos fecimus diviſos, bonum utile, delectabile, & honeſtum eis auferentes, ſcilicet principibus, & potentibus, ſapientibus maximarum partium. Cum ergo clareat noſtræ rationi,

quod

quod per ceſſionis viam non neceſſariò, nec veriſimiliter unio ſequatur, non obligantur ad ipſam proſequendam qui promiſerunt, aut voverunt, vel jurarunt, ipſam efficere ceſſionis viam, pro unione ex ipſa ſecutura, quoniam ſublato, vel deſperato fine, tollentur omnino & ea quæ ſunt ad finẽ, quoniam à fine omnia appellantur: juſtum eſt ſecundũ philoſophum, etiam in libro Ethicorum. Attentis igitur ſupra ſcriptis nocuis, & inconvenientibus præallegatis, cum incõveniens non ſequatur niſi ex inconveniente, ſicut & impoſſibile ex impoſſibili: quia poſſibili poſito ineſſe, multu ſeqtur impoſſibile, ut habetur primo Priorũ. Et ſicut ex veris verũ, & ex falſis quandoque verũ, ex veris nunquã falſum, ut ſcribitur ibidem. Conſtat, quod promiſſio ex renunciatione Papatus taliter promiſſa, tamque minus inconveniens non eſt proſequenda, quoniam uno, & tanto inconvenienti dato, multa contingunt de cætero. Et ſicut minimum inconveniens Deo eſt impoſſibile, ſecundum Anshelmum, ſic in ejus vicario facto, eſt irreprehenſibile, & per conſequens undequaque vitandum, eo quòd oportet Epiſcopum, & presbyteros, ac vicarios irreprehenſibiles eſſe, ſecundum Apoſtolum, & ſanctos, Ambroſium atq; Auguſtinum. Ad tollendam igitur ceſſionis utriusque viam, veluti erroneam & periculoſam, facit doctrina S. Auguſtini in ſuo Enchiridiôn libro, dicentis, bonum eſt enim quandoq; erraſſe in via pedum, ſed nunquam in via morum. Cum autem ſæpius homines mortales tã in intelligentibus, quàm in agendis, graviter autem leniter erraverunt, ut conſtat de ædificantibus turrim Babel, ut defenderent ſe à Deo, ſi vellet ipſos punire, quia Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, Matthæi tertio. per diluvium, ut ſecundum Auguſtinum ſuper 5. ut conſtat, de fratribus Joſeoh vendito in Ægypto, ne fieret dominus ipſorum : ac etiam de filiis Iſraël in deſerto, de quibus ac multis noſtris Chriſtianis conqueritur Deus, per David dicens: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi ſemper, hi errant corde, ipſi verò non cognoverunt vias meas. Et Chriſtus JESUS in cruce orabat, dicens : Pater, ignoſce illis, neſciunt quid faciunt. Et Petrus Apoſtolus ſæpius oravit : Apoſtolus Paulus ſibi in faciem reſtitit, quia reprehenſibilis erat. Et conſimiles Eccleſiæ prælati pluries erraverunt,

ut conſtat de rebaptizandis redeuntibus ad fidem ab hæreſi Donatiſtarum,& de Epiſcopis in hæreſi Arriana, tempore ſancti Hilarii doctoris. Quoniam dictante Tullio, Cujuſvis hominis eſt quandoque errare, nullius autem inſipienter in errore perſeverare. Et Angelicum eſt emendari, ſecundum Auguſtinum, & quia multi in ſuis perſeverãt erroribus, ſtultorum infinitus eſt numerus. Nam omnis peccans, errans eſt, ſecundum Philoſophum. Et propterea multi dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, Rom. 1. Nullatenus ergo Catholicis perſeverandum eſt, in tanto ceſſionis viæ errore, quoniam talis renunciatio, eſt propriè renunciatio fideliũ, & talis ceſſio Papatus, potius cæcatio intellectus, alias vias ad ſchiſma tollendas, & ſanctam Eccleſiam ſanctè uniendã, de quibus Petrus de Ancharano in hæc deputatur inter cætera approbare, ſeq; Papam & Antipapam, utrique appellantur ad cedendum vel concordandum, propterea iſtam ſolũmodo auditam, per omnia deteſtandam, judicantes recto judicio, divino & humano, ipſam potius ſilendam & abominandam cẽſemus, quàm multis validiſſimis authoritatibus & rationibus decrevimus impugnandam. Non enim dignã tanto ipſam pretio, aut valore ſeu pondere reputamus, ut honeſto ore deceat etiam ipſam nominare, quemadmodũ Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, quia ore aſſerere nõ fuit auſus, quia pœna potius plectendus quàm verbis objurgandus: & ideo ſtultè in corde ſuo fatuo dixit, eo quod inſipiens erat. Quanquam Antipapa ſit omnino, & modis omnibus, ad voluntariè cedẽdum meritò compellẽdus, omni juri divino & humano, velut & Saulus, ſpirans tunc minarũ ac cædis in diſcipulos Domini appropinquans Damaſcum, extitit à legum latore domino JESU Chriſto, terribili compulſione ad Chriſtianam, quam perſequebatur, veram fidẽ voluntariè ſequendam, ſine injuria coactus, tamen conciliũ ſentire aut firmare de vero ſummo Pontifice, quicquam, quod graviſſimum crimen divinæ & humanæ majeſtatis eſt incurrere, nullus ſanæ mentis dubitare habet. Omnia enim divina & humana jura tanto ſceleri contradicunt, & Papam liberrimum, liberrimeque viventem & agentem clamare nõ ceſſant, Nam cor tanti omnium regum regis, in manu Dei ſolius eſt, & quocunq; voluerit vertet illud, ſcripſit ſapientiſſimus rex Salomon, Proverbiorum vigeſimoprimo. Si enim

parvus

parvus inſultus, metum mortis inferens in officialem, regni jure civium morte puniendus eſt. & pluries extitit punitus, quanto gravius punienda eſſet compulſio, ad civilem mortem regis regum, Dominum dominantium imperatoris vicarii omnipotentis Dei, paſtorem ovium JESU Chriſti? Certè tantum nefas à ſeculo non eſt auditum, nec tantum ſcelus, eſt cunctis uſq; nunc temporibus, a Chriſticolis præſumptũ, in tantum, quod ne thurificantem idolis Papam, poſtmodum martyrem ſanctum Marcellinum, auſi ſunt fideles tunc cõpellere ad ceſſionem, aut indicare ejus cauſam tantæ idolatriæ, in conſpectu omnium populorum gentilium & Chriſtianorum patratum. Sed congregati cum ſancto Marcellino prædicto, flentes & gementes omnes Chriſti fideles, Papæ cum devotione & reverentia dicebant: Væ nobis quia peccavimus, tu pater ſancte ſuſcipe cauſam tuam in ſinu tuo, quia nobis non licet ponere os in cœlum, & in Chriſtum Deum, & conſimiliter etiam ſanctum Clementem, ſecundum Papã, à beato Petro apoſtolo ſubſtitutum, volentes Chriſtiani de cœlo nunquam fieri talem ſubſtitutionẽ per Papam, de ſucceſſore ſibi in Eccleſia militante, nullatenus præſumpſerunt etiam rogare, aut ſibi reverenter perſuadere, aut ipſum qualitercunq; inducere ad ſui Papatus ceſſionẽ, ſed ipſe proprio motu ſponte ceſſit, & unà cum aliis Linum elegerat, Papa verò volens ſequi ex devotione ſanctam Urſulam cum ſodalibus ſuis, & rogatus inſtanter, ne deſereret Papatum à Chriſti fidelibus, & non acquieſcens, nullo modo auſi ſunt cogere ipſum ad non cedendum, aut ad permanendum. Sanctũ etiam Petrum confeſſorem, ſanctum Cœleſtinum quintũ, inſufficientem ad Papatum gubernandum, & diſpenſandũ, ad ceſſionem nemo auſus fuit cogere, ſed prius de poſſe renunciare, decretali edita ultroneus renunciavit Papatui ſuo, tanquam ſoli Deo ſubditus, ſolus ſummus Pontifex, judex & Dominus hominum cunctorum, Sceleſtus & ſacrilegus, ergo quilibet convincitur, Papam aſſerens ad aliquid cogendum per quenquam, directè vel indirectè, per ſe, vel per alios factis, vel intentatis, aut quolibet procuratis, publicè vel occultè, & reum criminis Papam obligari ad incautè promiſſũ aut minus conſultè juratum vel votatum, quoniam ſapientis eſt non proſequi errorem, & cuncta perducere ad debitũ finẽ, ſcilicet & indubitatũ, ab õni periculo & ſcãdalo ſecurũ,

me-

mediis ſanctis, & irreprehenſibilibus apud Deum,& homines bonos Deo dignos,& in ipſo ſapientes,non in carne,nec in ſeculo, nec infernalibus adinventionibus, excogitatis à ſpiritu erroris, durante ſchiſmate multiplicatis annis, cæcitatem cordis eis imminente,quoniam cæcus cæco ducatum præbens,ſeu præſtans,ambo cadunt in foveam,Matthæi decimo ſexto. Spretis ergo, & à cordibus in Domino ſapientũ expulſis quinque prælibatis viis venenoſis, mortiferis,venenis latentibus repletis, ne totus mundus,& ipſum amantes opinentur,aut credant manum Domini abbreviatam,& Jeſum Chriſtum dormire,ſuper ſalute ſuæ dilectæ ſponſæ Eccleſiæ,militantium ſanctorum, contra oraculum divinum clamans in Pſalmis:Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.Pſalmo duodecimo:Infinitæ viæ, ſciant infinitum artificem omnium, Jesum Chriſtum,habentem ſanctas atque ſecuras vias ad annihilandum ſchiſma, cum dignabitur per manus fidelium ſervorum non quærentium quæ ſua ſunt,ſed quæ Jesu Chriſti, & ſalutem totius generis humani,pro qua ſpiritu &mortis oravit ſine intermiſſione,de quibus viis à Chriſto donatis, & in poſterum largiendis,infinita ejus charitate,per merita & interceſſiones ſanctæ Eccleſiæ triumphantis atque militantis, ſciat quando videat ſanctæ Eccleſiæ expedire, quatuor pronunc, hic nominamus.

Via tollendi ſchiſmatis,& unionis reducenda.

I.

Prima, eſt ſanctæ orationis via pro Catholica Eccleſia integranda, pacificanda, reformanda, atque dilatanda ex hoc nunc & uſque in ſeculum,à Solis ortu uſque ad occaſum,&c.

II.

Secunda via,eſt ſalutiferæ benedictionis via,Eccleſiæ ipſius reformativa,per quam omnes venientes, venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.

III.

Tertia eſt, Catholicæ veritatis via, pro unienda Eccleſia militante,redacta & fundata in regula beati Apoſtoli,à fidelibus contra infideles obſervanda.

Quarta,

IIII.

Quarta, eſt Catholicæ ſuavitatis via, pro unienda Eccleſia militante, bene fundata ſuper firmam petram.

Quæ quatuor viæ exercitatæ per omnia, ut decet, divulgatæ authenticè, ut expedit, tollent ſchiſma, & dabunt unionem ſuaviter, ſecurè, completè, & perfectè, necnon ſanctè, ac citò, & infallibiliter, infra annum toto ſtudio continuatæ, eo quòd ſunt catholicæ, benignæ, ſuaves, humanæ, rationabiles, ſanctæ, cœlitus donatæ, ſecuræ, & potius devotis orationibus, & ſanctis deſideriis à Chriſto impetratæ, & infuſæ, vel immiſſæ per angelos bonos, quam adinventæ vel acquiſitæ ſtudio humano, ſunt etiam efficaciſſimæ, & undiquaque optimæ, ad conſequendum finem præoptatum, nullatenus minus, quàm fuerint ad aſſequendam ſalutem generis humani, vita, doctrina, ac paſſio, & mors Domini noſtri Jeſu Chriſti, Apoſtolorum, martyrum, & confeſſorum atque virginum, unà cum miraculis omnium ipſorum, ſi medullitùs ipſæ quatuor viæ purgatis mentibus circumſpiciantur, & debita fide per dilectionem operante, exerceantur per electos ſervos Jeſu Chriſti, quoniam ſicut paſſio Chriſti ſuffecit ſecundum ſufficientiam, licet non ſuffecit ſecundum efficientiam ad omnium ſalutem, prout in ipſa veritatis via prælligata, eſt clarius oſtenſum & probatum, juxta doctrinam, 3. in libro ſuo Magiſtri ſententiarum, ita quod iſtæ ſanctæ viæ ſufficientiſſimæ exiſtunt: & velit nolit mundus, omnes prædeſtinati reducti ſalvabuntur, & multi præſtiti ad tempus etiam nobis diſcipulis ſuis. Confidite, quia ego vici mundum, Joannes 5. Et hæc victoria quæ vicit mundum, eſt fides noſtra, 1. Joannis quinto. Nec nocere poſſent dictæ viæ, vel periculum aut ſcādalum inferre, vel jacturam vel injuriam generant, aut damnum, nec diſſolutionem, nec decipiant, nec fraudant quenquam, ſed afferunt cuiquam conſolatoriam ſalutem, quoniam non poteſt allegare deceptionem, cujus conditio melior facta eſt, inquiunt Jura, nec eſt intendendum perfidis, ſchiſmaticis, aut nimium eis aſſentiendum, qui potius ſatagunt apparere non ſchiſmatici, quam tales non exiſtere, cum tamen debeant per ampliùs non eſſe, ut pertingant à domino apparere, Nam fieri poteſt, ut ſchiſmatici non ſint, ſed non poteſt fieri ut tales non fuerint, nec aliqualiter eſt tolerandum, ut noſtri principes, & cuncti fideles

appa-

appareant dubii in eorum ſtatibus, aut ſchiſmatici minimè æſtimentur, cum ſemper fuerint per omnia fideles, & paſſi-ſunt multa gravia pro fide, nec ipſos lædendos juſtos, aut perdendos pro injuſtis, juſtificandum eſt: unde pro certo ex his ſuprà impugnatis non ſequitur unio, ſed graviùs ſchiſma, aut nullitas Papatus in ſancta eccleſia vel noſtrorū fidelium horribilis jactura, penſatis perſonis utriuſque Eccleſiæ ſanctorum, ſcilicet malignantium & perverſorum affectibus multorum, ſolum quærentium quæ ſua ſunt, & non quæ Jesu Chriſti. de quibus ſcribitur, quod omnes cogitationes eorum ſunt in malum, Pſalmo quinquageſimoquinto: & eorum conſilia errorem, qui obediunt mundo, dæmoniis & carni, multò magis quam Deo omnipotenti, quibus compatiuntur, vel infernus, in effectu ſuo, ut coacti metu habente pœnam, quia timor habet pœnam, 1, Joan. 4. Nam tanta cæcitas ex parte in Iſrael etiam militantè, tam intellectus, quem affectus, quod nec veritas a multis cognoſcitur, nec bonitas amatur, ſed malignantes nullatenus credunt aliquem bonum exiſtere virum, vel ipſum habere propoſitum bonum, & de quolibet juſto præſumūt ſemper malum, etiamſi clareat, ipſum eſſe, ſi contingat eū eſſe bonum, abbreviatione, habitibus & virtutibus infuſis, dicente, ipſis malignantibus, domino Jesu Chriſto: Genimina viperarum, quomodo poteſtis bonum loqui, cum ſitis mali? Matthei 23. Nam non poteſt arbor mala bonos fructus facere: & conſimiliter mali non patiuntur vivere virum bonum. Ex hoc, filii Jacob fratrem ipſorum germanum Joſeph, perſequentes vendiderunt. Sed lapidem quē reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: & à Domino factum eſt illud per ſancta ſervitia ſuorum, ſanctis viis orationis, benedictionis, veritatis & ſuavitatis, & multis aliis: per quas cuncta promiſſa vota jurata pleniſſimè adimplentur, & gaudia bona adhuc adiicientur, quæ ſchiſmaticorum oratio petere non præſumit quoniam Dominus noſter Jesus Chriſtus, amor, dilectio, & charitas æterna, per amplius diligit ſponſam ſuam chriſſimam, quā Chriſtianus quiſque amare queat. Et ideo ipſe per ſuos electos uniet ipſam, tempore quo voluntati beneplaciti volet, & ſuis modis cœlitus donatis, cum nullius injuria, damno, vel jactura, nullius tandem ruina vel mœrore, eo quod

Deus,

Deus, & pater domini noſtri Jesu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, conſoletur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos qui ſub preſſura ſunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipſi à Deo: Quoniam ſicut poſſeſſiones Chriſti in nobis, & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra, ſecunda ad Corinth. primo. Nam nulla nobis adverſitas nocebit, ſancto Gregorio teſtante: Si nulla in nobis dominatur iniquitas, ſed ſolus Deus, creator & redemptor omnium noſtrûm, dominatur nobis, non patiens nos tentari ultrà quàm poſſimus ferre, ſed cum tentatione facit proventum. 1. Cor. 10. Ne inducamur in tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, precemur nos dominum noſtrum Jesum Chriſtum, qui cum patre & ſpiritu ſancto vivit, vincit & regnat in virtute perfecta, trinus & unus Deus, in omnia ſeculorum ſecula, Amen. Actum Senis XV. Novembris, M. CCCC. VII. per Archiepiſcopum Raguſinenſem prædictum, & ſacræ Theologiæ magiſtrum.

COLLES REFLEXI
TRACTATUS. V.

Hic incipit tractatus, qui dicitur aut intitulatur Colles Reflexi: ſunt enim hic dicta contra ſuprâ ſcriptas concluſiones Archiepiſcopi, longa & tædioſa, vera tamen & utilia.

Deter-

DETERMINATIO CUJUSDAM ABbatis,ſacræ Theologiæ profeſſoris, ſuper ceſſione & renunciatione cum improbationibus, & deſtructionibus dictorum & argumentorum Archiepiſcopi Raguſinenſis ſuprà dicti,

Caput I.

AD quæſtionem ergo veniendo,& pro zelo domus Dei,veritati inſiſtendo,cum timore tamẽ & tremore,quia poſitus ſum doctor gentium in fide & veritate,eam amplectendo, licet ſecundum Terentium,Veritas odium pariat. Veritatem ergo dicam,quæ mihi videtur rationi eſſe conſona , & totus mundus exclamat doctor gentium 1.Timoth.2.illius dulcis Chriſti Jeſu ſanctæ Eccleſiæ paſtoris unici authoritati intendendo.Lucæ duodecimo,& Matthæi decimo:Nolite timere eos qui occidunt corpus, animas autem occidere non poſſunt.Super quo Chryſoſtomus tranſſumptivè inCanone 11. quæſt.3.dicit.Nolite timere eos qui occidunt corpus, ne fortè præ timore mortis non liberè dicatis, quod audiſtis. Ex his,inquit,verbis oſtenditur,quod non ſolum ille eſt proditor veritatis,qui tranſgrediens veritatem,palàm pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam ille, qui non liberè pronunciat veritatem,quam liberè pronunciare debet, aut non liberè veritatem defendit,quam liberè defendere convenit; proditor eſt veritatis, quia ſecundum Pythagoram 3.de ſuis præceptis:Poſt Deum veritas eſt colenda,quæ ſola homines Deo proximos facit.Veritatem ergo dicam tituli propoſitæ quæſtionis,quantum hebes meus intellectus attingit. Pauperculus ego Andreas,Abbas monaſterii de Randuphe, ordinis ſancti Benedicti Bracharenſis dioeceſeos, ſacræ Theologiæ profeſſor,non ſolummodo diſputabili,ſed etiam conſultivo,& prædicabili, pauca ex meis inſerens, ſed in omnibus Patrum ſententias ſequens,ſubmittens me in omnibus dictis,& dicendis,correctioni,informationi,ac decimationi ſanctiſſimi patri domini mei Apoſtolici Gregorii XII.& alio-

Andreas Abbas monaſterii de Randuphe, ordinis ſancti Benedicti.

orum dominorum,& magiſtrorum, quorum intereſt tales corrigere, paratus enim ſum,protector nunc corrigere, revocare libenter, dum tamen a veritate fidei Catholicæ non deviet,& tranquillitati ac paci totius ſtatus Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ conſonet. In principio igitur hujus quæſtionis, Spiritus ſancti auxilio invocato, ut dignetur ignem ſui amoris in me accendere, & lucis ſuæ radio illuſtrare, quoniam ſecundum Auguſtinum 3. de Civitate Dei, nunquam vivificat, nec illuſtrat Eccleſiæ membra, niſi fuerint in pace unita, ſuper Apoſtolos habentes cor unum,animam unam in Domino. Actorum 4. Cecidit Spiritus ſanctus ex cæli faſtigio, dignetur ergo meipſum, & cæteros Chriſti fideles regere, ac pacificare nos omnes, & unire per præſentiam corporalem, uniformes pariter propter cor Domini, unitatem & unionem loco Eccleſiæ,ac ſub ejuſdem ſpiritus ſancti vicarii regimine unius, propter præmiſſam ſtabilitatem, verba ſunt Bernhardi in ſermone, hodie ſedente in Throno: pro totius ergo tituli declaratione multiplicati,me munio concluſiva ſuppoſitione. *Concluſivæ ſuppoſitiones abbatis prædicti.*

1 Prima ſit Ciceronis in libro de Republica, ſic populum diffinientis: Populus eſt cœtus multitudinis, juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus: ergo ſi non eſt juris conſenſus ac communis utilitas, nulla vera & ſancta eſſe poteſt ſocietas. Si ergo in Eccleſia hujuſmodi conſenſus non invenitur,communio ſancta fidelium eſſe non videtur contra articulum fidei.

2 Secunda concluſio ſuppoſitiva. Eccleſia Catholica eſt cœtus multitudinis,à Chriſto inſtitutus, unius conſenſu & utilitatis communione ſociatus: patet,quia ex omni gente Græcis, Latinis, & Barbaris, ſanctorum conſiſtit communio per Chriſtum inſtituta, ex membris variis unum corpus conſtituentibus conſolidata. Paulo dicente ad Romanos duodecimo: Multi unum corpus ſumus in Chriſto, alter alterius membra. Et 1. Cor. 12. Etenim in uno ſpiritu,nos omnes in unum corpus baptizati ſumus:

3 Tertia ſuppoſitiva. Eccleſia Catholica,eſt res communis & publica,quæ ſumma debet regi æquitate, moderamine & juſtitia, patet ſecundum Plutarchum in lib. de inſtitutione Trajani, Quia cum res communis ſit corpus quoddam, quod divini muneris beneficio animatur, & ſummæ æqui-

quitatis agitur nutu,& regitur quodam moderamine rationis,& ſecundum Annium Florum, loquentem de Romulo, in principio hiſtoriarum Romanarum, ideo, ex variis quaſi elementis congregatum corpus unum populū Romanum effecit. Cum ergo talis ſit Eccleſia ſancta, omnino ergo debet regi moderamine & juſtitia:ſed ubi non eſt perfecta pax, non invenitur talis juſtitia, ergo protunc nec æquitate nec regi moderamine eſt dicenda. Videtur hanc ſuppoſitionē corroborare Auguſtinus 19. libro de Civit. Dei, cap. 20. & 21. per totum, ubi videtur probare, quod ſicut non eſt vera ſapientia, quæ intentionem ſuam in his quę prudenter diſcernit,gerit,fortiter cohibens, temperanter juſteque diſtribuit,niſi ad illum dirigit finem, quem Deus, Erit omnia in omnibus pace perfecta, ſic ubi non eſt vera juſtitia Juris conſenſu, ſociatus cœtus eſſe non poteſt hominum.

4 Quarta ſuppoſitio,virtutū præmiis,& laudum inſigniis merentur dignificari,bonum commune, & unionem totius Eccleſiæ procurantes viriliter, & pro pace Eccleſiæ zelantes cordialiter: patet primo tam per doctores ethnicos, quàm veteres catholicos gentiles, antiqui cordialius commune bonum procurantes,non ſolùm divinis laudibus ſunt honorati, & ſupra cæteros exaltati memoriis perpetuis, multis ſeculis deminati,ut deducit Valerius,in dictis & factis memorabilibus Romanorum, quinimo ſunt per veteres philoſophos libris, litera,ſermonibus,coævis prædicati,nomine indelebili præconizati laudes & eorum gloriam narrantes, qualiter fuerit in eis pia ſollicitudo, & vehemens dilectio, pro ſalute ipſius rei communis, ſtabilis & fixa, fervens æmulatio, terrenorum omnium deſpectio, terribilium,arduorum omnium aggreſſio, periculorum & laborum perpeſſio,mortis libens ſuſceptio,& necis ſuorum filiorum,cognatorum, ſeu charorum, occiſorum pro bono communi, minimè lamentatio, quia in eis vigebat ſolius boni communis, ſalutis deſideratio: patent hæc iſta apud Valerium præfatum intuenti lib. 1. cap. 19. libr. 5.cap.6. & lib.6 .cap.6.

5 Quinta concluſio: Unusquiſq; paupertatem deſpectam magis debet diligere quàm pacem & unionem reip. Eccleſiæ,cum ejus diſſenſio præterire: patet exemplo antiquorum,bonum commune zelantium,qui,ſecundum Auguſtinum

num lib. 2. de Civit. Dei, cap, 19. in tantum bonum commune adauxerunt,&pro ipſo laboraverunt,quod cum haberent opulentiſſimam remp. id eſt,rem populi, rem patriæ, rem communem,ipſi in ſuis domibus pauperes erant, Tullio hac voce exclamante lib. 3. de Offic. cap. 3. neq; ſolum nobis vires eſſe volumus,ſed liberis,propinquis,amicis, & maximè reip. Singulorum enim facultates,divitiæ ſunt civitatis. Quia omnium ſocietatum nulla eſt gravior,nulla charior,quam ea,quæ cum rep. eſt unicuiq; veſtrum, ait ipſe primo de Offic. cap. 18. Sic ergo loquendo verbis Auguſtini. 5. de Civit. Dei, cap. 14. Si iſti non redempti precio ſanguinis Chriſti,nec ejus ſacramentis,regenerati,nec ad augmentum meriti, & cumulum præmii æterni,talia fecerunt amore patriæ,& laudum cupidine,prout loquitur Poeta: Vincit amor patriæ,laudumq; immenſa cupido. Quid magnum ſi pro vera libertate, quæ liberos facit à damnatu diaboli,& pro charitate liberãdorum hominum,nos Chriſti redempti ſanguine,potius paupertatem decernimus ſufferre, quam tot ſciſſuras videre, hujuſmodi ſanctæ reip. eccleſiæ ?

Sexta concluſio, pro ſedando ſchiſmate ſanctæ reip. eccleſiæ,nullus metus, aut periculum eſt formidandum, imo eſt ſubeundum voluntariè. hanc concluſionem deducit Tullius de re communi,libro ſecundo Rhetoricæ capite quinto,quæ cum ſit tam chara,tam dulcis : Ideo nullum periculum eſt vitandum pro reipublicæ ſalute,ut hiſtorialiter dicit Valerius libro ſecundo capite primo , & Vegetius libro quarto capite ſecundo : & Auguſtinus ſecundo de Civitate Dei capite decimooctavo. & Egidius libro 6. ubi inter alia, de illo Joſepho narrat, cum videret patriæ ruinam , in deſtructione civitatis Hieroſolymitanæ , amaritudine flevit, ut evaderet. Dulce enim ei erat mori pro patria , ad idem percuſſo ſaxo caput interiit : quia revera ſecundum Tullium libro primo de Officiis, capite 18. Chari ſunt parentes, chari ſunt liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates, patria una complexa eſt, pro qua quis bonus non dubitat mortem appetere, ſi ei ſit profuturus genus electum, regale ſacerdotium. 1. Petri 3. debemus pro unione & pace univerſalis eccleſiæ, ac fratribus , animas ponere, 1. Joan. 3. & commune bonum, jam bonum Eccleſiæ,pro quo Chriſtus crucis mortem ſuſtinuit,clementiſſime

reformare, reformatum præſervare, præſervatum gubernare,& omnia pericula cordialiter poſtponere, ut ei ſubveniatur pacis virtute. Sic enim in procellis merces jactantur de navibus, propter majus bonum, id eſt, illorum qui ſunt in
7 mari ut ſalventur, ut habetur 1. qu. 7.c. diſpenſationes. Septima concluſio: Chriſti fideles in Dei fundati charitate, omnibus ſuis poſtpoſitis, debent laborare pro pace ſanctæ eccleſiæ ac tranquillitate: patet, quia quilibet fidelis tenetur eſſe in charitate,& charitas, ſecundum Auguſtinum in Regula clericorum, non quærit quæ ſua ſunt, quia communia propriis, & non propria communibus anteponit. Idem confirmat Leo Papa, in quodam ſermone inquiens, Publica præferenda ſunt propriis, imo virtus juſtitiæ eſt, propriis poſtpoſitis, communibus ſubvenire: hoc teſtante Ambroſio tertio libro de Paradyſo, Sic juſtitia magis aliis quam ſibi prodeſt, & utilitates ſuas negligit, communia emolumenta præponit. Et idem libro ſecundo de Officiis dicit, Juſtitia eſt, quæ nil alienum vendicat, quæ cuilibet dat quod ſuum eſt, quæ negligit pro priam utilitatem, ut ſervet communem æqui-
8 tatem. Octava concluſio, Res Eccleſiæ publica, omnino erit ſalva, ſi ejus unio, quæ nunc poſtulatur ab omnibus, ſit deſiderata: patet ex verbis Auguſtini ſecundo libro de Civitate Dei, capite decimonono, dicentis. Tunc ſalvam eſſe rēpublicam, cum ſecundum jus omnes conſentiunt, & ad utilitatem communem omnes intendunt, voce Tullii exclamante in Officiis c.2. Unum, inquit, debet eſſe propoſitum omnibus, ut eadem ſit utilitas uniuſcujusq;, & univerſorum, quam, ſi ad ſe quisq; rapiat, diſſolvetur omnis humana conſociatio: ſi ergo ad unionem propoſitum fidelium referatur Eccleſiæ, indiſſolubiliter permanebit ejus ſtatus, ac immobiliter, ſicut terra immobiliter ſtat, eo quod q̄libet ejus pars tēdat ad unum, ſcilicet ad centrum, ut patet 2. de Cælo & mūdo. Navis enim regulariter ducitur, cùm à remibus movetur æqualiter acies proficit, & ſuſtinetur quamdiu concorditer tenetur, ſic verbis loquendo Valerii lib.2. capite, 1. Si fidelium Chriſtianorum, fidum & altum in re communi pectus, cura, ſilentiiq; ſalubritate munitum, & vallatum undiq; foret, ejusq; limen intrantes, abjecta privata charitate, communem, ſeu publicam induerent, revera ſalva foret, & terribilis, ut ca-
9 ſtrorum acies ordinata Dei ſancta eccleſia: Cantic. 2. Nona con-

concluſio: Nullatenus ſacroſanctæ Eccleſiæ debet juſtè impediri unio, propter amorem divitiarum, quæ omnium malorum ſunt radix. Ergo ne cuiquam noceatur, ut communi utilitati ſerviatur, capit. 6. offic. dicit Tullius, Primum munus juſticiæ eſt, ne cui quis noceat. Deinde quod communibus utatur, ut privatis & ſuis: unde Ambroſius lib. 1. de officiis, ait, quod juſtus communia habet pro ſuis, ſuaque pro communibus, ſimilem juſticam allagabat Antipater, homo acutiſſimus, contra magiſtrum ſuum Babylonicum, ut Tullius refert 3. de Officiis, cap. duodecimo. Volebat enim, allegans quòd omnia facienda manifeſta videātur, cùm homo hominibus conſulere debeat, & ea lege ſit natus homo, ut utilitas cujuslibet, ſit utilitas communis. Hanc eandem concluſinem tractat Chryſoſtomus in Homelia quadam, ſuper illo verbo, Matt. vigeſimoquarto, ut allegat ſanctus Thomas in Gloſſa centeſima, ſcilicet, Beatus ſervus, quem cùm Dominus veniens invenit vigilantem, ubi dicit, Duo exigit Dominus ab hujuſmodi ſervo, ſcilicet prudemtiam & fidelitatem, fiedelem enim eum dicit, quoniam nihil quod Domini ſui eſt, fecit ſibi proprium. Prudentem autem, quoniam cognovit diſpenſare quæ data ei ſunt, & ſequuntur adaptanter etiam ad principes ſeculares, hæc quæ dicta ſunt de ſermone, de virtute, de pecuniis, de omni diſpenſatione, quæ cuiq; commiſſa eſt, ŭnūquenq; enim his quæ habet ad communem utilitatem ubi oportet, ſive ſapientia, ſive principatu, ſive divitiis, & non ad nocumentum ſervorum. Hæc ille. Decima concluſio: Nullatenus, propter propria commoda debet ſchiſma tam nefandum ſuſtineri in Dei eccleſia, patet, quia illa debent poſtponi & communem pacis utilitatem apportare. Sicut enim inquit Gregorius in regiſto, & habetur 8. q. 1. c. 3. ſcripturis. unigenitus patris, pro explenda utilitate omnium, de ſecreto patris exinanivit ſeipſum, formam ſervi accipiens, ad Philip. 2. Et ad commodum noſtrum eſt egreſſus, obediens usq; ad mortem: nos quid dicturi ſumus, qui utilitates noſtras præponimus utilitati proximorum? Quies (inquit ipſe) ex corde appetenda, eſt, & tamen pro lucro multorum aliquando poſtponenda. Hoc etiā innuit Auguſtinus in epiſtola ad Eudoſium, & habetur 16. q. 1. ubi dicit, Vos fratres exhortamur in Domino, ut propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & usque ad finem vitæ per- 10

ſeveritatis,ſcilicet, ut nec veſtrum ocium neceſſitatibus eccleſiæ præponatis. Et Caſſiodorus lib. 3. Epiſtolarum,epiſt. 25. dicit hoc idem ſic juſtū eſt,nos omnes ſacrum ſtatum eccleſiæ orthodoxæ zelare,ac diligere,& omnibus poſtpoſitis, ei ſubvenire per obſequia fidelium,ut omnibus creſcat utilitatis augmentum. Et ideo Tullius dicebat ,lib 1. de Offic. In hoc naturā ducem ſequi debemus , communes utilitates in medium afferre. Nam ſecundum Hieronymum , ſuper Matt.lib.3. latro eſt,qui domum Deiconvertit in ſpeluncam latronum:qui lucra de religione ſectantur,& ideo ſi proprium quærit commodûm,cum dānabili diſperſione eccleſiæ. Hoc magis eſt contra naturam,quam dolor , & quam morbus,& quàm cætera quæ poſſunt corpori accidere: & hoc ideo,quia tollunt conjunctionem hominum,&ſocietatem,q̄ ſecundum naturam eſt. Verba ſunt Tullii lib.3. deOffic.cap. 5.ubi etiam ait: Hæc enim ſpectant leges , hanc volunt incolumen eſſe civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos mortis exitio,vinculis,damno coërceant leges. Et ergo ratio nulla permittit,ut propter propria commoda , tamdiu ſuſti-
21 neatur ſchiſma in eccleſia Dei : Ergo,&c. Undecima concluſio:Res communis eccleſiæ manu teneri , & ea ſervari debet unione pacifica , propter naturam, ſecundum Auguſtinum libro decimonono,de CivitateDei:Tale ſit bonum pacis,ut in rebus datis, nihil gratioſiùs ſolet audiri, nihil delectabiliùs concupiſci. Unde& ſecundum Ariſtotelem 5.Polit.ut allegat Egidius de regimine principum, parte ſecunda tertii libri,cap.8. Ad verum regem ſpectat,ut maximè procuret bona communia,& regni reditus ſtudeat expendere in bonum commune,vel in bonum regni. Cùm ergo bonum pacis, tantùm ſit bonum,ſequitur,quod hujuſmodi bono,eccleſia præſertim debet conſervari. Unde idem Egidius , in eadem parte 2. lib. allegans Ariſtotelem,ubi ſuprà dicit, quòd conſuevit antiquitùs aliquis in regem præfici , ob exceſſum virtuoſarum operationum. quia bonorum virtuoſorum eſt,eligere potiùs bonum commune, quàm privatum : ideo ſi dominetur unus propter bonum commune,eſt principatus juſtus,& vocatur regnum,ſi enim propter bonum proprium, eſt perverſus,& vocatur tyrannis,ait Egidius.parte ſecunda, lib.3.c.12. Pacem non diligit,imò totam civitatem perdit, ut teſtatur Ariſtoteles 2. Polit. c. 13, Corrupti enim quidam, inquit,

inquit, argento totam civitatem prodiderunt, & propter eſſe publicum magnum. Oportet enim politia ſalvanda cẽs eſſe, & velle civitatis unanimes eſſe, & permanere, & ideo Hypodamus Philoſoph⁹ d. xit, 2. Pol. quod ad dominũ & principẽ ſuperiore ſpectat, habere curam de rebus cõmunibus, de peregrinis, & de orphanis, ut vivant in pace. Duodecima concluſio: &, ſi ſummadiligentia bona procuramus, ppria, multo magis eſſent conſervanda & diligenda communia, patet: quia propria non ſunt noſtra quæ nobis appropriam⁹, ſed ſolum communia. Nam cupiditate ſtulta, imò cæca, lucra propria quærimus, & bona communia, ut aliena reſutamus, quia ſi conſideremus, ſolum ſtulta avaritia mortalium poſſeſſionem proprietatemq; diſcernit, ait ille Seneca, in Epiſtola ad Lucilium, 29. & ſunt verba Auguſtini Epiſtola 24. ubi ſequitur, nec quiſquã ſuum credat, quod eſt publicũ, ſed ſapiens ſuũ non judicat magis, quàm illius, cui humano generi conſortium eſt, nulla eſſent communia niſi pars eorum pertineret ad ſingulos. Ergo videtur, quòd magis ſint communia diligenda, cùm pluribus ſint neceſſaria: ſunt enim ſapientes ſimiles Soli & Lunæ, qui omnib. lucent, & non uni tantùm oriuntur ait Seneca Epiſtola 99. Sicut ergo communis eſt Sol omnibus in ſimilibus appropriatur cuilibet. Sic communia non debemus putare aliena, ſed conſervare ut noſtra propria, docente Terentio in Eunucho, Homo ſum, quare nihil humani à me alienum puto. Ergo ſuppoſitio, &c. Tertiadecima ſuppoſitio, Commoda omnino debemus negligere pro unione Eccleſiæ, & fidem juramentorum de ſchiſmate ſedando, nullatenus prætermittere, patet, quia contra fidem hujuſmodi non eſt fiendum. Ergo nec contra Eccleſiam, patet autem per Tulliũ 2. de Offic. c. 17. ubi inquit, nec contra remp. nec cõtra jusjurandum amici cauſa vir bonus faciet, nec turpia facienda amici cauſa ſuadet. Idem de Offic. c. ſexto dicit, nec contra remp. neq; contra jusjurandũ amici cauſa vir bonus faciet, & ideo reipub. profuturi omnino Platonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quæcunque agant, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus Reipublicæ, curent: nedum partem aliquam tuentur reliquas deſerant. Ut enim tutela, ſic procuratio Reipublicæ ad eorum utilitatem quæ commiſſa ſunt, non ad eos, quibus

commiſſa eſt, quærenda eſt:qui autem parti civium conſu-lunt partem, negligunt rem, pernitioſiſſimam in civitatem
14 inducunt ſeditionem atque diſcordiam. Quartadecima con-cluſio ſuppoſitiva, unio amicitiæ membrorum hominum totius Eccleſiæ unum debet ſentire, & nullatenus ſeditionē facere, probatur concluſio per ſimile de re communi:dicit e-nim Tullius in lib. de amicitia. Hi qui ſe ad Rempublicam tranſtulerunt, omnes ad idem unum ſentiunt,& ſine amici-tia vitam eſſe nullam conferunt,quia non poteſt quisq; be-ne degere, qui ſe tantum intuetur,alteri ut vivas oportet, ſi vis tibi vivere, hæc ſocietas diligatur & ſanctè ſit obſervata, quæ nos homines hominibus miſcet, & judicat aliquòd eſ-ſe commune Jus generis humani, revera,ut dicit Saluſtius de bello Catilinario, Pulchrum eſt benefacere Reipublicæ, & bene dicere, & hoc fit communiter, cum membra Rei-publicæ mutua conſociantur amicitia, & ideo dicebat Ari-ſtoteles 2. Politic. capite ſexto, Amicitiam quidam putat maximum honorum eſſe civitatibus.

Iſtis ergo præſuppoſitis ſuppſitionibus ſeu concluſionib⁹ pro totius quęſtionis verificatione:vidèndum eſt de ſuppoſi-tis in quæſtione. Et quia tota materia tituli quem ponitis verſatur circa materiam pacis & concordiæ Eccleſiæ, ideo in generali videndum eſt de pace ac concordia: ſecundò eſt vi-dendum,de ejus oppoſito, ſcilicet diſcordia,etiam in univer-ſali,ut oppoſita juxta ſe poſita clariùs eluceſcant.

Concluſiones de concordia.

Principatus unius paci conſervanda aptiſſimus.

1 Sit igitur prima concluſio de concordia: quòd propter bonum pacis& unitatis totius ſanctæ eccleſiæ,expediens fu-erit unum ſolum Apoſtolicum ac Chriſti vicarium in terris habere. Hanc concluſionem probat Hieronymus 92. Epiſt. dicens,Quod in omni Republica aut aliqua alia ſocietate re-ctè ordinata unus debet principari, ne fiat diviſio. Hæc vi-detur velle Egidius de regimine principum lib. tertio, parte ſecunda, capite 34.ubi ſic dicit, Expediens enim fuit regno habere unum principem,ne malefici turbent civium pacem. Intendere igitur debet quilibet legiſlator, ut corda civium ſint tranquilla,& ut cives vivant pacifici & unanimes.Quia, ut ipſe dixit,ubi ſuprà,ob hoc homines primò civitates inſti-tuerunt,ut concorditer viverent & amicabiliter, nocivaque repellerent. Unde dicit ſic, Naturaliter ex hoc ſunt conſti-

tutæ

ſutæ civitates, una de cauſa, ſcilicet, quia homines ſicut habent naturalem impetum ut pacificè vivant, & ut hoſtibus faciliter reſiſtant, quod fit per amicabilem ſocietatem principatus, & regni, & ſubditorum. Vidimus enim civitates non exiſtentes ſub uno rege, plures guerras & diſcordias habere ad invicem. Sic ergo ad ſervandam pacem in principatu eccleſiæ datus eſt nobis princeps, rector, & cenſor, qui ut caput membra diſſonantia: ſic ipſe diſcordantes tenetur ad pacem revocare potiùs quàm ad judicium provocare, ut notatur in Decretis diſtin. Sed ultrò. & 5. quæſt. 7. Si primates 4. diſt. 90. cap. Studendum. quia pax & unio eccleſiæ debet eſſe intenta à legislatione, dicit Egidius in libro de Regimine principum parte 2. lib. tertio. c. tertio, aut principe ſeu rege, ſicut ſanitas & æqualitas humorum eſt finaliter intenta medico; quia in hoc gratia regis extollitur, ſi in æquitate pacis populum dirigat, & in juſtitiæ opere conſervat dicit Caſſiodorus libro 1. Epiſtolarum. epiſtola 30. Hæc enim, dicit ipſe, bonarum artium decora eſt magiſtra: & ad propoſitum, epiſtola 22. dicit, Decet regalis apicis curam generalitatis cuſtodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, ſi ab omnibus pax amatur. Quid enim eſt, quod principem meliùs prędicit, quàm quietus populus, concors ſenatus, & tota Reſpublica morum honeſtate veſtita? Hæc ille. Ut dicat quilibet ad ſuum proximum illud 2. Paralip. 16. Fœdus ſit inter me & inter te, & pater tuus & pater meus habeant concordiam. Secunda concluſio: Pax civium Eccleſiæ etiam uſque ad mortem eſt proſequenda, & ſchiſmata in Dei eccleſia viis omnibus ſunt dirimenda. Probatur: Nam Chriſtus caput eccleſiæ, mortem ſuſtinuit pro ejuſdem civium ſalute. Ergo ſic nos facere debemus. Quia ejus filii ſumus, ſi pacem tenemus, ſecundum Gregorium in Paſtorali, ſicut dicit ipſe ibidem, Proculdubio Satanæ ſunt filii, qui pacem perdunt: imò in hoc cognoſcunt nos omnes Chriſti eſſe diſcipulos, ſi dilectionem pacis habuerimus ad invicem, Joan. 18. Super quo verbo dicit gloſſa, Unitas & concordia effecerunt nos templum Dei, & tunc Deum veraciter honoramus, quando unanimiter & concorditer vivimus: tunc oſtendimus quòd ſumus Chriſti diſcipuli, ſi tenemus unitatem charitatis Chriſti. Ipſe dominus ait, In hoc cognoſcent o-

mnes,quòd mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionem habueritis ad invicem.

3 Tertia concluſio:Eccleſia reformata & unita pacis & unionis vinculo,ſalva erit,permanebit ſecura perpetuò. Hoc patet per Senecam,lib.2.de ira,ubi inquit, Non enim poteſt eſſe ſalva ſocietas,niſi amore&cuſtodia partium.Nihil enim utilius civitati concordia,ait Commentator 9. Ethicorum, ubi narrat, quantum concordia Græcorum cum Xerxe gratiſſima, & conferens toti civitati fuerit. Quocircà idem Senec.lib.3.de Clemētia c.4.dicit,Unū eſt in expugnabile munimentum,amor civium:quod pulchrius , quam vivere cūctis optantibus?Ideo Egidius de Regimine principum lib.3. par.2.c 19.dicit,Quòd pax, virtus & ſcientia ſunt tria maxima bona in regno,ex quib.videtur Rempub.eccleſię catholicæ ſalvari perpetuò , ſi uno connectamur pacis vinculo.Et filii Iſrael uno agmine perſequentes debilitabant omnes,Judi:3.Nam talem Rempub.quę commune bonum in concordia reſpicit,beatam & felicem Academici & Cynici vocare voluerunt,allegat Auguſtinus 19.de Civitate Dei c.9. ubi ſic perſequitur,Hanc vitam Academici &Cynici beatam & etiā ſocialem perhibent eſſe, quæ cunctorum bona propter ſeipſam diligat ſicut ſua,eisq; hoc velit,quod ſibi in domo , ſicut ſunt conjunx & liberi, & quicunq, domeſtici:ſive in domo ubi locus eſt,ſive in urbe,ut ſunt hi qui cives vocantur: ſive in toto orbe,ut ſunt gētes,quas & ſocietas humana cōjunxit:ſive in ipſo mundo,qui cenſetur nomine cœli & terræ.Et ideo Gregorius libro ſecundo ſuper Ezechiel.Homil. 8.& ſuper illo verbo Canticor 6.terribilis ut caſtrorum acies ordinata,oſtendens quomodo ſalvatur eccleſia per bonum concordiæ.Dicit igitur cōtra malignos ſpiritus aciem ſemper per charitatem muniri , & nunquam per diſcordiam interrumpi,quia ſi quælibet in nobis bona fuerint, charitas ſi defuerit,per malum diſcordiæ locus aperitur in acie , unde ad nos feriendos valeat hoſtis intrare. Si ergo ſupportantes eccleſiam invicem,in charitate fuerimus ad Epheſ.4.capite: ſic ſuſtentabimus tanquam lapides vivi, 1.Pet. 2. quòd ipſa manebit perpetuò.

Concordia commoda.

4 Quarta concluſio:Contra naturam videmur graviſſimè peccare,ſi unionem ſanctæ matris eccleſiæ noluerimus reformare.Patet, quia Auguſtinus lib.12. de Civitate Dei c.vigeſimoprimo oſtendit, Quòd ſolùm ob hoc ſo-

Natura nos mutuò conjunxit.

tenemur una necti concordia, cùm ex una generali deſcendamus progenie paterna. Ergo non complendo opere, videmur in naturam peccare. Dicitur enim, quia concordia non ſolù naturæ ſimilitudine, verùm etiam rationis affectu cõſtat: voluit Deus, ut ex uno homine diffunderetur genus humanum. Hac ille. Cùm igitur ex uno patre & matre originem ducamus, & membra magni corporis ſimus, & natura nos cognatos ediderit, ut ait Seneca epiſt. 79. ideo contra proceſſum naturæ videmur peccare, ſi corpus eccleſiæ per ſchiſmata & diviſiones diſtractum nolumus concordare, & ad unam amicabilem fidelium ſocietatem reducere: quod ſatis oſtendit Chryſoſtomus ſuper Joan. Hom. 15. ubi dicit, Omnes in unum corpus baptizati ſumus ait Paulus: propter quod in unum corpus, ut id non divellamus, ſed eam quæ ad invicẽ eſt, convenientiam & amicitiam corporis, unius conſequentia obſervemus. Quocircà diligenter procuremus proximos, quod unicuique noſtrum faciendum eſt, propterea quod domum unam ſcilicet mundum hunc nobis dedit Deus, unum nobis accendit ſolem, unum extendit tectum ſcilicet cælum, unam poſuit menſam ſcilicet terram, dedit alteram meliorem ſcilicet altare, unum modum generationis ſpiritualem, unam omnibus patriam, quæ in cælis eſt, de calice eodem omnes bibimus ut idem ſapiamus, eandemque charitatem habentes unanimes ad ipſam ſententiamus: in 2 epiſt.
ad Philipp. Ergo concluſio vera. Quinta concluſio. Vitio mortali peccare videntur graviſſimè, quicunque nunc directè vel indirectè perturbant unionem ſocietatis ſanctæ matris eccleſiæ. Probatur: Nam quicunque taliter agit contra charitatẽ, quæ eſt ſocietas ſpiritus, ut dicitur ad Philip 2. etiam unitatẽ fidei confundit: Servatur etiam unitas Spiritus in vinculo pacis, unum corpus & unus ſpiritus, Epheſ 4. Et talem unitam ſocietatem, ſecundum Gregorium ſuper Ezechiel. lib. 3. c. 8. Charitas accendit, concremat & conflat, id eſt, quaſi in unam auri ſpeciem conformat: etiam in tali ſocietate charitas multos animos unum, & multa corda unum facit, ait Auguſtinus ſuper Joan. Homil. 83. In tali etiam ſocietate eſt bonum & jucundum habitare fratres in unum: delectat enim talis vita, concors & ſocialis, propter amicitiæ ſolatia, ut dicit Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei, c. 8. Huic etiam unioni concordant verba Prophetarum, Act. 15. quod in domo Dei eſt mutua membrorum ſublevatio,

Charitas vinculum eſt humanæ ſocietatis.

ut ſi unum cadat,ab altero fulciatur,Eccleſiaſtici 4.Ibi quilibet fidelis ſocius redditur omnibus amabilis, nulli oneroſus,omnibus benignus,ad mundum ſobrius. Ergo videtur peccare,qui communia bona pacis eccleſiæ vult perturbare.

Avaritia & lucri ſtudiũ, cauſa multorum malorum.

6 Sexta concluſio Libido dominandi, lucrum, ambitio,rapacitas & avaritia ſunt cauſæ principales,quare tot ſchiſmata & mala fiunt & ſunt in Dei eccleſia.Probatur: Nam ex iſtis vitiis & ſimilibus cauſatur omnis partium diviſio. Et patet per Philoſophum lib.5.Polit.c.3.ubi dicit, Quoniam autem conſideramus,ex quibus ſeditiones fiunt:de quibus homines diſſident,ſunt lucrum & honor, & contraria his ſcilicet dehonoratio & damnum : quæ iſti aut aucupantes, aut fugientes,vel pro ſeipſis,vel pro amcis, ſeditionem faciunt: ubi ait Albertus Magnus commentator,Cives maximè diſſident propter lucrum & honorem,& propter contraria horum,ſcilicet damnum & dehonorationem , quæ inciſura timent vel in ſe,vel in amicos.Ideo hæc prævenire cupientes movent aliquando ſeditiones.Conſimiliter loquitur Auguſtinus lib.8.de Civitat.Dei,c.28, Societas mortalium uſquequaque diffuſa per terram,& unius ejuſdemq; naturæ quadam communione devincta,utilitates ſecundum cupidines ſuas ſequitur:quibus certantibus adverſum ſeipſam plerunq; dividitur,& pars partem,quæ prævalet,opprimit. Ex quibus omnibus noteſcit palàm,quod flendæ diviſiones& ſchiſmata,quę nunc ſunt in Dei eccleſia,ſi eorum ortus & initia inſpiciantur,non revera à zelo Chriſti & fidei, ſed potiùs ab avaritia & libidine dominandi proceſſerunt: quod Chryſoſtomus ſuper Matth.notare videtur Homil.18. ubi ſic proloquitur.Unde putas in eccleſia inimicitias& altercationes ad invicem oriri,niſi propter avaritiam,propter invidiam,propter ſuperbiam,propter varios livores ? Tolle hæc,& nulla diſcordia invenitur in Chriſtianis. Cui dicto alludit Seneca epiſt.2.dicens,Inter homines conſortium aliquandiu inviolatum manſit,eamque ſocietatem avaritia diſtraxit.

Cupido dominãdi peſſimum malum.

7 Septima concluſio:Omnia mala & peccata & corruptio eccleſiæ & virorum eccleſiaſticorum proceſſerunt & nunc procedunt ab hoc deteſtando ſchiſmate,quod directè & experimentaliter deſcendit à cupidine dominandi , divitiarum & honorum.Patet iſta concluſio per ſimile de Romanis , qui rem communem,rem populi laudabilem,& tam longè lateque im-

imperantem in univerſis populis habuerunt,cùm ſe ad libidinem dominandi & avaritiam converterunt,confeſtim eā malis univerſis, & etiam opprobriis hominum compleverunt,juxta modum loquendi Franciſci Petrarchæ in libro ſine nomine epiſtola 3. cùm inquit, Ubi aliàs ſponte totus olim orbis ceſſit,vultus hominum (proh dolor) inſultant. Hanc concluſionem de Romanis declarat Saluſtius in hiſtoria de bello Catilinario,dicens,Qui labores,pericula,dubias atque aſperas res facilè toleraverunt,his ocium,divitię optādæque aliis oneri miſeriæque fuerunt:primò pecunię, deinde imperii cupido crevit:ea quaſi materies omnium malorum fuere:namque avaritia fidem,probitatem,cæteraſque bonas artes ſubvertit:pro his ſuperbiam,crudelitatem,Deos negligere,omnia venalia habere edocuit,& ea ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit,aliud clauſum in pectore,aliud in lingua promptum habentes,amicitias & inimicitias non ex re, ſed ex commodo æſtimare,magiſq; bonum,nullumque hominum ingenium habere. Hęc primò paulatim cœpere creſcere,poſt ubi contagio,id eſt, peſtilentia invaſit, civitas eſt immutata:imperium ex juſtiſſimo atque optimo crudele & intolerandum factum eſt. Et idem Saluſtius in hiſtoria de bello Jugurthino videtur dicere, Omnia mala provenire ex dominandi libidine & divitiarum ambitione, dicens: Ante Carthaginem deletam Senatus populusque Romanus Rempub. placidè modeſteque tractabant,neque gloriæ,neque dominationis inter cives certamen erat, metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat:ſed ubi illa formido mentibus diſceſſiſſet, & ea quæ res ſecundæ amant, increſcere cœperunt,ſcilicet ſuperbia atque laſcivia. Itaque quod in univerſis rebus optaverant, ocium poſtquam adepti ſunt,aſperius acerbiusque,ſic nanq; cepere nobilitas dominationem,& populus libertatem in libidinem vertere,ſibi quiſque ducere,rapere,trahere. Itaque omnia in duas partes abſtracta ſunt: Reſpublica quæ una fuerat dilacerata eſt, & plebis vis ſoluta atque diſperſa in multitudine minus poterat:itaque cùm potentia,avaritia, ſine modo modeſtiaq; invadere,polluere, atque vaſtare cœperunt, nihil penſi aut ſancti habere ſe,quoad ſeipſum pręcipitavit. Conſimiliter loquitur Auguſtinus epiſtola 2. referens verba Saluſtii dicens,

Quòd

Quòd cùm neq; hominibus, nec ipſis quos deos putabant, morum corruptorum & perditorum avaritia rapacitasq; parebant: tunc cœpit perire laudabile illud decus Reipub. & ideo dicebat Iac. 5. c. Ne bella & lites quę procedunt ex cōcupiſcentiis militent in membris noſtris, quia hæc ſunt opera carnis, & ideo qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.
8 Octava conclusio: Diſcordia, ſchiſmata principū ac prælatorum & ... orum Eccleſiaſticorum dirimit, & cōfundit totius Chriſtianitatis & eccleſiæ commune bonum. Patet concluſio: quia eccleſia eſt res communis & publica concordia: ergo conſtituit communitatem & civitatem, ſicut harmonia dulcem cantum, dicit Auguſt. lib. 2. de Civit. Dei, c. 19. Sicut ergo ibi diſcrepantibus fidibus, atq; in ipſo cantu diſcors à nobis concentus, ipſum diſſonum aures ſufferre non poſſunt: ſic diſcordantibus ſummis & infimis, ac mediis interjectis ordinibus ſanctæ eccleſiæ, neceſſariò ipſa ibit in defectum, & in inconvaleſcentiam ruinæ, prout loquitur Saluſt. de bello Jugurtinenſi lib. 2. Sicut concordia parvæ res creſcunt, ita diſcordia maximæ dilabuntur. Et ſunt verba Senecæ Epiſt. 94. Hoc idem exclamat Boetius in De conſolatione Philoſophiæ, dicens diſcipulo: Noſtine ergo omne tamdiu permanere atque ſubſiſtere, quamdiu unum ſit: ſed interire atq; diſſolvi pariter quando unum eſſe deſtitit. Hæc ille. Exemplariter enim loquendo, quid induxit bellum Trojanum & totius Trojæ exitium, niſi diſcordia, inter omnes deos & deas ſimul conviſcentes projiciens pomum aureum, ut fingit Ovid. 12. Metamor. Et ſic de aliorum multorum regnorum deſtructionibus ac confuſionibus. Ideo Chriſtus dixit Math. 12. Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Ergo concluſio vera, &c. Nona concluſio: Metuenda eſt omnimoda in univerſum deſolatio totius eccleſiæ, niſi univerſaliter uniatur vinculo pacis & concordiæ. Patet per Jacob. in epiſt. 3. c. qui dicit, Ubi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus pravum. Cui concordat Egidius de Regimine principum lib. 3. c. 13. dicens, Nulla ſocietas bene durabilis eſt, ubi multa eſt invidia & contentio. Et Ariſtot. hæc ſentire videtur 5. Pol. c. 7. quod propter ſeditiones corrumpuntur regna & communitates dicens: Regnū ab extrinſeco minime corrumpitur, propter quod & multi temporis eſt, ex ſeipſo autem corruptiones plurimæ accidunt. Corrumpitur ſecundū duos

Diſcordia incommoda.

Ad decimamſeptimam dicitur, quòd iſte Magiſter non eſt de illis, de quibus dicitur, Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: quam perſecutionem non eſt veriſimile poſſe pati Italicos à Gallicis ſeu Ultramontanis, qui pacem procurant, ſeu quærunt Eccleſiæ, ut panditur evidenter, nec aliam utiliorem & ſecuriorem invenire potuerunt viam unionis, quàm viam ceſſionis, ut patet, ita quòd copulata Eccleſia cum unico ſponſo omnibus reddatur pulchra, & ſine peccati & ambitionis macula, & vivat pacifica.

Papa in divino jure mandatis non poteſt diſpenſare.

Non fuerunt ergo juramenta pro unione Eccleſiæ facta aliquali modo mala, imo juſta & honeſta, ergo tenenda & opere complenda. Ergo non poteſt Papa hujuſmodi juramentum ſolvere, cùm ſint jure divino commendata, in quibus Papa non poteſt diſpenſare. Ergo rationes iſtius Archiepiſcopi turbantes pacem Eccleſiæ non videntur tenere nec aliquid vigoris habere. Et hæc ſint cum omni reverentia & proteſtatione dicta.

Chaos

CHAOS CONFUSUM SEU LABYRINTHUS,

Tractatus VI.

INCITATIO ET EXHORTATIO Regis Franciæ ad univerſos Chriſti fideles deſtinata, pro ſubtractione obedientiæ Papæ & Antipapæ facienda,

CAPUT I.

CAROLUS Dei gratia Francorum rex, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino, & ad eam, quam ſummopere deſideramus Eccleſiaſticam unionem unanimiter aſpirare.

Pax Eccleſiaſtica, quæ ſub unico & certo Chriſti vicario conjungere debet univerſa membra populi Chriſtiani, ſecũdum ipſius Chriſti & Apoſtoli ſui documentum. Dum olim poſt mortem fel. rec. Gregorii Papæ XII. Eccleſia turbari cœpiſſet, dumque ſchiſma pernicioſiſſimum, monſtrum horrendum, ingens in eadem Eccleſia ſuboriri cerneretur: ex cauſis toti orbi notiſſimis, Chriſtianiſſimus tunc & præclariſſimæ memoriæ progenitor noſter Carolus V. ſuaſus multis vehementibusque rationibus, deliberavit adhærere obedientiamque præſtare illi, quem Collegium Cardinalium jurejurando aſſeruit in vita & in morte, atque publicavit ſe Canonicè in ſummum Pontificem, & verum Chriſti vicarium ſponte & concorditer elegiſſe. Arbitrabatur namque veriſimiliter idem progenitor noſter, ut erat totus fervens in zelo domus Dei, ſua pia fide alios dijudicans, quòd cæteri principes & prælati cum univerſo clero & populo protinus obedirent conſimiliter, dum electionem hujuſmodi per collegium præfatũ Cardinalium eis innoteſceret ſufficienter & ritè fuiſſe celebratam, ſed aliter deveniſſe dudum jam deploramus. Neque enim potuerunt uſque hodie dicti Cardina-

les

les hoc ipſum ſuadere magnæ parti Chriſtianitatis,quod volebant,quodque memorato progenitori noſtro ſuaſerant. Nos idcirco cernentes experientia temporeq; dicentibus, quam hæc obedientia præſtita in valida erat ad tollendum funditùs ſchiſma peſtiferum, quod in excidium graviſſimum pacem deſideratiſſimam ac optimam detorſerat,deliberavimus eandem pacem ad proprium cubile ſuum, quod eſt Eccleſia, velut ad ſuam regionem per alias vias totis conatuum viribus reducere. Hinc conſilia crebra, hinc legationes laborioſiſſimæ per omnes penè Chriſtianitatis regiones frequentatæ, tandem, inſpirante deo, via ceſſionis utriuſq; contendentium pro reformatione pacis turpiter exulantis inventa eſt compendioſior, & abſq; ulla dubitatione expedientior, & abſque ulla dubitatione expedientior judicata. Hanc proinde viam cum omni ſolennitate publicari fecimus ſucceſſori ejus, cui progenitor noſter, ſicut prædiximus, obedientiam præſtiterat, quam obedientiam ideo maximè poſtmodum ab eodem ſucceſſore pro tempore ſubtraximus, quia non ſatis apertè per viæ ceſſionis compendium videbatur velle pacem reducere, poſtpoſitis diſceptationum intricabilium anfractibus, & ingreſſibilibus aliarum viarum labyrinthis. Ac ubi viſus eſt nobis ad ſalubriora cōvertiſſe conſilia,rurſus abſq; omni mutabilitatis culpabilis nota obedivimus eidem : ita tamen animo noſtro gerentes, ſi & quamdiu obedientia hæc noſtra non obſtaret Eccleſiæ regni noſtri meminimus, ſatis datum intelligi. Neq; enim voluimus unquam ſcienter,neq; fas eſſe credimus obediētiam præſtare cuiquam mortalium in pacis univerſalis præjudicium,in ſchiſmatis fomitem,in diſcordiæ inſtrumentū. Et ô ſalutifer Chriſte princeps, quàm diu jam quæſivimus pacem & non venit? expectavimus tempus, tempus ſcilicet juratæ conventionis,utriuſq; contendentium proceſſione celebrandæ, & ecce turbatio. Animadvertite hæc principes Chriſtiani,quibus eſt doloris talis tantæq; matris Eccleſiæ diſſipatio. Attendite inſuper vobis & univerſo populo Chriſtiano vos ſacri pontifices, in quo poſuit vos ſpiritus ſanctus Epiſcopos,regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Attendite quæſumus, nolite diſſimulanter agere, ubi depopulantur gregem Chriſti miſeris modis tempeſtas hæc ſæviſſima horrendaque vorago. Ex

urgat

urgat in unum populus univerſus tollere de medio ſui deformoſiſſimum hoc portentum: unde fit opprobrium hoſtibus incredulis, propriiſque animabus damnationis æternæ diſcrimen apertum. Decidat vel invitus unus aut alter, imò uterque contendentium ab occupata ſede Petri, potius quàm unitas eorum contentione depereat, Nam dum neutri populus obediat, neuter amplius de primatu vel fruſtra contendet, neque audietur ultrà uxor illa crudeliſſimæ fœminæ, Nec mihi nec tibi, ſed dividatur: ſed illa piæ matris, Date illi infantem vivum. Nos verò qui nihil ita poſt animæ ſalutem deſideramus, quàm videre ſereniſſimam pacis faciem noſtris effulgêre temporibus, judicamus ex præmiſſorum & ſimilium conſideratione, nullum ad præſens parere validius in tam deſperato malo remedium, quàm quod neutri contendentium aut ſibi fortè ſucceſſuris præſtetur deinceps obedientia à populo Chriſtiano. deficiente ſiquidẽ fomento, tantus ignis iſte infernalis in ſe tandem deficiens (donante Deo) collabetur. Quapropter præcedentibus, & habitis ſuper his vicibus repetitis magnis & maturis deliberationum conſiliis, cum ſapientibus peritis & devotis hominibus, Deum & eorum ſalutem gerentibus præ oculis, nos & Eccleſia regni noſtri, & Delphinatus Viennenſis, pro nobis & ſubditis noſtris eorundem regni & Delphinatus decrevimus, talem amplecti neutralitatem in feſto Aſcenſionis proximè venturo. niſi prædicta interim fiat unio, proceſſuri nihilominus ulterius aſſidua ſollicitudine cum aliis principib. & Catholicis omnibus, donec evulſo ſchiſmate, pax plantetur. Quod ſi mirabuntur forſan, aliqui ex taliter affectatis, unde nobis iſta liceant? attendant potius, quòd hanc nobis legem facit ipſa, quæ legem neſcit, dura neceſſitas: imò & filialis pietas, quæ per medios etiam ignes & gladios talem matrem laborantem eripere conatur. Ecce morbus inveteratus & putridus, qui ex fomentis levioribus in deteriora quotidie velut cancer ſerpit. Si ergo ferramentum cauterizans adhibeatur, nullus rectè culpaverit demũ cum pro hac neutralitate in unum tractanda principes & magnates utriuſque obedientiæ commodè celentur, congregari non poſſent. Nullus ſuo quæſumus contemptui deputet, ſi conventionem neque expectavimus, neque attentavimus, neque inſuper exiſtimet jus partis noſtra

Neceſſitas legis neſcia legem facit

ſtræ, quam probabiliſſima ratione prælibatus progenitor noſter, & nos hactenus fuimus inſecuti, ex hac neutralitate condemnatum, vel depreſſum, quo nunc non de iure hujus vel illius, ſed de cedendo juri vero vel prætenſo, pro unione conſequenda res agatur. Quamobrem vos omnes & ſingulos hortamur in Chriſto, & per eam quam de immaculatæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ laceratione fœda, compaſſionem genitricis obteſtamur. Arripite nobiſcum validum hoc & efficax, ſicut expectamus in Dei virtute, peſtis huius remedium, ut denegat o obedientiæ utrique contendentium, afferat nobis tandem perpetuam unanimemque obedientiam, ſub uno & certo vicario Chriſti. Quare ſerviamus Deo in pulchritudine pacis, & requie opulenta. In quorum omnium fidem & teſtimonium præſentes noſtras literas, noſtri ſigilli fecimus munimine roborari. Datæ Pariſiis XII. Januarii. Anno Domini M.CCCC. VII. & regni noſtri, XXVIII.

Per regem in ſuo conſilio, Dominis, rege Siciliæ, ducibus Bituriæ, Borbonii, & Bavariæ: comitibus Montonenſis & Vindomienſis, necnon Coneſtabulario, nobis ac ſuperiore Magiſtro hoſpitii, aliiſque nonnullis præſentibus.

EXCUSATIO ET OBLATIO Domini Gregorii Papæ XII. nuper facta ſuper conventione cum Antipapa in facto ſchiſmatis,

CAPUT II.

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Petro de Luna, quem nonnulli in hoc pernicioſo ſchiſmate Benedictum appellant, pacem & unionis affectum. Accepimus hodie litteras tuas datas in portu Veneris 3. Kalend. Aprilis, per quas ſalvum conductum à nobis pro Joanne Rothomagenſe, & P. Terracinenſe prætenſis, Archiepiſcopis, tuis nunciis cum centum equitibus, viginti peditibus tibi poſtulas deſtinari. Super quo non immeritò admirari compellimur, cum apud te ſint præſentialiter oratores noſtri, pleniſſima poteſtate & mandato ſuffulti: & ad concluſionem loci idonei & decenti concordare parati, quid hujuſmodi tranſmiſſio, nū-

cida

ciorum tuorum afferre poſſit, niſi moram & perditionem temporis? Conſtat enim in hujuſmodi miſſionibus nunciorum ac in excuſationibus per eos faciendis neceſſario, tempus & dilationem ineſſe, ex quo retardatur illa, quam totis viribus amplecti debemus pacis ac unionis ſalutaris acceleratio: videmusque tam longa tempora ſuper hac materia fruſtratoriè hactenus fuiſſe conſumpta, ut ab intimis procul dubio videatur delendum. Poſtquam enim hinc inde viſum eſt, ut in loco idoneo & decenti, pro ſedatione hujus teterrimi & abominandi ſchiſmatis, perſonalis utriuſq; partis fieret conventio: ſcimus nos oratores noſtros Maſſiliam deſtinaſſe. Qui, cùm ad locum Saonæ acceptandum deducti fuiſſent: quanquam id eſſet contra mentem & intentionem noſtram, & contra mandatum quod eiſdē nunciis per nos injunctum fuerat: tamen ex quo conventum fuerat, voluimus non approbando, ſed experiendo ex abũdanti charitatis noſtræ fervore diligentiam impartiri, atque omni via & modo inniti, ſi illa quæ conventa fuerant adimplere poſſemus. Sed cũquacunq; diligentia per nos adimhibita, Galeas, quas nobiſcum ducere, & ibi retinere debebamus, & in quibus ſecuritas noſtra & poteſtas veniendi, ſtandi & recedendi pro noſtro arbitrio voluntatis, ſecundũ intentionem contrahentium conſiſtebat, ut notorium eſt: habere nequiremus, providentes quantum in nobis erat ne tempus perderetur, confeſtim de menſe Auguſti proximè præterito, tibi nota fecimus impedimenta, ac difficultates ſuper habendis Galeis, nobis & parti noſtræ manifeſtiſſimè incumbentia: & cum omni charitate ac ſynceritate intendentes mutationem loci, pro efficaci concluſione unionis, vel ſaltem alias ſecuritates, propter defectum Galearum poſtulamus, & ut paratiores ad iſta nos exhibemus per terram ab alma urbe proficiſci primò Viterbium, deinde Senas cum noſtra Curia pervenimus. Voluimus etiam per Lombardiam, quamvis multis & variis bellorum turbinibus involutam, ad terras dilecti filii nobilis viri Theodori marchionis Montisferrati, quæ propinquæ ſunt Saonæ, cũ eadem noſtra Curia proficiſci. A qua profectione multiplices reſiſtentiæ, bonis ut putamus reſpectibus nobis factæ, per eos, qui conditionem ipſius Lombardiæ formidabant, nos retraxerunt. Sed poſtquam ſecuritates juſtiſſimæ poſtu

latæ, nobis non præſtarentur:vellemus ſaltem, ut tanta charitas Eccleſiæ ac tantus pacis & tranquillitatis in populo Dei reducendi affectus apud te valuiſſet, & non ſuſtinuiſſes tempus illud fruſtra conſumi, nec feſtum Omnium ſanctorum cum damno Eccleſiæ, & animarum periculo expectatum fuiſſet. Nam cum locus Saonæ propter unionem fuiſſet appoſitus,non autem unio ipſa propter locum Saonæ, non fuit ſic pertinaciter in eodem loco inhærendum , ut ex eo turbatio atq; dilatio oriretur;quod ad facilitatem &accelerationem fuerat adinventum,placuit tibi in hujuſmodi loco diutius inhærere,quod utilitas Chriſtianorum penitùs abhorrebat:nec quamvis nobis ſæpius ac dilectis filiis Florentinenſibus,per ſuos oratores inſtantiſſimè poſtulantibus , ante feſtum omnium Sanctorum alium tractatum in materia recipere, ex quo magna proculdubiò fuit temporis facta jactura. Miſimus poſt hæc Saonam nuncios noſtros , cum jam appropinquaret illud tempus, quod expectare volueras,a quibus nunciis cum ad unum de locis per oratores noſtros à principio oblatis,prout ex ipſo tractatu per rationes tunc aſſignatas teneri videris,ad veniendum fuiſſes requiſitus,& alia quædam loca idonea & habilia per eoſdem nuncios nominata fuiſſent; doluimus,quod cæteris quæ haberi poterãt omiſſis, in loco Petræ ſanctæ, quem ſciebas nobis fuiſſe denegatum, inſiſtere voluiſti, ut in hoc etiam tempus perderetur,& ſecutum fuit deinde ut per nos ad civitatem Lucanenſium, & per te ad portum Veneris tranſiretur, quibus in locis poſtquam fuimus,& de alio loco pro hujuſmodi conventione tractaretur , ſatis manifeſtum eſt unde difficultates, moræ, atque dilationes oriantur. Tu enim,ut oratores tui in præſentia noſtra publice affirmarunt, nullum locum acceptare intendis , niſi ſit maritimus , & dominum ejuſdem in noſtris & tuis manibus liberè concedatur,quæ duo,magnas in hac materia generant difficultates : primo ad maritima coartando, multa loca habilia & idonea excluduntur, & ex ampliſſima locorum copia ad paucitatem reſtringitur. Deinde, quod quæ loca idonea ſunt eorum , dominium haberi non poteſt , ac etiam ſi hujuſmodi locorum dominium haberetur, gentes,armorum copia, capitanei, cuſtodes, victualium proviſiones , & plura alia neceſſaria videntur: quorum difficultas in proſecutione hujus tractatus,nobis de die

in diem

in diem magis innoteſcit, quæ omnia augent impedimenta, celeritatem retardant, pericula protendunt, impenſas requirunt magnas, ad quas camera Apoſtolica jamdudum penitus exhauſta, non ſufficit, ut potius ad impediendam unionem, quàm ad tollendam diviſionem hujuſmodi qualitates & difficultates quæſitæ videantur: nos autem putamus, ſi hoc negotium quidem Dei eſt, & ad pacem tendit, pacificè & charitativè, ſine armis & ſine ſtrepitu humanarum vanitatum confici. Itaque illa via nobis magis placebat & placet, ut ſub uno aliquo domino vel dominio, in quo utraq; pars tuta foret, hujuſmodi fieret cõventio perſonalis. Hæc .n. via, omnia impedimenta excludit, omnes ſcrupulos repellit, omnes amputat difficultates, pro cujus executione Florentinenſes & Senenſes offerunt loca habilia & decentia, tàm maritima, quàm terreſtria. Et inſuper civitatem Lucanenſem, ſibi pro parte noſtra fecimus offerri. Et præcipuè civitatẽ Piſanam, qui locus ſic eſt idoneus, ut null⁹ magis valeat reperiri, divitus flumine, galeis, ſecũdũ quod tu optare videris acceſſibilis, abundans victualibus, capax multitudinis, totus, & omni reſpectu ſic accommodus, ut ad iſtam conventionẽ fabricat⁹ videatur. In uni⁹ diei ſpatio, nos per terrã, & ſuper mare ad eundẽ locũ convẽientes, pacẽ Chriſtianitati reddere poſſimus & tã infamẽ maculũ de conſpectu Eccleſiæ abolere. Hunc locũ tam propinquũ, & tam idoneũ & capacem declinare, & ad caſtruncula non capacia, neque decentia, & multas ac magnas difficultates continentia ſe convertere nullam habere poteſt ſinceritatem. Quòd ſi magis duo loca pro hujuſmodi conventione deſideras (quanquam hæc duorum locorum conventio minùs expedita fore dignoſcitur, minusq; ad accelerationem unionis accommodata) tamen ſi quocunq; reſpectu deſideras, nulla invenies magis idonea, quam illa quorum tractatum nuper cũ Florentinenſibus Oratoribus introduxiſti, Piſas ſcilicet Liburnum: in quibus miramur te voluntatem tuam, nulla ſuperveniente cauſa, mutaviſſe. Nos enim dictorum locorum tractatum promptiſſimè recepimus, & per nuncios noſtros fecimus tibi offerri. Unde cùm pro unius vel plurium locorum materia talia obtulerimus, quibus meliora & commodiora offerre nõ potes, cumque nuncii noſtri apud te conſtituti de lo-

co vel locis hujuſmodi concludere ſint parati, & ſufficienti poteſtate ad concludendum ſuffulti, non videmus, quòd in iſtis miſſionibus nunciorum tempus ſit amplius amittendum, præſertim cum ipſi Joannes & Petrus nuncii tui, quos nunc remittere quæris paulo antè apud nos exiſtentes, ſatis longum tempus nihil agendo conſumpſerint, & Piſarum Liburniq; tractatum à te per Florentinenſes oratores, ut prefertur, motum, & per nos acceptatum, ſuis opibus non dubitaverint impedire: mittimus tibi nihilo minùs ſalvum conductum, quem poſtulas, hortantes te ac requirentes, ut velis ſinceram & promptam efficaciam circa concluſionem hujuſmodi tanti & tam deſiderati boni effectualiter adhibere. Datę Lucę Calend. April. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

RESPONSIO DIE II. APRILIS PER Antipapam in ſcriptis ambaſiatoribus domini noſtri Papæ in Portu Veneris data,

CAPUT III.

EX parte ſanctiſſimi in Chriſto pàtris ac domini noſtri, domini Benedicti divina providêtia Papæ XIII. ad ex poſta & infrà ſcripta, tradita per vos venerabiles ambaſiatores reverendiſſimi domini Angeli Corarii, qui ſe facit Gregorium appellari, ad quæ in ſcriptis reſponderi petiiſtis, reſpondetur ut ſequitur: Et primò ad contenta effectualiter in prima ſchedula veſtra dicitur, quòd ſanctiſſimus dominus noſter, cujus tota affectio & ſollicitudo in hoc verſatur, ut peſtiferum hoc ſchiſma expellatur radicitùs, & unio ſalutifera in Dei Eccleſia celeriter ſubſequatur, circa unionis proſequēdæ, & Deo duce obtinendæ materiam proceſſit, & procedere intêdit, non per cancellos & dilationum exquiſitas fugas, non per mundana & cavilloſa ingenia, non per variationes & ſimulationes confictas, depictaſq; coloribus, ſed purè, liberè, devotè & ſincerè, de divina gratia ac protectione, ac ſanctorum ac Chriſti fidelium meritis & interceſſione confiſus, rejecta temeraria præſumptione, ac divinæ majeſtatis tentatione, q̄ in ſacra ſcriptura non immeritò reprobatur: pro qua qui-

quidem unionis concluſione, quantum in ipſo eſt, perficiẽda ad locum, imo loca concordata, & præfixis terminis non ſine magnis laboribus & expenſis jam advenit bina vice, Itaque dilationes, difficultates, perplexiones & involutiones, quas circa locum mutuæ conventionis exortas prætenditis, à domino noſtro Papa, aut ſui vel ſuorum culpa, vel contumacia, ipſa exhibitione operis hoc evidenter comprobante, nullatenus proceſſerunt: quod cuilibet rectè ſentienti clarè apparere poteſt, ſi geſta & adimpleta oblataq; & acceptata per domin noſtrum & nuncios ſuos circa materiam ꝑ penſiùs attendantur. Nam certum eſt, quod dominus noſter in Maſſilia reſidens, oratoribus reverendi domini Angeli prædicti ex cauſa cum ſufficienti poteſtate illuc deſtinatis, plura loca decentia & habilia obtulit, & tandem factis diſcuſſionibus locorum omnium hinc inde oblatorum de loco Saonæ unanimiter concordatum extitit, ad quem quidem locum dominus noſter Papa cum ſuo ſacro collegio in forma & terminis conventis ſe perſonaliter contulit cum galeis & gentibus concordatis, non ad oſtentationem, vel alicujus offenſionem, ſed ad ſuam & ſuorum ſecuritatem & tutelam: quæ quidem materia galearum & gentium etiam in majori numero habendarum ac dominium loci obtinendi à dictis dominis oratorib. & aſſerentibus ſe hoc à reverendiſſimo domino Angelo habere expreſsè in mandatis, mota extitit, & ipſis inſtantibus concordata: ſed dictus reverendiſſimus dominus Angelus ad dictum locum omnino venire recuſavit & recuſat non ſine multarum animarum & Eccleſiæ detrimento. Sed ne propter dictam recuſationem, licet tam indebitam, unionis ſalutiferæ concluſio deſeratur, dum poſtea per nuncios dicti reverendiſſimi domini Angeli fuit apertũ & requiſitum, ut dominus noſter veniret ad Portum Veneris, & dominus Angelus veniret ad locum Petræ ſanctæ, idẽ dominus noſter zelo unitatis accenſus, ad hoc cum certis proteſtationibus, in quibus perſiſtit, condeſcendit, & ad hũc locum Portum Veneris venit, quamvis præfatus dominus Angelus ad locum de Petra ſancta ſuprà nominatum venire recuſavit, licet dominus Lucanenſium pro ſecuritate domini Angeli & filium unicum, & certos de ſanguine ſuo prognatos, & triginta vel XL. cives vellet dare in obſides, ſeque juramentum fidelitatis & alias juratorias cautiones præſti-

turum, ac alia fortalitia dicti loci, arce ſuperiori excepta, in manibus domini Angeli ſe traditurum offerret. quam quidem arcem etiã in manum cujuſdam ſervatoris dicti domini Angeli ſe poſiturum, ut dicitur, obtulit: quibus ſecuritatibus, ac etiam gentium armigerarum comitiva, quam ſecum pro ſui cuſtodia tenebat, & continuò tenet, dictus dominus Angelus non contentus, nec etiam de veneranda Chriſti cruce ac ſanctorum reliquiis ac fidelium orationibus, ut veſtra hortatur ſchedula, confiſus, quia arcem ſuperiorem abſolutè, ut volebat, non habuit, ad dictum locum, qui tamen eſt in ſua obedientia, non multùm populoſus, venire renuit, ſolùque ad civitatem Lucanenſem per diverſas nunciorum domini noſtri inſtantias ac dilationes varias per ipſum interpoſitas, ſe finaliter tranſtulit. Sed nec his contentus dominus noſter, finem unionis aſſequi celeriter cupiens, ſuos ad dominum Angelum ſæpè dictum iterum nuncios cum pleniſſima poteſtate pro ulteriori proſecutione in hoc ſancto negotio agendorũ deſtinavit, cum quibus dominus Angelus ſolùm de loco ad locum mutuæ conventionis, omiſſis præparatoriis, ſe velle tractare reſtrinxit. ſuper qua materia nuncii dicti domini noſtri locum de Liburnia & alia nonnulla loca, quibus dictus dominus noſter, & dictus dominus Angelus nunc reſident, propinqua & vicina, ſecura & habilia obtulerunt, eaq; cum libera traditione ipſorum locorum & fortalitiorũ eorundem, necnon juramentis incolarum & habitatorum, traditione item armorum ſeu armaturarum ipſorũ æqualiter domino noſtro & dicto domino Angelo pſtandis, & cum aliis ſecuritatibus neceſſariis & oportunis obtulerunt. Inſuper, quòd dominus noſter ſanctiſſimus veniret ad loca in limitibus obedientiæ ſuæ, inter hunc locum Portum Veneris & Lucanenſem civitatem conſtituta, & quòd dominus Angelus conſimiliter faceret, maximè cùm in limitibus partis ſuæ meliora & ſecuriora loca habeat, tã ſub dominio Florentinenſium, q̃ domino Lucanenſium & aliorũ. Quæ oblatio quantam æquilitatem. quantam juſtitiam & rationem contineat, & ratio naturalis, juraq; divina & humana, communiſq; in talibus practica & obſervantiæ teſtantur, cum per nullos quantumcunq; feroces inimicos de pace & concordia tractare cupientes hæc oblatio conſuevit refutari. Sed & ultrà, dum viri ſpectabiles oratores dominorum Veneto-

Venetorum ad proſecutionem unionis tranſmiſſi, ſuprà dicta conſpicerent refutari per dominum Angelum, & varias difficultates ſuſcitari, cum aliis oratoribus infrà ſcriptis, deliberatione præhabita, zelo unionis accenſi, omnia circumſpecte conſiderantes, propoſuerunt tam nomine ſuo, quam nomine nunciorum illuſtriſſ. principum dominorum regis Franciæ, ac regis Poloniæ & Cracoriæ, ac dominorum Senenſium, quare dominus noſter ſanctiſſimus accederet ad locum de Venſa, & dominus Angelus ad locum de Cararia fortem utique & ſecurum: quæ ambo conſtituta ſunt in obedientia dicti domini Angeli, & ſub dominio Lucanenſium, & ſita inter hunc locum Portum Veneris & civitatem Lucanenſem, & aptiſſima, prout ipſi teſtabantur, ad hoc opus perficiendum, & ſolùm ab invicem per duo, vel tria miliaria diſtantia, quæ ſatis pro celeri & ſecura expeditione agendorum pro uno loco poſſunt æſtimari. quæ cum plena traditione fortalitiorum ambobus præſtanda, & aliis ſecuritatibus propoſita fuerunt. Quibus venerabiles nuncii dominorum Florentinenſium ac Romanorum poſtea ſupervenientes, & alii multi poſtea de obedientia dicti domini Angeli in præmiſſis affuerunt: quæ quidem loca, licet pro domino noſtro maxima in omnibus eſſet inæqualitas, ex deſiderio tamē unionis celeriter conſequendæ nuncii domini noſtri acceptaverunt, & ſe ſuper hoc non cum difficultatibus, conventionibus, involutionibus longi temporis moram trahentibus, ut in tertia ſchedula veſtra proponitis, ſed planè, ac clarè, & efficaciter concluſores obtulerunt, ac dictus dominus Angelus, licet aliàs per inſtrumentum publicum obtulerit ſe venturū ad omnem locum idoneum obedientię ſuæ in Italia conſtitutum, & dictus locus de Cararia habilis tam per dictos oratores, quam ſecundum commune opinionem reputaretur, contra voluntatem & conſilium dominorum de ſuo prætenſo collegio & ambaſiatorum præfatorum & aliorum multorum de ſua obedientia, quanquā per vos ambaſiatores obtulerit ipſe dominus Angelus domino noſtro reſpōdere rationabiliter, eò venire, licet indebitè & ſine cauſa rationabili recuſavit & recuſat. Ex quib. ſatis patet, quod dilationes circa perfectionē unionis ſacratiſſimæ, difficultatesq; pro loco conventionis adhibitæ à domino noſtro nullatenus proceſſerunt, aut procedunt, cùm, ut prædicitur, & ad locum Saonæ concorda-

cordatum venerit, & ex ſuperabundanti, iſtante domino Angelo, ad Portum Veneris & ultrò ad alia loca per ſuos nūcios oblata, imo, quod plus eſt, ad loca per Venetos inct & concives ejuſdem domini Angeli & alios multos de ſua obedientia nominata, & etiam per ſuum prætenſum collegium ſuggeſta & conſulta, idem dominus noſter ſanctiſſ. venire voluerit. Sed quia in dicta ſchedula prima exprimitur, quòd dominus noſter ſanctiſſimus cum domino veſtro conveniat juxta exigentiam tertii modi, non ſine cauſa dominus noſter in admirationem de tanta variatione inducitur, quòd cùm nuper in Saona dominus Angelus per ſuos nuncios publicè obtulerit domino noſtro præfato tres modos conveniendi (quorum primus erat, quòd haberetur unus locus utrique parti tutus, cujus loci dominium eſſe deberet in manib. utriusq; : ſecundus, quòd haberentur duo loca propinqua, quorum dominium poneretur in manibus unius prædictorū dominorū, & aliud in manibus alterius tertius modus, quòd ambo domini cum partibus ſuis fidem acciperent, & ſe ponerent in manibus unius domini, vel dominii. Quorum modorum optionem domino noſtro dedit dominus Angelus præfatus : quam quidem oblationem etiam in ſcriptis in civitate Senenſi domini noſtri nunciis replicavit, & nunc omiſſis primo & ſecundo modis, qui tamen veluti honeſtiores ac decentiores, pro Eccleſia ſecuriores, ac utiliores pro negotio peragendo, & longè in omnibus præſtantiores, qui & de facili haberi poſſunt, videntur ſanè intelligenti tertio modo præferendi) nunc variando ad ſolum tertium ſuum modum per omnia ſe reſtringit : quo non contentus, etiam illum ſic limitat, ut omne dominium obedientiæ domini noſtri penitùs excludatur. Præmiſſis autem non obſtantibus præfatus ſanctiſſimus dominus noſter vos benignè audiēs, vobiſcum, ſi aliqua rationabiliter & debito modo obtuliſſetis, libentiſſimè concludere decreverat. Quia tamen per vos expoſita & in ſcriptis oblata modo & forma, quibus offerūtur in ſchedula veſtra, ad deſideratin negotii concluſionem ſecuram tendere minimè videntur, ſed potiùs ad quandam oſtentationem & recuſationem eorum, quæ tam ſanè, juſtè & piè omnibus oratoribus, ambaſiatoribus & omnibus aliis ſuper hoc ſuadentibus per dictos nuncios Apoſtolicos oblata & acceptata fuerunt, ſanctiſſimus dominus noſter ad contenta

tenta in ſecunda ſchedula reſpondet, quòd, ut clarè patet, domino noſtro Papæ non offeruntur per vos, imo auferuntur evidenter ſecuritates & libertates debitæ & neceſſariæ. Non enim primo ſibi offeruntur libertates & ſecuritates tales, quales de loco Saonæ fuerunt per oratores ipſius domini Angeli motæ & requiſitæ, per dominum noſtrum tandem concordatæ, ac demum a sereniſſimo rege Franciæ atq; aliis in dicto contractu nominatis obtentæ: nec tales, quales tūc fuerunt concordatæ in caſu, quo in alio loco, quam Saonæ in Italia, & in obedientia dicti domini Angeli convenire oporteret: qui tamen caſus minime evenit, imo nec tales, nec tam idoneæ ſecuritates offeruntur, quales dictus dominus Angelus voluit habere pro perſona ſua in loco de Petra ſancta, ut ſuprà dictum eſt: nec etiam tales, quales fuerunt oblatæ in locis per nuncios domini noſtri nominatis, & his diebus in Luca oblatis: nec etiam tales, quales fuerunt expreſſę in primo & ſecundo modis, data optione domino noſtro ꝑ nuncios dicti domini Angeli in Saona oblatis, & ſicut ad loca nunc per vos & alios, conſimiliter etiam per reverendum dominum Angelum in Luca ſine prædictis ſecuritatibus oblata, per dictos nuncios Apoſtolicos fuit aliàs reſponſum in forma & ſub conditione, quibus ea offertis, videntur ipſa loca debitam ſecuritatem & libertatem non habere. Verùm quia loca juſta & rationabilia, & cū plenis ſecuritatibus, libertatibus & æqualitatibus pro parte ſanctiſſimi domini noſtri oblata, & conventione limitum utriusq; obedientiæ, tam juſtam & rationabilem conventionem locorum de Venſa & Cararia verbis & ſcriptis non ſine domini noſtri Papæ, & multarum notabilium perſonarum, etiam de obedientia dicti domini Angeli, admiratione contra conſilium & inſtantiam dominorum de ſuo prætenſo collegio & ambaſiatorū prædictorum, imo contra omnē quaſi opinionem omnium utriusq; curiæ irrationabiliter recuſatis, & injuſtè certas, in genere quas vos exprimitis, ſuſpiciones ſine colore & fundamento quocunq; prætendēdes, ac ſimulantes ꝑterire, q̄ dicitis, & quę objecta probare non poſſetis, vultis ſaltē præmiſſa reddere criminoſa, atq; interrogati reſpondiſtis ad hujuſmodi ſanctum negocium concludendum, vos aliàs aut aliter de cætero minimè oblaturos, niſi prout in præmiſſis ſchedulis & ſuperiùs narratis cōtinetur: ſanctiſſ. dominus noſter vidēs

hæc omnia apertè ad temporis dilationem, quæ huic Dei cauſæ multum eſt nociva evidenter tendere, cùm, ut dictū eſt, ſolùm aliàs oblata, quibus fuit pro parte dictorum nunciorum ſuorum ſufficienter reſponſum reofferatis, ne ulterius tempus inutiliter expendatur, ſuos nuncios ad reverendum dominum veſtrum deſtinat de præſenti de ſua intentione pleniſſimè informatos: qui, ſi præfatus reverendus dominus Angelus ad aliqua rationabilia & unioni utilia & oportuna condeſcendere voluerit, cum ipſo breviter & abſq; mora concludent & firmabunt ad laudem Dei & bonum Eccleſiæ, atq; conſolationem totius populi Chriſtiani.

INTERROGATIONES ANTIPAPÆ data XVIII die menſis Aprilis per ſuos nuncios domino noſtro Gregorio Papæ XII, in Luca, ſequuntur,

CAPUT IIII.

SUper materiam Piſarum & Liburni nuncii ſanctiſſimi domini noſtri, domini Benedicti Papæ XIII. ut poſſent clariùs reſpondere, vellent inter alia de ſequentibus certiorari. Primò, ſi reverendus Pater dominus Angelus abſolutè & ſine conditione intra brevem terminum nunc declarandum Piſas accedat. Item, ſi ilico per tractatores, quorum numerum & qualitatem nunc exprimat, factum principale unionis intrare, & præparatoria ac ſolùm neceſſaria ad unionem & accelerationem ejuſdem tractare & concludere unicè & breviter voluerit cum effectu.

RESPONSIONES DICTI D. GREgorii ad præmiſſa: prior facta XX. die menſis prædicti.

CAPUT V.

CUm ſanctiſſimus dominus noſter, dominus Gregorius divina providentia Papa XII quādam ſchedulam per vos do-

dominos ambaſiatores reverendi patris domini Petri de Luna oblatam die 18. Aprilis receperit, pro parte dicti domini Gregorii reſpondetur: Cum ſciatis, quod domini Florentinenſes nullum eorum locorum velint dare uni non requiſito ab utraque parte, ideo ipſe dominus noſter dicit, quod paratus eſt accedere ad locum Piſarum infra terminum per utranque partem concordandum, habita concordia cum eiſdem dominis Florentinenſibus, ſecundum formam oblationis factæ per ſuos oratores dicto domino veſtro in Portu Veneris, dum tamen extunc vos obligetis, dictum dominũ veſtrum venturum Liburnum infra eundem terminnm. Exhortatur igitur vos, & inſtanter requirit ipſe dominus Gregorius Papa, ut pro parte domini veſtri vadatis vel mittatis unà cum mittendis per ipſum dominum Gregorium Florentiam pro prędicta concordia celeriter obtinenda. Et cùm ipſe dominus noſter Gregorius paratus ſit obſervare vota & juramenta ſua, & ſecundum illa purè attendere ad ea, quæ pro reintegratione uninois Chriſtianorum fuerint, diſpoſitus non eſt ſe de novo obligare, quod petere videmini, ſed ſolùm ad conventionem localem.

ALTERA RESPONSIO DICTI domini Gregorii Papæ nuncius Antipapæ XXII. die prædicti menſis Aprilis in Luca ſuper locis Carariæ & Lauentiæ, Lucanenſis diœceſeos, prope mare conſiſtentibus, data,

CAPUT VI.

Quia ſcripta & narrata in ſchedula veſtra ſunt minùs vera, & irrationabiliter ac indebitè data, propoſita, oblata & reſponſa, uti ſæpè declaratum eſt publicis documentis, teſtibus, inſtrumentis, rationibus & aliis experiẽtiis oportunis: idcirco eiſdem reſpondetur, ſicut aliàs in ſcriptis per ſuã ſanctitatẽ, per ejus proprios oratores rationabiliter & verè reſpõſum fuit, à proteſtationibus partis tunc factis nullatenus diſcedendo. Et licet tam ex eiſdem contendẽtis in dicta ſchedula & aliis tractatis & pertractatis tã cum dicto reverendo patre

ſtre domino Petro, quam cum aliis notabilibus perſonis de parte ſua, quam etiam cum ſuis nunciis: quam ex diverſis & continuatis plurium notabilium perſonarum & inſignium virorum indicationibus cum omni ſinceritate & puritate domino noſtro Gregorio Papæ factis appareat expreſſè, quòd domin⁹ Petrus prædictus omnino ſatagit dictũ dominũ Gregoriũ attrahere ad loca ſuſpecta, inhabilia, non idonea, neque ſecura, propinqua ſuæ potentiæ & obedientiæ, non ſine rationabili cauſa & ſuſpicione, quæ ex tenacitate locorum Laventiæ & Carariæ, poſt tam claras ac urgentes rationes per oratores præfati domini noſtri factas in Portu Veneris contra prædicta & nunc iterum replicata & continuata, neceſſitate per ambaſiatores præfati domini Petri ipſi domino noſtro meritò augentur, reſponſiones quæ nũc datæ per ambaſiatores dicti domini Petri frivolè in ſeipſis apparent, diligenter intuenti: nihilo minùs idem dominus noſter accenſus fervore inextinguibils charitatis ad unionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, prædictum reverendum patrem, dominum Petrum petit, requirit obſecrat & obteſtatur per viſcera miſericordiæ JESU Chriſti, ut ad tollendam eandem ſuſpicionem & amputandam omnem dilationem & ad celeriter & fructuosè inducendam in Dei Eccleſiam dictam unionem placeat eidem domino Petro aliquem de locis dominorum Florentinenſium aut Senenſium, vel etiam civitatem Lucanenſem eligere, pro quibus offeruntur & non auferuntur rationabiles & debitæ ſecuritates & libertates, quæ ſufficere debent cuilibet bono viro eandem unionem purè ac celeriter intendenti: quibus ſub fide, protectione & potentia tenentium dicta loca ambæ partes à fraudibus violentii & ſuſpicionibus periculorum ac nocumentorum tam ab aliis, quàm ab ipſis hincinde ſibi mutuò inferendis tutè, liberè, celeriter ac purè vacare poterunt eidem unioni, ipſamque perficere ad laudem Dei & exultationem totius populi Chriſtiani.

INCITATIO ET EXHORTATIO quædam ipſi domino Gregorio Papæ deſtinata, ſuper ceſſione & facto unionis, ſatis eleganter deducta,

CAPUT VI.

APoſtolica docent exempla, reverende Pater, ut proximorum infirmitates compaſſione faciamus noſtras, monentque ad eorum curam ſeu ſanationem intendere: & quidem bonorum diſtributor pleriſque circa hæc, pleriſque circa alia opera bona, duo aut unum, tibi verò paterfamiliâs peregrè profectus quinque talenta tradidit, & ultrà eo uſque perduxit, ut te profeſſorem ſiſteret inter gentes, videlicet interpretem legis ſuę Intellige, quæ dico: tradidit tibi talentū. ut videas, quot ſcandala, ſectiones, & mala cuilibet cavenda, ſed & pellenda ſunt: Talentum, quòd compaſſione guſtes, quanta ineſt eis amaritudo, ut dulcores dum potes: Talentum, quòd officium ſentias, quàm fœdo olitu fuerint reſperſa, ut eo fuges & fugias: Talentum, quòd in omnibus his malis vulnera tangas, infirmisque curandi modum adhibeas: Talentum etiam, quòd ſaucios clamantes audias, ut eiſdem efficaciter medeatis. Dedit etiam tibi, quòd Chriſtianus es, ſcilicet propter te dedit tibi, quòd ſacerdos es, ſcilicet propter ipſum patremfamiliâs dominum quidem creatorem tuum, dedit tibi, quod Paſtoris locum tenes, videlicet propter oves. Et circa hæc, ſi Chriſtianum te profiteris, fidem ſervare debes. ſi ſacerdotem impleas, placare Deum: ſi curam & debitas paſtoris obſerves excubias, paſcere gregem & cuſtodire. Sed ne tibi videreris ipſis eiſdem talentis & cæteris donis modicus, addidit is paterfamilias creator tuus munera ſua temporalia-munera bene utentibus valde bona, divitias, dignitates, potentatus: te demum in domo ſua putativum caput fieri permiſit, ut in quo tres prædeceſſores tui noluerunt intelligere, ut bene agerent, ſed aſtiterunt omni vię non bonæ. nec oderunt malitiam. tu qui paginam ejus legis, ejusq; profeſſor & interpres diceris, eligeres viam mandatorum ſuorum, & in viam pacis ſtatueres pedes tuos. Intellige quæ

dico,

dico. Vidéſne, quantis ſcandalis, quàm peſtifera ſectionis, quamque innumerorum malorum horrenda procella navicula Petri concitata, nunc in ſcopulos, nunc ſit diſiecta in Syrtes? Guſtaſti ne quàm anxius guerrarũ ſtrepitibus, quâque amaris oppidorum, & aliquorum aliorum locorum incendiis, ac aliis malis, quæ pudore pertranſeo, plerique propterea populi ſint afflicti? Odoratúſne es puellarum, jugatarumque & viduarum odorem non ſuavitatis, ſed ignominiæ & horroris? Tetigiſti ne pavendũ gemibundũque vulnus, cur reſpub. eccleſiæ ſaucietur? Audiſti ne, & quotidie audis, multorum, imo univerſi orbis ploratum, quo piè implorat vulneri tam venenato medelam? Intellige, quæ dico: dedit tibi Dominus intellectum, & per eum intellige circa hæc, quàm gravi infirmitate decumbũt proximi, quàm læthifero vulnere ſit percuſſa reſpublica, quamque ſæva peſte proſtratus jacet populus univerſus. Adde & hoc, quod non ſine obortis lachrymis & cordis anxietate cũ cæteris meminiſſe poſſum, quòd jam religio Chriſtiana magno ludibrio eſt inimicis omnibus noſtri Domini crucifixi; ad quam quidem ludicram abolendam invidiam, ad infirmitatem proximorum curandam, & ad vulnus reipublicæ integrandum, eo cordialiùs, eoque ferventiùs aſpirare debes, quò latiori talentorum bonorumque receptione inconſcientiæ tuæ ſcrinium creatori tuo arctiùs obligatum te ſentis, cujus donorum acceptione ad ea ipſa debitor factus es: de cujus ſacerrimis donis pertranſeo, quod ultra præmiſſa dedit tibi teipſum, deditque tibi ſeipſum. Sed & tacere nolo, quod etſi magnum eſt, imo maximum & impretiabile, quod tibi ſeu pro te dedit, probabile eſt, & ad manum habes, quod parvum quidem poſtulat à te. Poſtulat enim, ne auferas ei jus ſuum: poſtulat, ne alteri Domino aſſignes ſervum ſuum, jusq; ſuum: anima tua eſt ſervus ſuus, corpus tuum eſt jus ſuum: fecit animam tuam, quando pro ea animam ſuam poſuit, ſervum ſuum: fecit corpus tuum quando pro ipſo corpus ſuum in mortem dedit, totoque ſe comparavit totum te. Conſidera ergo, quid exigat à ſpiritu tuo, quid à corpore tuo, utroque ſervo ſuo. Dilige eum ex toto corde tuo: & ſolutum eſt quod requirit à corporis tui mẽbris. Conſidera rurſum, quòd inter cæteras paſſionis ſuæ pœnas, felle & aceto potatum eſt os ſuum, ut veritatem & judicium loqueretur os tuum, cũ vitiis & bla-

ſphemiis patuerunt aures tuæ, & non obthurarētur, ſed pa-
tērent ad clamores pauperum aures tuæ. Extenſæ ſunt in cruce manus ſuæ, ut extenderentur infirmo & inopi manus tuæ. Confixi ſunt clavis pedes ſui, ut dirigerentur in directas ſemitas pedes tui. Intellige, quæ dico,& cordis aure percipe. Hæc tanta fecit, hæc tanta munera,hæc tam fœcūda talenta tibi dedit,ut adeo bene operareris in eis,quòd talenta ipſa cum fœnore multitudinis ſibi reſtituas. Et quidē reſtitues, ſi facto perfeceris, quod olim cœpiſti per integrationem laceræ domus ſuæ,in quo ipſo totis ſimul lucrabaris talentis, & pro te profectò oſtendebas ipſius creatoris tui utroq; homine ſervum,& toto eum corde diligere dum literis tuis ſanctiſſimo domino noſtro domino Benedicto divina providentia Papæ decimotertio ajebas, Qui ſe humiliat, exaltabitur: eiſdem lucrabare talentis, & veritatem ac judicium loquebatur os tuum,dum ſibi eiſdem literis ajebas, Non ſemper de ſummo jure diſputandum eſt. Eiſdem lucrabaris talentis, & patebant clamori pauperum aures tuæ, dum eiſdem literis ajebas ſibi, Exurgamus ambo, in unum concurramus unionis affectum. Eiſdem lucrabaris talentis, & infirmo ac inopi manum extendens totos artus tuos Domini impendebas membris, dum ipſi domino noſtro Papæ eiſdem literis ajebas, Parati ſumus & offerrimus juri noſtro & Papatui cedere,dum tu,& cætera. Eiſdem lucrabare talētis,& pedes tuos in ſemitam rectam ponebas, dum ſibi eiſdem ajebas literis, Tolle moras,&c. & hoc ipſum literis ingeminans replicabas. Ex his vivam tenebas Chriſtianam fidem,ut eam legiſti, Fides ſine operibus mortua eſt. Ex his placabas Deum creatorem tuum, & diligebas quidem. Nā, ut legis, Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Ex his paſcebas oves gregis Dominici, & unam connectebas in caulam. Ex his proximos curabas,infirmos integrabas, vulnus reipublicæ ſanabas,& populum erigebas proſtratū. Ex his tandem, quorum ſonus in omnem terram exierat, quaſi oleum effuſum erat nomen tuum,oleum,inquam,cujus odore ſuavitatis Dominum odoratum putabant,teque non ſolo nomine,ſed ab effectu ſimul angelum in vicis clamorabant & in plateis. Nunc autem quid dicam? neſcio. Poſuiſti enim in amaritudine animas omnium audientium,quoniam retrorſum converſus es, & tamen legeras. Nemo mittens manū ad aratrū,& aſpiciens retrò,aptus eſt regno Dei,

aſpicis retro: ſed an quandoque manum ad aratrum adegeris, dubium eſt. Si te humiliare non velis, ſi verbum veritatis & judicium non curabis: ſi pauperibus aures olim apertas nunc claudis, ſi manum inopi & infirmo porrectam retrahis, ſi membra tua cædenda membris Domini non impendis, ſi moram quippe tollendā protrahēs, à ſemita demas pedes tuos: aſpicis, inquam, retro idque maximè ſi cœptis poſtergatis, gloriæ cupidus, præſtare cæteris cupias, & in tyrannos, in reges, in comites & barones erigere nepotes, ac conſanguineos in dignitates & ſtatus magnos efferre ſatagas. Et tamen legiſti, qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos: legiſti etiam, Qui amat patrem aut matrē, aut fratrem, &c. plus quàm me, non eſt me dignus. Aſpicis retro, ſi aulicis & collateralibus aſſentatoribus tuis & adulatoribus aures aperis, & contrà clamori pauperum lacrymoſo claudis: & tamen legiſti, quòd tales mendaci & ſeductoria adulatione blandiuntur ſuperioribus, ut aſſequantur dignitates & honores: blandiuntur & aliis, ut eis faveant, & commendentur ab ipſis. Felix eris, ſi hęc intelligis: felicior, ſi hos repellis: feliciſſimus, ſi audis Auguſtinum, qui, Eos, inquit, principes felices dicimus, qui inter linguas ſublimiter honorantur, & ob obſequia minùs humiliter ſalutantium non extolluntur, ſi ſe homines eſſe meminerint, ſi ſuam poteſtatem ad Dei culturā dilatandum, majeſtatique ejus familiam faciunt: ſi Deum amant, diligunt, colunt, ſi plus amant illud regnum, ubi non timent habere conſortes, ſi ſic omnia faciunt, non propter inanis gloriæ ardorem, ſed propter charitatem felicitatis æternæ, profectò nullum hi adulatorem habent, quoniam, ut legiſti, Adulator omnis virtutis inimicus, & quaſi clàm fugit in oculo ejus, cum quo conſerit, eoque magis cavendus eſt, quò ſub amantis ſpecie nocere cupit. Et ſequitur, Comites habet adulator odium & fraudem, proditionem & notam mendacii, ſequelam ſervitutis, excæcationem proximi & exterminium totius honeſtatis. Legiſti etiā, quòd his adulationibus eures claudendæ ſunt, quodque ſapientes antiqui non permittebant cum principibus tales loqui. Et demum legiſti, ut puto, aliquos hujus ſpiritus propter adulationes capitali affectos ſententia, aliquos in tormenta raptos, aliquos diverſis adactos pœnis, & aliquos plerique viderunt datos, juſto Dei judicio, miſeriis & ærumnis.

nis.

nis. Quid mirum? Hi enim ſunt Syrenes cantu ſuo trahentes dulciter in Scyllam homines, vel aliquos in Charybdim, meretrices videlicet Megaræ filiæ ſunt, mittentes homines velut Proſerpinæ filias in delicta. Hi ſunt presbyteri infernales, qui diſſuadentes omne bonum propoſitum, ac quod rectum, quod placens, quod meritorium eſt in oculis Domini: ſuadentes autem econtrà, quod mundanum, quod tortuoſum, quod obſcœnum, quod injuſtum & demeritoriũ, ut offendatur Deus, quaſi veſperas mortuorum incipiunt à Placebo, ſed in fine ſepeliunt in peccatis: ſuadent tibi tales, non dubito, prætactum per te cœptum poſtergare propoſitum, & retinere Cathedram Pontificalem quæ profectò etiam tibi in utraque vita magis congregabit dimiſſa, quàm retenta, diſpergetque angores ſollicitudinis diurnos & nocturnos metus, ac vitam animæ periculorum pleniſſimam tibi exhibet inceſſanter. O' quàm felix cathedra, quæ hominem tenet continuò in timore. Crede mihi (quanquam hi aſſentatores contrarium tuis jugiter ſibilent in auribus) ipſius cathedræ depoſitio te ſanctum faciet, & in terris magnificum, proximos infirmos curabit, vulnus integrabit reipublicæ, & eliſos eriget, quos ad patremſamiliàs tecum in turmam ducet pro receptorum fœnore talentorum. Heu me, quid hoc, ſi Paſcaſius millenus imperio, ſiq; plures antiqui nobiles reipublicæ præeſſe noluerunt, niſi quandiu ipſa reſpublica eorum miniſterio eguit? ſi quidam dimiſſo conſulatu, reipublicæ gratias egerunt? ſi tandem aliqui ob ſalutem ipſius reipublicæ, ſolius mundanæ gloriæ premium habituri, ſeſe dedere in præcipitium & in mortem, & quidem hi omnes pagani: quid debet facere Chriſtianus homo pro ſpirituali reipublicæ ſalute integranda, habiturus indubiè præmium retributionis æternæ? Crede mihi, licet hi aſſentatores tui cũ Tullio tibi dicant, quòd nulla poſſes eſſe major utilitas, quàm regnandi, & tu contrà per eundem reſponde, Nihil eſſe inutilius, ei præſertim, qui principatum injuſtè cõſecutus ſit. Noſtri tamen, quòd diligentibus Deum omnia cõparantur in bonum: ſed & noſtri, quòd munera Dei dãno ſunt poſſidentibus otioſis, quibus nolle negotiari ad lucrũ probè negotiatur ad ſupplicium. Intellige, quæ dico: dedit tibi Dominus, ut dixi, talenta, & munera magna ſua, ea cum fœnore abs te repetiturus: magnus fœnerator eſt hic Deus

 noſter:

noſter:coram eo loquor,importunè uſuras exigit iſte creditor durus. Creditor eſt ille homo, qui,ut dixi peregrè proficiſcens eſt, ipſe plenilunio revertetur, rationem tecum exactiſſimam uſq; ad extremum quadrante poſiturus, cùm redierit duplum requiret à te, cùm receperit centuplo remunerabit te.O beatum commercium,in quo nec uſuras exigens criminis arguitur,nec in aliquo ſolvens gravatur. O felicem negotiationem, inqua creditor oportune importunus eſt,& ob quam debitum plus q̃ debet,debetur. Proinde tibi cum Ulyſſe aures ſunt claudendæ Syrenibus:ſi enim apertas ſibi dimittas, quod abſit:ſi negligentiam negotiationis oblivione ſupprimas impunitam, timendum eſt,quod ad judicium ſuffoſſis talentis ſine venia venias. Intellige, quæ dico: magnæ memoriæ eſt iſte creditor noſter, pœnaliter oblitus eſt tui,ſi eum debiti ſui oblitum putas:nihil enim occupatione, nihil tempore obliviſcitur:quod hodie præſtat,quod heri p̃ſtitit,æquè recolit:hodie enim ſuum eſt,hodie & heri tranſeunt dies&dies,anni &anni: ſed mille anni ante oculos ejus, &mille anni tanquã dies heſterna,quæ præteriit. Credis ne, quòd non numeret,quantum tibi præſtitit, qui ſolus dinumerat arenas maris,guttas pluviæ, & dies ſeculi? Aut credis, quod non dividat usq; ad minutias talenta tibi tradita, qui aquas ab aquis ſapientia ſua diviſit? Sed fortè ſomnias,quod iſtum creditorem,dum commodatum reputet:in judicium trahes calculaturum tecum. Intellige, quæ dico: Magnus cauſidicus eſt, ſummus algoriſta eſt hic creditor,tecũ ingreſſurus judicium, coram quo, ut juſtificeris, neceſſe habes ut compareas,ipſius domini tui pecunia non abſconſa, ut obediens votopromiſſioni & juramento, quibus pro integrãda domo ſuá te non cuiquam hominum,ſed ſibi aſtrinxiſti. Caveas,ne tua inobedietiá multos proſcribat: noſti enim,quòd protoplaſtæ culpam,ſcilicet inobedientiam,totus usq; hodie luit mundus:noſtri etiam,quòd exceſſum David in numeratione populi legem tranſgreſſi, ſeptuaginta millium virorũ ruina ſequuta eſt. Quo clarũ fit,quòd ipſa inobedientia plerunq; reis innocuos immiſcuit, diſſimiles quidem in culpa, in pœna autem pares. Id enim tibi eſſet cum talentis Domini negotiari ad pænam. Intellige, quæ dico:neceſſe habes,ut præmiſſa conſiderans miſericodia movearis, & erga plures quidem,ſi non & miſereri neſcies, & hominem abnegabis:

& ta-

& tamen noſti, quòd non velle miſereri, eſt cum feris habere commercium & hominem diffiteri. Poſtremò providere habes,ne amor inordinatus evehendi ſcilicet dilectos tuos in ſtatum dignitatis elatiorem,te demergat in chaos,ubi nulla eſt redemptio,prout legis. Sed inſuper providere habes,ne is paterfamiliâs tibi per Iſajam dicat, Transgreſſorem ex ventre vocavi te. Forſitan dices idem offenſus, Ad manum habet patientiam, promittit clementiam, admittit pœnitentiam,& remittens peccata ampliorum bonorum committit abundantiam. Fateor, inquam, miſerationes Domini ſuper omnia opera ejus, & miſericordia Domini plena eſt terra: hanc tamen miſericordiam pleriq; ſibi finaliter ademerunt, qui poſtergata bonarum operationum via, Deum,quem habituri ſunt judicem, ſperant miſericordem, ac ſi miſericordia,quæ religionis eſt, merces iniquitatis exiſteret: non tamen ſic eſt,oportet quòd operationes bonæ pro homine ante conſpectum judicis interveniant. Crede ergo ſano conſilio obediens, redde Altiſſimo vota, ſerva jusjurandum, promiſſa imple,redde creatori tuo talenta ſuperlucrata, exhibe quod ſit lucroſum: reputans te ſervum, invenis miſericordiam,quā aliàs tibi vanè promittis.Indignaberis fortè mihi pusillo, aut aliud cauſaberis, quaſi curarem, quòd hoc tibi adduco conſilum. Non curo talentum mihi creditum apud te expendiſſe & non ſuffodiſſe: ſufficit mihi id fotè reddituro cum fœnore. Sed audi & hoc ultimum,quo epiſtolam claudo,memoriterq;tene,Cum talentis Domini nolle lucrari,ſeſe perdere & ſalutem ſuam profligare: aſpernari autem cujuſcunq; conſilium ſanum,ſeipſum odiſſe eſt. Datæ apud Portum Veneris III. Cal. Maji,anno Domini M. CCCC. VIII. Indictione prima,Pontificatus præfati domini noſtri Benedicti Papæ XIII. anno XIIII.

ſitimam, & etiam magnam partem in Marchia Anchonitana poſſideat ſine lite, quæ ſunt quaſi vicinæ ſeu propinquæ civitati Piſanorum: ac dominus Gregorius Papa totam provinciam, patrimonium beati Petri in Tuſcia, necnon & Peruſium, & Bononiam, Forlivium & Faventiam civitates potentiſſimas, & earum comitatus & diſtrictus, necnon reliquas civitates in ipſa Marchia Aanchonitana, ac Marchiam Romandiolæ multasq; alias civitates opulentas & potentes poſſideat in Italia, in qua Antipapa nullum habet dominium & dominus Gregorius & rex præfati & ſibi adhærentes ſunt hoſtes dicti Antipapæ & ſibi adhærentium, & eos perſequūtur odio capitali: ipſeque rex per mare terramq; ſtipatus eſt grandi exercitu, quem poteſt etiam continuò adjungere. Sed hæc de jure timentur, hæc de more vitantur, hæc refugit, imò hęc abhorret natura. Quis enim auderet, vel qua ratione aliquis teneretur coram tam potentibus adverſariis comparere? ut hæc clarè deducuntur in Clem. paſ. de re judic. §. notorium, &c. Hæc igitur materia perturbat hujuſmodi unionem. Sed ô tu Gregori, quare tot & talibus malis, verbis & opere non reſiſtis? O pudor, te diſſimulante tanta mala patrarunt peſſimi dies iſti. O' in principio tui Papatus gratus hominibus & tranquillus nauta: tu pretioſis mentibus tunc onuſtam navem ad infamem & procelloſum ſcopulum appuliſti, illic hæſiſti & adhuc demoraris: an ut in tempeſtate aſpera magiſterium approbares? Sed hæc niſi amens eligit, quia ut fortis eſt non perpeti, ſic prudentis eſt nō optare periculum. Sed fruſtra rete jacitur ante oculos pennatorum: ſcriptum reperitur ſcilicet, Et conſtituti ſunt duo ſenes judices in anno illo, de quibus locutus eſt dominus, quia iniquitas egreſſa eſt de Babylone, & à ſenioribus judicibus qui videbantur regere populum, Daniel. XIII. Roma enim à pleriſque Divinis Babylonia interpretatur. Sed ad vertant hi, qui tantum bonum impediunt, illud: Dominus diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum, quod cœperant: qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat: & illud, Nil fictum durabile. Confundantur igitur & exterminentur, & angelus Domini ſit perſequens illos, qui, quòd dicta unio non facta fuerit hactenus, ſeu adhuc citò non fiat, per ſuas pravas machinationes & inſanias falſas impedierunt & impediunt impudenter.

Roma, Babylonia interpretatur.

ter. Datæ Lucæ, die VIII. menſis Maji, anno Domini M. CCCC. VIII.

LITERA M. THEODORICO hujus Nemoris unionis authori tranſmiſſa, quomodo Ladiſlaus rex Siciliæ Romam intravit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum,

CAPUT IX.

SCiat veſtra reverenda Paternitas, qualiter XXV. die menſis Aprilis proximè præteriti, videlicet in die rogationũ, dominus Ladiſlaus, rex Siciliæ, intravit Urbem cum pleno dominio, gratanter ſuſceptus ab omnibus cum ramis palmarum & ludis ſolitis fieri in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto, & cum tanta marium & fœminarum ac ſenum, juvenum & puerorum alacritate, quòd mirum fuiſſet vobis videre: nulla novitas, nec ſpolium, aut ſanguis intervenit, & ex pòſt eſt pax maxima ſubſecuta, & rerum omnium abundantia, adeo quòd triticum, quod priùs hîc latebat, reperitur in tanta abundantia, ut pro tribus ducatis rubium vendatur, quod ferè non eſt, qui velit: & dico vobis, quod totum erat hîc in urbe, ſed iſti tenebant ipſum abſconditum, expectantes quòd fieret carius, ſed nunc videntes dictũ triticum omni die vileſcere, feſtinant ad vendendum: & habem' in foro quinq; panes bonos pro bollengis: & fructuum, lardi, caſei, olei & aliarum rerum, quæ ab oppidanis circumvicinis apportantur, ſimiliter abundantiam maximam: & per mare veniunt quotidie naves oneratæ omnibus bonis, utputà vnio, & carnibus ſalitis & grano, quod datur pro duobus ducatis, ſed non eſt ita bonum, ſicut iſtud hujus terræ: ita quòd in genere omnes contentantur de dominio ipſius domini regis, exceptis forſàn aliquibus Romanis habentibus * gravamen. Dominus noſter Papa etiam expectatur hîc cum deſiderio, Columnenſes & alii omnes exteri reintrarunt Urbem, & omnes ſtant in bona pace cum intrinſecis, civitas regitur per Senatores & conſervatores, & Mareſtallos, ſicut tempore Boni-

* granum. forté.

ritimam,& etiam magnam partem in Marchia Anchonitana poſſideat ſine lite, quæ ſunt quaſi vicinæ ſeu propinquæ civitati Piſanorum : ac dominus Gregorius Papa totam provinciam,patrimonium beati Petri in Tuſcia,necnon & Peruſium,&Bononiam,Forlivium & Faventiam civitates potentiſſimas, & earum comitatus & diſtrictus, necnon reliquas civitates in ipſa Marchia Aanchonitana, ac Marchiam Romandiolæ multasq; alias civitates opulentas& potentes poſſideat in Italia, in quaAntipapa nullum habet dominium & dominus Gregorius & rex præfati & ſibi adhærentes ſunt hoſtes dicti Antipapæ & ſibi adhærentium,& eos perſequũtur odio capitali : ipſeque rex per mare terramq; ſtipatus eſt grandi exercitu,quem poteſt etiam continuò adjungere.Sed hæc de jure timentur, hæc de more vitantur, hæc refugit,imò hęc abhorret natura.Quis enim auderet,vel qua ratione aliquis teneretur coram tam potentibus adverſariis comparere ? ut hæc clarè deducuntur in Clem.paſ.de re judic.§.notorium, &c. Hæc igitur materia perturbat hujuſmodi unionem. Sed ô tu Gregori,quare tot & talibus malis,verbis & opere non reſiſtis ? O pudor, te diſſimulante tanta mala patrarunt peſſimi dies iſti. O' in principio tui Papatus gratus hominibus & tranquillus nauta:tu pretioſis mentibus tunc onuſtam navem ad infamem & procelloſum ſcopulum appuliſti, illic hæſiſti & adhuc demoraris : an ut in tempeſtate aſpera magiſterium approbares ? Sed hæc niſi amens eligit, quia ut fortis eſt non perpeti, ſic prudentis eſt nõ optare periculum. Sed fruſtra rete jacitur ante oculos pennatorum:ſcriptum reperitur ſcilicet, Et conſtituti ſunt duo ſenes judices in anno illo,de quibus locutus eſt dominus,quia iniquitas egreſſa eſt de Babylone,& à ſenioribus judicibus qui videbantur regere populum, Daniel.XIII.Roma enim à pleriſque Divinis Babylonia interpretatur. Sed ad vertant hi, qui tantum bonum impediunt, illud: Dominus diſſipat cogitationes malignorum,ne poſſint implere manus eorum, quod cœperãnt:qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat:& illud,Nil fictum durabile. Confundantur igitur & exterminentur, & angelus Domini ſit perſequens illos,qui, quòd dicta unio non facta fuerit hactenus, ſeu adhuc citò non fiat, per ſuas pravas machinationes & inſanias falſas impedierunt & impediunt impudenter.

Roma, Babylonia interpretatur.

ter. Datæ Lucæ, die VIII. menſis Maji, anno Domini M. CCCC. VIII.

LITERA M. THEODORICO hujus Nemoris unionis authori tranſmiſſa, quomodo Ladislaus rex Siciliæ Romam intravit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum,

CAPUT IX.

SCiat veſtra reverenda Paternitas, qualiter XXV. die menſis Aprilis proximè præteriti, videlicet in die rogationũ, dominus Ladislaus, rex Siciliæ, intravit Urbem cum pleno dominio, gratanter ſuſceptus ab omnibus cum ramis palmarum & ludis ſolitis fieri in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto, & cum tanta marium & fœminarum ac ſenum, juvenum & puerorum alacritate, quòd mirum fuiſſet vobis videre: nulla novitas, nec ſpolium, aut ſanguis intervenit, & ex pòſt eſt pax maxima ſubſecuta, & rerum omnim abundantia, adeo quòd triticum, quod priùs hîc latebat, reperitur in tanta abundantia, ut pro tribus ducatis rubium vendatur, quod ferè non eſt, qui velit: & dico vobis, quod totum erat hîc in urbe, ſed iſti tenebant ipſum abſconditum, expectantes quòd fieret carius, ſed nunc videntes dictũ triticum omni die vileſcere, feſtinant ad vendendum: & habem' in foro quinq; panes bonos pro bollengis: & fructuum, lardi, caſei, olei & aliarum rerum, quæ ab oppidanis circumvicinis apportantur, ſimiliter abundantiam maximam: & per mare veniunt quotidie naves oneratæ omnibus bonis, utputà vnio, & carnibus ſalitis & grano, quod datur pro duobus ducatis, ſed non eſt ita bonum, ſicut iſtud hujus terræ: ita quòd in genere omnes contentantur de dominio ipſius domini regis, exceptis forſan aliquibus Romanis habentibus * gravamen. Dominus noſter Papa etiam expectatur hîc cum deſiderio, Columnenſes & alii omnes exteri reintrarunt Urbem, & omnes ſtant in bona pace cum intrinſecis, civitas regitur per Senatores & conſervatores, & Marcſtallos, ſicut tempore Bonifacii

* granum, forté.

LITERA DOMINI LADISLAI regis Siciliæ Florentinenſibus noviſſimè dicata: & iſta litera, quæ ſubſcribitur, valde ſophiſticá eſt, & includit multum de fermento malitiæ, ſi bene videatur, & per eam tota maſſa corrumpitur: ad quod videantur, quæ poſt literam ſcribuntur,

CAPUT VII.

MAgnifici domini & amici chariſſimi, ſignificatum eſt nobis ab ambaſiatoribus noſtris Lucæ morantibus apud dominum noſtrum Papam, & ab aliis ipſarum partium fide dignis, quòd pro ſchiſmate tollendo, & unione in ſancta Dei eccleſia reformanda, tam eidem domino noſtro Papæ, quàm alteri parti terras veſtrás & locá liberè obtuliſtis. Quãobrem videtur, quòd dictus dominus noſter ad prædicta perficienda elegerit civitatem Piſarum, de qua quidem electione plurimùm contentamur. Nam ſcimus & à certo tenemus, quòd ſi dictá unio in dicta civitate Piſarum, aut alia veſtra terra fieret, quòd propter antiquám & charam amicitiam, quæ inter nos & vos ſemper fuit & erit, agenda & expedienda noſtra pro rerum agendarum concluſione taliter diſponentur, & omninò fient, ac ſi in terris noſtris propriis fieret unio antè dicta. Et licet ſæpè tentaveramus ab eodem domino noſtro poſſe certificari, quomodo ſuccedente dicta unioẽ de ſtatu noſtro poſſem⁹ eſſe ſecuri, & remanere in ſecura ꝓprietate regni, ſicut domini Cardinales, noſtri Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii uſq; ad infimos clericos, qui poſſident, debent in eorũ dignitatibus & beneficiis, ut fertur publicè, remanere, nunquã id obtinere potuimus, nec per literas ſupplices, nec per noſtros oratores ad dictum dominum noſtrũ ſæpe deſtinatos. Et ob eam cauſam ipſis noſtris ambaſiatoribus literis & precibus in nullo proficientibus ad tantam rẽ, & ne ex neglectu prætermittatur, decrevimus ad quemcunquè locum, ubi unio fiet, perſonaliter proficiſci, & per conſequens nobis placet, quòd in amicis locis, veſtris præcipuè, iſtud fiat, ubi favores à nobis habere credimus, utpote noſtris præcipuis benevolis & amicis. Cumque parati & expediti

pediti ſimus, ac in itinere conſtituti, rogamus magnificentiam veſtrã attentè, quòd nobis intimare placeat, ſi ipſa unio Piſis, vel alibi in terris veſtris fieri debeat, aut non. Et ſi ibi eam fieri fortè contingat, hortamur, ut pro nobis & pro ſocietate noſtra victualia & alia neceſſaria, tã ibi, quàm in aliis terris veſtris in ipſo itinere ſituatis mandare placeat præparari ad ſufficientiam oportunam, atque ut inveniantur pretio cõpetenti: nec minùs pro nobis in loco ſtatuto vel ſtatuendo aliqua conveniens atque decens manſio præparetur, ac de omnibus nos per latorem præſentium, quem ad hoc ſpecialiter tranſmittimus, nos placeat aviſare & certiores reddere, offerentes nos ſemper ad quælibet vobis grata. Datæ Romæ, ſub parvo noſtro ſigillo, die III. Maji, primæ indictionis, &c. Quia ſimiliter per mare venient pro noſtra ſocietate nonnullæ galeæ & navigia alia, ideo placet modo ſimili emenda competenti pretio victualia facere præparari. Datæ, ut ſuprà. Et quoniam credimus dominum noſtrum Papam cognoſcere viam talem unionis, unionem pacificam omnibus Chriſti fidelibus non producere, ſed pejorem ſciſſuram priore: nos, prout intereſt, velut rex, vel ſaltem ut pſona ſacra, ad tanti boni perfectionem intendimus perſonaliter intereſſe, tam etiam pro bono publico, quàm privato: ad quod ultimum utinam non omnes attenderent potius, quã primum. Et de hoc per veſtras literas & nuncios ſpeciales unum poſt alium, & alium poſt ũnum ſubitò nos intimetis, nec pro pecunia omittatis, quoniam eis ſatisfaciemus in promptu, ita quòd ſimus aviſati: nam tempus nobis datum non intendimus perdere quoquo modo, nec in verbis quomodolibet detineri. Datæ Romæ, ut ſuprà.

AUTHORIS HUJUS NEMORIS, Theodorici de Niem, gloſſula ad literam ſuperiùs poſitam,

CAPUT VIII.

ET qualiter illic Antipapiſtæ auderent convenire, qui ſunt advenæ & peregrini in partibus iſtis? cùm iſte rex totum regnum Siciliæ, ac Romam, necnon Campaniam ma-

ritimam,& etiam magnam partem in Marchia Anchonitana poſſideat ſine lite, quæ ſunt quaſi vicinæ ſeu propinquæ civitati Piſanorum : ac dominus Gregorius Papa totam provinciam,patrimonium beati Petri in Tuſcia,necnon & Peruſium,&Bononiam,Forlivium & Faventiam civitates potentiſſimas, & earum comitatus & diſtrictus, necnon reliquas civitates in ipſa Marchia Aanchonitana, ac Marchiam Romandiolæ multasq; alias civitates opulentas& potentes poſſideat in Italia, in qua Antipapa nullum habet dominium & dominus Gregorius & rex præfati & ſibi adhærentes ſunt hoſtes dicti Antipapæ & ſibi adhærentium,& eos perſequũtur odio capitali : ipſeque rex per mare terramq; ſtipatus eſt grandi exercitu,quem poteſt etiam continuò adjungere.Sed hæc de jure timentur, hæc de more vitantur, hæc refugit,imò hęc abhorret natura.Quis enim auderet,vel qua ratione aliquis teneretur coram tam potentibus adverſariis comparère ? ut hæc clarè deducuntur in Clem.paſ.de re judic.§.notorium, &c. Hæc igitur materia perturbat hujuſmodi unionem. Sed ô tu Gregori,quare tot & talibus malis,verbis & opere non reſiſtis ? O pudor, te diſſimulante tanta mala patrarunt peſſimi dies iſti. O' in principio tui Papatus gratus hominibus & tranquillus nauta:tu pretioſis mentibus tunc onuſtam navem ad infamem & proceloſum ſcopulum appuliſti, illic hæſiſti & adhuc demoraris : an ut in tempeſtate aſpera magiſterium approbares ? Sed hæc niſi amens eligit, quia ut fortis eſt non perpeti, ſic prudentis eſt nõ optare periculum. Sed fruſtra rete jacitur ante oculos pennatorum:ſcriptum reperitur ſcilicet, Et conſtituti ſunt duo ſenes judices in anno illo,de quibus locutus eſt dominus,quia iniquitas egreſſa eſt de Babylone,& à ſenioribus judicibus qui videbantur regere populum, Daniel.XIII.Roma enim à pleriſque Divinis Babylonia interpretatur. Sed ad vertant hi, qui tantum bonum impediunt, illud: Dominus diſſipat cogitationes malignorum,ne poſſint implere manus eorum, quod cœperant:qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat:& illud,Nil fictum durabile. Confundantur igitur & exterminentur, & angelus Domini ſit perſequens illos,qui, quòd dicta unio non facta fuerit hactenus, ſeu adhuc citò non fiat, per ſuas pravas machinationes & inſanias falſas impedierunt & impediunt impudenter.

Roma, Babylonia interpretatur.

ter. Datæ Lucæ, die VIII. menſis Maji, anno Domini M. CCCC. VIII.

LITERÆ M. THEODORICO hujus Nemoris unionis authori tranſmiſſa, quomodo Ladislaus rex Siciliæ Romam intravit, cum narratione valoris victualium, & quorundam aliorum,

CAPUT IX.

SCiat veſtra reverenda Paternitas, qualiter XXV. die menſis Aprilis proximè præteriti, videlicet in die rogationū, dominus Ladislaus, rex Siciliæ, intravit Urbem cum pleno dominio, gratanter ſuſceptus ab omnibus cum ramis palmarum & ludis ſolitis fieri in feſto ſanctæ Mariæ de Auguſto, & cum tanta marium & fœminarum ac ſenum, juvenum & puerorum alacritate, quòd mirum fuiſſet vobis videre: nulla novitas, nec ſpolium, aut ſanguis intervenit, & ex pòſt eſt pax maxima ſubſecuta, & rerum omnium abundantia, adeo quòd triticum, quod priùs hîc latebat, reperitur in tanta abundantia, ut pro tribus ducatis rubium vendatur, quod ferè non eſt, qui velit: & dico vobis, quòd totum erat hîc in urbe, ſed iſti tenebant ipſum abſconditum, expectantes quòd fieret carius, ſed nunc videntes dictū triticum omni die vileſcere, feſtinant ad vendendum: & habem' in foro quinq; panes bonos pro bollengis: & fructuum, lardi, caſei, olei & aliarum rerum, quæ ab oppidanis circumviciniis apportantur, ſimiliter abundantiam maximam: & per mare veniunt quotidie naves oneratæ omnibus bonis, utputà vnio, & carnibus ſalitis & grano, quod datur pro duobus ducatis, ſed non eſt ita bonum, ſicut iſtud hujus terræ: ita quòd in genere omnes contentantur de dominio ipſius domini regis, exceptis forſàn aliquibus Romanis habentibus * gravamen. Dominus noſter Papa etiam expectatur hîc cum deſiderio, Columnenſes & alii omnes exteri reintrarunt Urbem, & omnes ſtant in bona pace cum intrinſecis, civitas regitur per Senatores & conſervatores, & Marcſtallos, ſicut tempore Bonifacii

* granum, forté.

facii regebatur. Et iſtæ gentes armorum pro majori parte mittuntur forâs, & dicitur, quòd vadunt verſus Peruſium: Banderenſes fuerunt caſſati. Item antiqui Conſervatores & capita regionum fuerunt mutati,& facti de novo alii loco eorum,per regiam majeſtatem. Scriptum Romæ die 8. menſis Maji, anno M. CCCC. VIII. per veſtrum P. civem Romanum.

APELLATIO DOMINORUM Cardinalium antiquorum Piſis interpoſita,

CAPUT X.

IN nomine Chriſti, amen. Anno à nativitate ejuſdem M. CCCC. VIII. Indictione prima, die Dominica, XIII. mẽſis Maji, hora Tertiarum,vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris domini noſtri,domini Gregorii, divina providentia Papæ XII. anno ſecundo, in civitate Piſarum in Archiepiſcopali palatio , videlicet in Camera , in qua infrà ſcriptus reverendiſſimus pater dominus Antonius Epiſcopus Peneſtrenſis principaliter reſidebat,præſentibus ibidem magnifico viro Joanne quondam domino Franciſci de Urſine, Laurentio de Hambaldo de Stephanutiis, & Valeriano det Fregepanibus,de Urbe & regione Tranſtyberina,domino Bartholomæo de Montegantio, domino Angelo de Fuſtis Canonico Lateranenſi,& Lupo Geneſalm Canonico Lateranenſi, & aliis quam pluribus teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis hactenus & rogatis. Cùm hoc ſit, quod pridie, videlicet die Veneris,4. præſentis menſis Maji hora Tertiarum, vel quaſi,præfatus ſanctiſſimus dominus noſter , dominus Gregori⁹ Papa XII. ſimiliter infrà ſcriptus,&aliis reverendiſſimis dominis Cardinalibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ tunc reſidentibus in civitate Lucanenſi,certa mandata fecerit , de quibus infrà fit mentio:ipſiq; infrà ſcripti Cardinales quamvis prædicta mandata crederent & reputarent, animoque tenerent fuiſſe & eſſe nulla & omninò invalida de jure , & ab eis,in quantum forent aliqua,quod non credunt & cuperent approbare,ac contra ea appellationis remedio ſe tueri, quod ad ſublevationem gravatorum & oppreſſorum noſcitur

tur inſtitutum, quia tamen eis facultas appellandi non af-fuit propter juſtiſſimum metum, qui cadere potuit in con-ſtantem, ut ſeriosiùs infrà patet: idcirco prælibati domini Cardinales, quorum, ut præfertur, nomina deſcribuntur in-feriùs, nunc conſiſtentes in civitate Paſarum, & loco eis tu-to, ac in quo omnis metus ceſſare dinoſcitur, quamprimùm poterant, oportunitate captata ad præſervationem juris ſui, cùm copiam perſonalem prælibati domini noſtri Papæ non haberent, nec etiam poſſent habere perſonaliter exeuntes, coram reverendiſſimis in Chriſto patribus dominis Thoma Epiſcopo Carbolenſi, Bartholomæo Epiſcopo Aloriēſi, Bern-hardo titulo ſancti Michaelis de Podiobonyſii, ordinis ſancti Benedicti Florentinenſis diœceſeos, Guillo abbate monaſte-rii ejuſdem ordinis Londoniemenſis, & Balthaſare titulo ſancti Michaelis de Paſeragna ordinis Vallis ſubumbroſę Fe-ſulanenſis monaſterii, abbatibus, tanquam coram venerabi-libus & honeſtis perſonis in dicto loco perſonaliter exiſten-tibus & ſedentibus, infrà ſcriptam appellationem in ſcriptis legi fecerunt, ipſam interpoſuerunt, & interponunt, apoſto-losq; petierunt, & petunt omni jure & forma quib. meliùs & efficaciùs de jure poſſunt, aut debent: cujus quidem appella-tionis tenor ſequitur, & eſt talis. Coram B. V. beatiſſime Pa-ter, cum omni reverentia in his ſcriptis appellando, propo-nunt humiles ſervitores veſtri, Angelus Oſtenſis, Antonius Peneſtrenſis, Epiſcopi: Conradus titulo ſancti Chryſogoni, Jordanus titulo ſancti Martini in montibus presbyteri: Ray-naldus ſancti Viti in Macello, Oddo ſancti Georgii ad Velū aureum, Joannes ſanctorum Coſmæ & Damiani, Diaconi ſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cardinales, quòd ad notitiam ſu-am pervenit, quòd E. B. V. nondum decem diebus elapſis eiſdem aliqua præcepta fecit, quæ de jure ſunt nulla, & qua-tenus eſſent aliqua, cum omni ſemper reverentia loquendo, ſunt iniqua & injuſta. Primi autem mandati tenor talis eſt: Præcipimus omnibus & ſingulis Cardinalibus, exiſten-tibus in Romana Curia ſub pœna privationis Cardinalatus, & beneficiorum ſuorum quam quilibet ipſorum incurret ipſo facto, ne ab iſta die, 4. videlicet Maji, inantea aliquis exeat de Luca ſine ſpeciali & expreſſa licentia noſtra per nos oretenus ſibi facta. Cujus mandati nullitas & iniquitas

Mandatorum Gregorii Papæ cōtra Cardinales & Cariales teneres.

Cc 5 mani-

manifeſtè patet: Primò, quia non poterunt ibi morari cum ſecuritate perſonarum ſuarum, & ſine metu carceris aut mortis, & alioqui cadere poſſet in conſtantem virum, maximè quia die Veneris, 4. Maji, cùm irent ad palatium, invenerunt domum habitationis veſtræ etiam intrinſecùs plenam viris & ſatellitibus armatis ultra ſolitum morem cuſtodiæ, & in locis inſolitis, & ultra armaturam ſolitam: & dictum fuit eis à fide dignis & veridicis perſonis, quòd aliqui ex dictis Cardinalibus debebant interfici ea die: quod poſtea rei declaravit eventus. Nam cùm dominus Cardinalis Leodieñſis de Luca receſſiſſet, fuerunt, ut notoriè patuit, poſt eum nonnulli ex armatis dictis deſtinati, quibus etiam mandatum extitit, ut eum caperent, & ſi ipſum captum ducere nõ poſſent, eundem dominum Cardinalem occidere deberent, qui etiam inſequenter poſt reditum ipſorum per dominum Lucanenſem capti fuerunt, & in carcerem detruſi. Item, quia domus præfati domini Cardinalis Leodienſis poſtea per gentes B. V. ultra omnem modeſtiam poſita fuit ad ſaccomannum in Luca, & familiares ejus capti & torti: & hoc abſque alia juſta cauſa, ſed tantùm quòd ſollicitabant cauſam unionis ſanctæ matris eccleſiæ, prout de jure & ex juramento & voto tenentur, & quia non conſentiebant creationi novorum Cardinalium, prout de jure non poterant, nec debebant: quia nec vos, ſancte Pater, de jure creare illos poteſtis, nec debetis ſtante obligatione facta in Conclavi, & per vos ratificata, ac etiam iterata poſt aſſumptionem veſtram ad apicem ſummi Apoſtolatus. Item, quia in domo veſtra nocte pręcedenti fuerunt fabricati cyppi & compedes pro carcerandis & detinendis dictis Cardinalibus. Item, quia non conſuevit, nec de jure debet, aut poteſt tam gravis pœna pro tam levi culpa talibus viris, tantæque conditionis imponi, niſi ex graviſſimis tantum culpis, & cum magna ſolennitate, quæ in tali præcepto ſervata non fuit, & ſervari tamen debet, ſi poſſint, ſeu debeant Cardinales privari Cardinalatu: & de jure non aliter fieri poterit. Item, quia ſecundum obligationem factam in Conclavi, & votum ac juramentum ipſorum oportet eos convenire cum alio pretenſo collegio in loco idoneo. Cùm autem civitas Lucanenſis fuit jam per aliam partem recuſata, tanquam locus non idoneus, neceſſe erat ipſos exire dictam civitatem Lucanenſem pro

pro proſequendo negocio unionis & ſervando juramenta ſua. Item, cùm per vos, beatiſſime Pater, & per ipſos Cardinales de voluntate veſtra fuerit oblatum de eundo ad civitatem Piſarum, ſi altera pars veniret Liburniam, quæ oblatio per aliam partem certo modo fuit acceptata, neceſſe erat eis ſe conferre Piſas, ut ſervarent etiam oblationem ſuam. Quare dictum mandatum fuit omnino nullum & injuſtum. Itẽ, per hujuſmodi mandatum contra jus & juſtitiam eis indicebatur carcer, cùm nihil diſtet à carceribus mancipari inter parietes murorum collocari: & incipiebatur ab executione à carceribus contra viros in tanta dignitate conſtitutos: quod omnia jura deteſtantur.

Aliud mandatum, quod fecit B.V. eiſdem Cardinalibus, fuit tale: Item ſub pœna perjurii, quam incurrent ipſo facto, præcipimus & mandamus eiſdem, ne ulteriùs congregentur in aliquo loco ſine expreſſo mandato noſtro. Cujus quidem præcepti nullitas, & iniquitas, & injuſtitia manifeſtè patet: primò, quia mandatũ hoc eſt contra jus collegii, quod habent Cardinales de jure & antiqua conſuetudine à tanto tempore, cujus initii memoria in contrariũ nõ exiſtit: quod jus collegii principaliter conſiſtit in conveniendo ſimul & tractando negocia ad ipſum collegium pertinentia: quod jus & facultas ab eis ſine cauſa auferri non debet. Item Cardinales tenentur collegialiter inter ſe tractare & conferre de cauſa fidei & hæreſis & ſchiſmatum, prout in Conclavi ſe obligarunt ſolenniter per votum & juramentum, ac mutuo fidẽ tractare univerſaliter & ſingulariter de uniendo Eccleſiam: quod fieri non poteſt, niſi collegialiter congregentur. Hanc igitur facultatem nobis interdicere eſt non ſolùm nolle per ſe attendere ad unionem Eccleſiæ, ſed etiam prohibere ipſis ne ad eam attendant: quod omnino eſt iniquum & abominabile. Item, quòd ſi nunquam juratum fuit per ipſos Cardinales, vel aliquem ipſorum, quòd ſe non congregabunt, tunc juramentum fidelitatis vel obedientię, ſi quod præſtiterunt, non extenditur ad hoc, quod de jure facere poſſunt: quare incongrua omninò & inconveniens atque injuſta fuit pœna perjurii in tranſgreſſione talis mandati vel præcepti conſtituta. Tertium præceptum, quod fecit dominis Cardinalibus Beat. veſtra, fuit tale: Item, ſub eadem pœna perjurii præcipimus & mandamus eiſdem Cardinalibus, ne aliquis eorum participet cum oratoribus Petri de

Collegii Cardinalium jus, in quo potiſſimùm conſiſtat.

Luna, neque cum oratoribus Gallicis, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam. Cujus quidem præcepti nullitas & iniquitas manifeſtè patet: primò, quia ex juramento & voto ſunt aſtricti nihil omittere de contingentibus, neceſſariis, vel quomódolibet oportunis ſeu utilibus, licetque omnia inchoata proſequi, mediare & finire ad ſanctam unionem conſequendam, quæ obtineri & perfici non poteſt, niſi habendo tractatus & colloquia cum altera parte, & cum nunciis ad hoc miſſis maximè cùm per vos, Pater beatiſſime, ad hoc tractandum fuerunt acceptati. Hoc præceptum manifeſtè etiam eſt contra dictam obligationem, juramentum & votum, & per conſequens, nullum & injuſtum. Item, quia hoc præceptum eſt contra charitatem, in qua qui non manet, in Deo non manet. Et quia quilibet fidelis Chriſtianus tenetur, quantum poteſt, errantes denuò revocare: quòd utique fieri non poteſt abſque participatione, & colloquio: nō ergo debuit prohiberi, maximè talibus viris, quorum affectus omnes debēt revocare Chriſtianos ab hereſibus & ſchiſmatib. Quare, beatiſſime Pater, præfati domini Cardinales & ſervitores veſtri cum omni obedientia & humilitate ac reverentia exponunt & dicunt talia præcepta eſſe nulla, & de jure eos nullatenus aſtringere ad obſervantiam ipſorum iniquitatum: aut ſi fortè forent, aut cenſerentur alicujus roboris, vel momenti, dicunt ipſa fuiſſe & eſſe iniqua & injuſta, & ſe ex ipſis præceptis fuiſſe & eſſe gravatos contra omnem juſtitiam ac debitum juris, & ab ipſis præceptis ac omnibus aliis gravaminibus poſt prædicta fortè ſecuturis, ſi quę fortè ſequentur in poſterum, præfati Cardinales, in quātum eis licet, & in quantum poſſunt, provocant, & in his ſcriptis appellant: & primò, quia ratio appetitui noſcitur eſſe ſuperior, & intellectus dominari ſenſibus: & vobis, Pater beatiſſime, irrationabiliter & ſecundum non rectam rationem decernentibus, ad voſmet ſecundum rectam rationem & melius informatum. Item, ſi diſcretio perſonarum requiritur, à vobis, Pater ſancte, vicario ad dominum noſtrum JESUM Chriſtum, qui judicaturus eſt mortuos & ſæculum per ignem. Item, ad generale concilium, à quo & in quo ſolent geſta etiam ſummorum Pontificum quæcunque pertractari, decerni & judicari. Item, ad Papam & Pontificem futurum, cujus eſt geſta inordinata ſui prædeceſſoris in melius re-

reformare. Super qua quidem eorum appellatione Cardinales antè dicti apoſtolos inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè petiũt ſibi tradi & exhiberi deberi, proteſtantes, quod eorum appellatione pendente nihil contra ipſos & in eorum præjudicium debeat quomodolibet attentari. Et quia in civitate Lucanenſi eis non licebat ſine maximo & evidẽti perſonarum ſuárum periculo talem appellationem interponere & intimare: ideo ex tali metu juſto ibi appellare diſtulerunt, donec ad locum tutum devenerunt. Quare proteſtantur, ne lapſu temporis prę judicium eis fiat: quam quidem appellationem prædicti domini epiſcopi & Abbates, coràm quibus, ut præfertur, interpoſita fuit, omni modo via & jure & forma, quibus meliùs de jure potuerunt & poſſunt, admiſerunt pariter, & admittunt. Super quibus omnibus & ſingulis præfati domini Cardinales petierunt à nobis notariis infrà ſcriptis ſibi fieri & confici unum & plura publica inſtrumenta, ad dictamen, ſi expedierit, ſapientis. Actum in civitate Piſarum, anno, menſe, die, indictione, Pontificatu, & loco, quibus ſuprà, & præſentibus teſtibus ſuprà ſcriptis.

LITERA PER DOMINOS CARDINALES diverſis principibus & mundi prælatis tranſmiſſa, poſtquam à civitate Lucanenſi ad Piſam tranſierunt,

CAPUT XI.

ILluſtris princeps, & potens domine, amice noſter chariſſime, poſt ſalutem reminiſcentes nos ſemper erga matrem eccleſiam ſanctam vos devotum, fidelem ac pronum filium pro illius ſtatu & honore libenti animo laboraſſe, ideo quæ occurrerunt nuperrimè & occurrunt in eadem eccleſia, nobilitati veſtræ deliberavimus intimare, ut vobis & aliis devotis & amatoribus ipſius eccleſiæ faventibus & auxiliantibus juſtiſſimè & neceſſariè ejuſdem eccleſiæ per nos ſumpta ſanctiſſima & deſideratiſſima unio, ad quam ſolùm & ad nihil aliud intendimus, ut ad ſalubrem deducatur exitum & votivum, ut, de quo certi ſumus, omni ſua poſſibilitate devotio veſtra faciet, experientia nũc teſte probamus: quod ſcri-

ſcribitur, nihil certi poſſe in humanis actibus polliceri, cujus utinam in re præſenti eſſemus expertes. Novit veſtra nobilitas, novit etiam ſerè orbis totus, cùm Deo ita volente ſanctæ memoriæ dudum dominus Innocentius Papa VII. eſſet ſublatus de medio, moti,ut tenebamur, unà cum aliis reverendiſſimis dominis Cardinalibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ compaſſione tandiu ſciſſæ & laceratæ eccleſiæ, & cupientes pro pace & ſalute animarum gregis Dominici, ut ſciſſura tam peſtilens, & jam inveterata de eccleſia ſanctiſſimè uniretur, juramentis, votis & promiſſionibus, quamquam de juſtitia & veritate partis noſtræ dubitari non poſſet, aut poſſit, nos ipſos, inter quos erat dominus noſter, dominus Gregorius Papa XII. tanquam frater noſter, quanto arctiùs cognovimus, obligavimus,cum quibus promiſſionibus, juramentis & votis ipſe dominus Gregorius fuit ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptus, & ad quæ ante & poſt aſſumptionem præfatam immediate, & in intronizatione ſua, & deinde in conſiſtorio publico illa ratificans, & ſe obligans iterum promiſit, juravit & vovit, ut in inſtrumentis publicis,& manus propriæ ſcripturis, ac ſuis propriis bullis ad Chriſtianorum principes, dominos & cōmunitates directis luce clarius eſt. Et cum crederemus,ſicut ipſe ajens poſt conventum Saonæ locum, ſe aut navicula ſola,aut peditem ſolo baculo comitatū,ſi aliter nequiret, ad illum profecturum omninò, verbis tamen ſuis penitùs effectu carentibus pluries teſtabatur,ut tam ſanctū unionis opus, tamq; pium & deſideratum, ad quod aſſumptus erat, perficeret: nunc uno,nunc alio dilationū variarum ſumpto & quæſito colore,uſque in hodiernū diē diſtulit, nō curās, prout ſe jurejurando ac voto, ut præfertur, non ſemel, ſed pluries obligaverat, uſq; nunc in non modicum Chriſtianæ religionis & ipſius eccleſiæ detrimentū, votā & promiſſam rem conſumare. Et quanquam nos cum majori parte,imò tota quaſi Romana Curia, quorſum incederet, perpenderimus tamen ſine motu & nocuo vel ſcandalo, quò res ipſa pollicita perficeretur, omnibus vijs,& modis honeſtiſſimis, gravibus,& maturis, cum ſanctitate ſua inceſſimus,ut tandem vellet eam ad ſalubrem & votivum exitum perducere. Verùm quantum ſecum profecerimus, jam non ſine admiratione & ſtupore nobilitas veſtra percipiet. O bone Deus, quàm difficile eſt cujuſquam intentionem, niſi experientia

longa, quæ vix ſufficiens eſt ad hominem oſtendendum, cognoſcere? Quis enim, qui verba ejus audiſſet tunc, ad credendum potuiſſet impelli, ut talem ſe poſtea effectibus oſtēdiſſet? Elapſo jam tanto tempore, quod ipſe per inania verba conſumpſit, ad creationem novorum Cardinalium, quātum in eo fuit, quia penitùs juramento, voto & promiſſione ſuis & noſtris obſiſtentibus prohibeatur, incœpit velle prorumpere: cui cùm devotis, ſupplicibus & efficaciſſimis rationibus reſiſteremus pro debito & exoneratione conſcientiarum noſtrarum, intuentes conſenſum noſtrum nec debere nec poſſe adhiberi, paucis decurſis diebus die Veneris IV. menſis inſtantis nobis ad Palatium congregatis, niſi ſibi, ut comperimus, facta reſiſtentia extitiſſet, fretus quorundam pravis, venenoſis & deteſtandis conſiliis, nos pro parte violenter in tetros carceres poſuiſſet, & pro parte crudeli nece vita privaſſet, ut multi authoritatis non parvæ exiſtimant, & nos ſumus multifariè informati: manifeſte equidē ita & compertè loquimur. Nam ſatellitum & armatorum non modicus numerus per omnes Apoſtolici palatii partes ad ſecretiores uſque conſpecti ſunt, & nonnullorum pallida ora maximi ſceleris patrandi ſigna non dubia effugimus, Dei miſericordia tam grande evitantes periculum. Sed ut qualis erat animo, talem ſe effectu oſtenderet, ſub gravibus nobis mandavit pœnis, ne aliquis Cardinalium in Romana curia exiſtentium de civitate Lucanenſi, ubi Curia reſidebat præfata, exiret, ne congregaremur ad invicem, & ne per nos vel interpoſitam perſonam cum oratoribus Petri de Luna & Gallicis, qui ex parte ſereniſſimi principis regis Francorū & univerſitatis Pariſienſis pro tractanda unitate dictæ eccleſiæ venerant, pro qua ſolertiſſimè laborabat, participaremus: quæ omnem ſpem & tractatum unionis totaliter extirpabant. Quibus cùm obediremus mandatis, ſi potuiſſet quodammodo patientia noſtra flecti, licet ad illorū obſervationē minimè teneremur, nec parēre modo aliquo deberemus, ipſo illa nunimè mandare valente, cùm honores unionis & ſtatus eccleſiæ Dei eſſent penitùs deſtructivi, non valuimus, quod ægrè admodum ferebamus, invicem congregari pro tractando ordinandoque ad unionem opportuna, quæ ad conſolationē Chriſtiani populi & etiā veſtræ nobilitatis pertineant, vobis & aliis Chriſtianorum principibus cooperantibus, & ut præfata unio veniret in lucem, & atten-

tis præteritis,& duritie ac moribus hominis,nil aliud poteramus animis volvere,niſi tanquam ad immolandum victimas reſervatas. Nec his acquieſcens,die Mercurii ſequenti, nono die menſis ejuſdem, vota, promiſſiones & juramenta ſua parvipendens,ſine noſtra præſentia, ſed nobis per priùs expreſſa contrà dicentibus, ut de jure tenebamur,ad pronũciationem,quam nullatenus poterat, in quatuor Cardinales devenit: quod nunquam à rerum initio fuit in eccleſia Dei auditum:& nos ad conſenſum præſtandum non ſine minaci ſupercilio in immane periculum evaſuro compellere intẽdebat.Sed Deus ſuæ eccleſiæ,: de cujus unione jam meritò deſperari poterat, miſertus eſt. Nos enim videntes ita potẽter naviculam Petri quaſſam &quaſi naufragantem,pro exoneratione conſcientiarum noſtrarum, proque univerſali ſtatu eccleſiæ & Chriſtianorum pace, cùm omnes alias vias conſpiceremus penitùs obſeratas,die XII.menſis hujus circa XXII. horam de præfata civitate Lucanenſi, ut confuſionem eccleſiæ &tot pericula vitaremus,ac conſervationi præfatæ unionis conſuleremus,divinitùs aut quaſi miraculosè nobis occaſione præſtita,cum deliberatione receſſimus, & ad hanc Piſarum civitatem,magno cum honore recept',devenimus:unde illo favente, cujus res agitur, ſæpè dictæ eccleſiæ ſtatum & honorem, quos uſque ad exitum proſequi omni via nobis poſſibili ſecundum vota & juramenta noſtra intendimus,tandem emanaturos ſperamus. Et ut cuncta invicem correſpondeant acta ejus:dicta die XI. reverendiſſimo patre & domino,domino Joanne Cardinale Leodienſi,qui inter nos eſt clàm,cùm aliter non poſſet, ut, quæ ſuprà diximus,evitaret,primitùs diſcedente, ad domum ejus,ilico per nonnullos armatos tumultuosè decurſum fuit, & res ejus in prædam conceſſæ, & alii poſt eum miſſi quouſque in burgum Liberefatte territorii,ſuppoſitum Florentinenſibus:ubi,ſicuti commiſſum eis extiterat,ipſum trucidare tentarunt,qui oppidanorum auxilio vix evaſit. Quantum equidem boni paſtoris hi mores ſint, qui animam ſuã pro ovibus ſuis ponet, & quantam mereatur ſibi obedientiam exhiberi,clarè intueri poteſtis, niſi fortaſſe, Deo inſpirante,ſe ſolitis modis exueret: quę cum maxima mentis amaritudine promimus,ſeu jam neceſſitate coacti ultima tacere non poſſumus. Sumus denique hîc,ut prædicitur,pro

ſtatu, honore & unione prædictis diſpoſiti & parati libentiſſimis animis ad cuncta vobis poſſibilia, nobilitatisque veſtræ ſtatum concernentia, eam hortantes affectuoſiſſimè ac rogantes per illam charitatem, qua Chriſtianę religioni eſtis obnoxii, ut, ſicuti majores veſtri indefeſsè fecerunt, & ſimiliter nobilitas veſtra faciat, ac tam juſtam, tamq; honeſtam & neceſſariam cauſam eccleſiæ, ceu ſperamus certiſſimè, pro tanto bono nobiſcum unà capeſcat, quæ animæ veſtræ ſalutem, & nobilitati veſtræ decus eximium, atque claritati & famæ veſtræ honorem maximum eſt indubiè allatura. Datæ Piſis, die XIIII. menſis Maji, anno M. CCCC. VIII. ſub noſtrorum ſecretorum ſignetorum ſigillis.

JUDICIUM THEODORICI DE Niem de ſchiſmate inter duos Papas,

CAPUT XII.

ECCE hac epiſtola invenitur, quòd iſti duo ſenes de Papatu certantes, ſi fas eſt verum loqui, mirabiliter illudunt populo Chriſtiano: quia unus cum collegio & curia ſua venit de Gallia ad Italiam, & diu ſtetit ibi, animo, ut tunc videbatur, faciendi pacem cum noſtro, in eccleſia generali: noſter autem econverſò cum ſuo collegio & curia quaſi jam anno revoluto exivit Urbem, ut videbatur, ipſa de cauſa in vigilia beati Laurentii Martyris, & primò ivit ad Viterbium, deinde ad civitatem Senenſem, ad quam pervenit in principio menſis Septembris, & ibi per quatuor menſes & ultrà ſtetit: ac poſthæc ab inde recedens circa principium menſis Januarii in tempore frigido & valde nivoſo ad civitatem Lucam usque pervenit cum ſuo collegio & curia memoratis. Et dum primum conſiſtorium publicum teneret ibidem, necnon procuratores & nuncii Antipapæ ſeu adverſarii adeſſent, peterentque pro parte dicti Antipapæ à dicto domino Gregorio, ut ſibi placeret ad concluſionem dicti ſchiſmatis cum eodem Antipapa, ſemotis deinceps omnibus excuſationibus & dilationibus, effectuosè procedere, idem dominus Gregorius reſpondens eis publicè, dixit:

quòd ipſe omninò paratus eſſet jam cedere, dum modò ipſe Antipapa idem per ſeipſum ſeu per alium adhocab ipſo Antipapa ſufficienti mandato fulcitum facere vellet: tumque domini Cardinales & Curiales dicti domini Gregorii de tam grata reſponſione publicè facta per ipſum, ultra modum gaviſi fuere. Sed ex ipſis oblationibus & promiſſionibus nihil in effectu hactenus extitit ſubſecutum ad tollendum ſchiſma ſæpè dictum, ſed videntur iſti duo domini, ut multi loquuntur, invicem colludere, ita quòd materiam prorogent unionis ejuſdem, veluti duo campiones, ſeu haſtiludendum invicem in publico omninò diſpoſiti, tamen intercedente pacto, quòd alter alterum non tangat ſaltem acriter, ſeu offendat, ſed oſtentationem quandam circumſtantibus faciant & illudant: qui tamen per hoc à dato circulo ſive campo illudentes aliis, ipſi non abſque irriſione recedunt. THEOD.

PROCESSUS DOMINORUM CARdinalium contra Papam Gregorium & ſibi adhærentes, nuper in Liburno habitus,

CAPUT XIII.

MIſeratione divina Epiſcopi, Presbyteri, & diaconi ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, Cardinales, univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem in domino ſempiternam. Quamvis ea, quæ circa pacem & unionem univerſalis eccleſiæ ſanctæ retro actis temporibus geſſimus, non dubitemus ex literis & ſcripturis noſtris ad omnium veſtrum notitiam deveniſſe: nihilo minùs tamen ulteriori cura ſtatui ejuſdem eccleſiæ & populi Chriſtiani ſuccurrere & providere cupientes, pauca admodum tranſacta reſumi cōvenit, dum ad ulteriora, quæ reſtant, gratia nobis aſſiſtente Divina, ſimus proceſſuri. Noviſtis enim ſatis, quibus obligationibus, promiſſionibus & modis dominus Gregorius ad unionem in dicta eccleſia faciendam fuerit & ſit aſtrictus, & quibus pollicitationibus ſe illam facturum toti mundo promiſerit, oculi cunctorum literis ſuis ſollicitarum

rum

rum inſpexerunt: quorum omnium immemor, ſuis promiſſionibus, votis & juramentis reiteratis vicibus factis per eum, ſpretis, & ad ludibrium tractis, damnatum ſchiſma (proh dolor) in ipſa Dei eccleſia inveteratum notoriè & pertinaciter fovere, & manutenere, Chriſtianumque populum ſecum in præcipitium hæreſis trahere non ſolùm non abhorret, ſed ſumma diligentia nititur & procurat. ut ſic penitus ad gubernationem populi factus ſit ruina multorum. Nos enim, qui unà cum diverſorum Chriſti fidelium regũ, & aliorum principum & civitatum communitatumq; ambaſiatoribus & oratoribus, propterea dicti Gregorii curiam tunc frequentantibus, cum eodem Gregorio omnibus viis & modis, quibus potuimus, ut prædictum ſchiſma juxta ꝓmiſſiones, vota & juramenta tollere, & eccleſiam Dei prędictam ad unitatem reduceret, diligenter indeſinenterq; tractaveram' & laboraveramus: ſed cõſiderantes & ꝑ experiẽtiã cõperientes omnẽ diligentiam, omnesq; labores & tractatus propterea factos penitus irritos & inanes factos, quodque nulla ſupererat ſpes proficiendi in hujuſmodi unionis materia cum Gregorio antè dicto, ſcilicet ipſo indies magis ac magis & pertinaciùs ad dictum ſchima fovendum & manutenendum ſæviente, imo nobis ne de ipſa unionis materia de cætero tractaremus, publicè in effectu prohibente, eũdem Gregorium velut nutritorem ſchiſmatis antiquati dereliquimus, ſibique, cùm juxta Canonicas ſanctiones peccatum ſit ei obedientiam præſtare, die XI. menſis Maji proximè præteriti omnem, quantum in nobis fuit, obedientiam juxta juris exigentiam ſubtraximus, & receſſimus ab eodem, diſpoſiti, ut oportuit & oportet, ex adverſo conſurgere, & ut murum nos opponere pro domo Iſrael. Sic enim Dominica voce præcipitur, Separandum fore à tabernaculis talium duriſſimorum hominum, prout ipſe eſt, & eum ſequentes, ne ſimul pereamus in peccatis eorundem. Nam ſimili ſupplicio digni habebuntur, qui peccatis eorum fuerint contaminati, juxta Divinas & Canonicas ſanctiones. Vobis igitur omnibus & ſingulis intimamus & notum facimus per præſentes, ab ipſius Angeli obedientia penitùs & omnino deſiſtendum & recedendum, ſibique in ſua pertinacia neutiquam eſſe aſſiſtendum: & ei adherentes,

veluti ſchiſma foventes, cenſeri debere & mulctari: necnon omnes promotiones & promiſſiones Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum & monaſteriorum quorumcunque, commiſſiones quoque & conceſſiones quaſcunque, ſive gratiam ſive juſtitiam continentes, per eundem ſeu ejus perverſa authoritate in ſua curia interim latas, & in antea ferendas, ipſo jure fore nullas & invalidas: eaq; omnia & ſingula alia, quæ per eundem Angelum ſub titulo Romani Pontificis, aut authoritate ſua ſuprà dicta à dicta die citrà, ſive per modum juſtitiæ, ſive per modum gratiæ, etiam proprio, vel alio quocunq; motu conceſſa, ſeu facta fuerint, vel in futurum fieri contigerit, per primum Romanum Pontificem, prout juris fuerit, faciemus, gratia nobis aſſiſtente Divina, nulla & invalida declarari, & in quantum expedierit, penitùs caſſari & etiam revocari. Idcirco etiam vos reverendos in Chriſto Patres, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quacũcunq; Patriarchalium, Metropolitanenſium, & Cathedralium aliarumq; Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum prælatos, Rectores, & beneficiatos, præcipuè etiam vos ſanctæ ſedis Apoſtolicæ officiales, & alios curiam Romanam ſequentes, voſq; etiam ſanctæ Rom. eccleſiæ vaſallos & omnes & ſingulos ab ipſa Romana curia dominia, feuda, terras, poſſeſſiones, ſeu cujuſquam generis bona tenentes, aut cenſum, vel canonem, ſeu alias alicujuſmodi debitum Cameræ Apoſtolicæ ſolvere debentes, tenore præſentiũ rogamus & hortamur in domino, & quantum in nobis eſt, requirimus & monemus, quòd ab ipſius Angeli obedientia penitùs & omnino deſiſtatis & recedatis, nec ei, aut Cameræ Apoſtolicę ſuo nomine de communibus & minutis ſervitiis ſeu annatis beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel vaſallagiis ſeu cenſibus aut alicujus alterius generis debito, quocunq; nominetur, per clericos, vel per laicos prædictæ cameræ quocunq; modo ſolvi conſueto aliquatenus reſpondeatis, nec ꝑ veſtros ſubditos reſponderi faciatis, aut etiam permittatis: ſcituri, quòd contrarium facientes, veluti hæretici & inveteratum ſchiſma foventes & manutenentes cenſentur condẽnandi, & ad ſolutionem debitam dictæ Cameræ tempore congruo faciendam denuò compellendi. Cæterùm ad illorũ conſolationem, qui nos pro hujuſmodi ſchiſmatis extirpatione & univerſalis Eccleſiæ unione quotidie ſatagentes ſequendo

quendo, exercitio & emolumentis officiorum dictæ ſedis hactenus forſitan fruſtrati, ac ipſis officiis ſeu eorum beneficiis Eccleſiaſticis per dictum Angelum ſeu ejus perverſa authoritate privati fuerint, vel in poſterum forſitan fruſtrari ſeu privari contigerit, intendentes, faciemus, Dei gratia nobis ad hoc aſſiſtente, quantum in nobis fuerit, cuilibet ipſorum ſic fruſtratorum, ſeu privatorum de beneficiis Eccleſiaſticis, ſi quæ per adhærentes dicto Angelo tenentur, ſeu occupantur, ſeu de aliis eorundem adhærentium bonis juxta merita & conditiones fruſtratorum & privatorum eorundē facere recompenſam. Datæ Liburni Piſanenſis diœceſeos, ſub trium noſtrorum priorum ſigillorum impreſſione, die primo menſis Julii, anno M. CCCC. VIII.

LITERA REGIS FRANCIÆ COLLEGIO dominorum Cardinalium Romanorm directa, cum pulchris narrationibus oblationibus intermixtis,

CAPUT XIIII.

CArolus Dei gratia Francorum rex, egregiarum circumſpectionum viris, & amicis noſtris chariſſimis pro Cardinalibus ſe in Roma gerentibus ſalutem, & miſerandæ lachrymantiq; matri omnium Eccleſiæ condolere. Cognoſcitis abundè, ſi non fallimur, dilecti & fideles amici chariſſimi, ꝙ in gravibus dolorib. & anxietatibus ob duorū nefandā ambitionem, qui diu de Papatu contenderunt, ſacroſancta Eccleſia magis indies affligitur, magis laceratur & conquaſſitur. Videntes nunc miſerabilem ac horrendam, atq; ex alto niſi Deus piis oculis perſpexerit, ſubverſionem, inde gemibundi & anxii viſcerotenus commovemur, ejus deſolationi piè condolentes, & eò magis, quò ad conſolationem ejus ꝓcurandā magis ex debito obligamur: ad quam rem peragendam quantos labores, quantas ſollicitudines in conſiliis celebrandis, in legationibus per Chriſtianum orbem tranſmittendis noſtra ab ineunte adoleſcentia, Deo & vobis teſtibus, adhibuimus, ſatis & ſæpe potuiſtis attendere. Ut igitur vetera vobis notiſſima omittamus, & noviſſima capiamus, poſt

multos variosq; labores circa viam mutuæ ceſſionis tentatos, poſt obitum illius, qui apud vos Innocentius dicebatur, Angelum Corarium, quem nunc Gregorium appellatis in veſtrum Papam ſub votis & juramentis de renunciando & cedendo Papatui elegiſtis: quo electo, ab eodem literas accepimus continentes, quòd Petro de Luna, cui tunc Papæ obedivimus, mortuo vel cedente erat pro unitate Chriſtianorũ paratus juri ſuo perverſo renunciare: & dictum Petrum de Luna, ut ſimiliter ageret, per ſimiles literas hortatus eſt, cui ſuper hoc ſuas bullas miſit. Tunc profectò magno & ineffabili gaudio reſultavimus, quando ambos de Papatu contendentes in eandem ſententiam, in viam ceſſionis convenire, & totum mundum inde gaudere, & in noſtra proſecutione eſſe unanimen videbamus. Et ut à nobis conſolarentur, ſolenniſſimos noſtros & Eccleſiæ regni noſtri ambaſiatores in magno & notabili numero de noſtra intentione & voluntate ad plenum edoctos, primò ad dictum Petrum de Luna, deinde ad dictum Angelum tranſmiſimus. Et quanquam apud eoſdem contendentes per magna tempora unionem noſtro nomine proſequentes permanſerint, nihil tamen, quod Deo gratum, quodque mundo utile eſſet, reportarunt ab eiſdem, ſed annum & plus quàm annum in legationibus unionis ad alterum deſtinandis, in locis difficultandis, in coloribus, quibus pro ſua parte ad ſui excuſationem quærendis conſumpſerunt, nec in Orbe toto locum invenire valuerunt, ubi ſua vota, ſuaque juramenta adimplerent, ubi lugenti & deſolatæ Eccleſiæ pacem darent. Quis autem eorum malitiam, fraudem & iniquitatem clarè non videat? Quis eoſdem turbatores pacis & impeditores unionis non accipiat? Quis talibus de cætero obediret? Violaverunt fidem, fregerunt votum, promiſſum non tenuerunt, & ſpõſam Chriſti ante pedes eorum videntes proſtratam, eidem manus relevatrices, quas faciliter exhibere poterant, denegarunt. O' magnum & ſceleſtum facinus. O' nefanda temeritas. O' talibus viris ad pacem Eccleſiæ dandam inter mortales obligatis indigna macula nunquam eorum delenda de frontibus: qui, dum oportunitatem aſſequendæ pacis perceperunt, quaſi pavidi, &, ut exiſtimamus, ſuorum ſcelerum conſcii, ſe mutuò in præſentia ſuorum collegiorum videre auſi non ſunt, verentes forſitan, ne voluntas Altiſſimi,

quæ

quæ mentes hominum ſcrutatur,& cujus majeſtati manifeſta ſunt omnia,eorum fraudes,& colluſiones,& errores longis incognitos temporibus in eorum pertinacia clareſcere faceret. Hæc & alia majora ſatis vos ſcire arbitramur,& quantum zelum ad pacem Eccleſiæ habuerint, qualitérve proceſſerint, inde elicere potuiſtis. Etenim ambo obſtinati ſunt, & dura ſententia obfirmati, ut Eccleſiæ pacem dare recuſent. Vos,quibus ſpes obtinendæ pacis ob defectum & vitium eorundem relicta eſt,rogitamus,&cum inſtantia per Deum verum & immortalem,per ejus aſperſionem ſanguinis, per, ſi qua eſt vobis,fidei & Chriſtianæ religionis integritatem, & ad matrem Eccleſiam miſericordiam & pietatem requirim⁹ & hortamur, ut dimiſſo dicto Angelo, vos in unum locum conferatis, & conventionem cum noſtris Cardinalibus procuretis. Nam ſi locum in unum convenietis, non dubitam⁹, quin in ipſorum contendentium contumacia & abſentia, attenta rei neceſſitate,quę in quantum ſubeſt,legibus & decretis Eccleſiæ proviſum ſit, nec decretis tantùm & legibus, imo miſerandum neceſſitatis oculum habeatis. Quoniam cunctis caſibus futuris, & maximè tanto caſu inopinato inſperatoq; non valuerunt decreta,ſi opus eſſet,providere. Nec exiſtiment aliqui quod propter longas dilationes & diras fatigationes reſilire, ac à noſtro propoſito deſiſtere debeamus: qua in re perficienda eò fluentiores efficimur, quò magis res eadem longas in moras & dilationes protrahitur. Si verò hujuſmodi noſtræ rogationi pariter & requiſitioni acquieveritis, noſtrum auxilium, conſilium,noſtras opes,noſtrum regnum, noſtra denique omnia vobis non denegabimus: imo vos omnes & vos ſingulos omni honore, gratia & favore,& Eccleſiam ſacroſanctum obſequio, adjutorio & honore amplectemur. De cæteris verò, quæ circa hæc gerenda ad caſum veſtrę conventionis & noſtram voluntatem atq; effectionem continent, dilectos & fideles conſiliarios & ambaſiatores noſtros Patriarcham Alexandrinum, & alios collegas ſuos nunc apud vos gratia proſequendæ pacis Eccleſiæ exiſtentes inſtrui ad plenum volumus, quorum dictis fidem velitis indubiam adhibere,& requeſtis per eos vobis pro parte noſtra faciendis totis conatibus attendere. Data Pariſiis, anno Domini M. CCCC. VIII. die XXII. Maji.

LITERA DOMINIS CARDINAlibus Romanis per Univerſitatem ſtudii Pariſienſis cum ſuis oblationibus directa,

CAPUT XV.

REverendiſſimis patribus ſe pro cœtu Cardinalium Romæ gerentibus, S. Cum jam propè eſſet, reverendiſſimi domini, ut ex miſerrima calamitate Eccleſia mater emergeret, ab ipſis de Papatu contendentibus orta ſunt vel difficultatis vel impoſſibilitatis obſtacula, & in homines aut veros aut fictos mox irrupit fœda defectio: unde tam graves rumores excitati ſunt, ut jam nil veri, vel ſancti, nullus Dei metus, nullum jusjurandum, nulla religio ineſſe contendētibus de Papatu prædicaretur. Cōcluſiones etiam inter ſe mutuò habitæ clamant, quòd ſive pro tanto ſcelere ſit ſatis compertum, ſive adhuc aliqui hæſitent, nullus tamen apud nos in dubium revocat, quin ambo contendentes perverſa & ambitioſa mente diviſionem hanc peſtiferam hactenus produxerunt. Idcirco ad vos hoc modo tota cauſa redit, ut convenientibus collegiis, relictisque contendentibus, unum ſummum Pontificem toti mundo cum optata pace donetis: ſuper quo ſacro collegio Cardinalium partis noſtræ modo ſequenti ſcripſimus. Quod fuit optandum maximum reverendiſſimi Patres, & quod unū ad ſchiſma peſtiferum & Eccleſiæ deſertionem ſedandam maximè pertinebat, id non humano conſilio, ſed propè divinitùs datum & oblatum nuper fideli populo videbatur, tum propter vota Angeli Corarii, juramenta, promiſſaque, tum quòd ea nobis urgentibus Petrus de Luna recuſare poſſe non videretur. Itaque jam dies pacis & lætitiæ dicebatur affulſiſſe: audiebamus labores veſtros & diligentias, & pacem animis amplecti jam apparebant: ſed dilationibus, verbis, & diſceptationibus ſuis duo de Papatu contendentes, ut non ab ambitioſo potentatu diſcederent, hucusque diviſionem ſanctæ matris Eccleſiæ & ignominioſam deſolationem produxerunt, ut dubium eſſe non arbitrentur, Petri cathedram propter Eccleſiā, non Eccleſiam propter ipſius principandi rationem divinit⁹ ordi-

ordinatam. Neque adducere volumus in diſceptionem, quā diſtricta ratione pro qualitate temporis ſic contendentes, ad pacem dandam via renunciationis obligati videantur: ſed potiùs, quo modo divini judicii ſeveritatem poterunt effugere, qui neque naturalis, neq; humani, neq; divini juris rationi obtemperarunt, ſed pro votis propriis, juramentis, & palliationibus toti requirenti mundo & poſcenti Eccleſiæ ſatisfacere noluerunt. Eos itaque de unitate militantis Eccleſiæ malè ſentire judicabit poſteritas. Hìc reverendiſſimi patres ſuperfluum putaremus referre, quoties requiſitæ fuerunt dilationes, refutationes, & illuſiones, quibus jam orbem fatigaverunt, quòd vos ipſi ea cognoviſtis. Nullus in Europa locus aptus, nullaque dies anni conveniens ipſis viſa eſt ad pacem Eccleſiæ dandam. O' vehementem pertinaciam: ó fidem, ne dicatur, debilitatam, ſed tandiu deperditam. Membra ſe dicunt Eccleſiæ, vel capita, quam hoſtili gladio perſequuntur. Abſit, ut hoſtes Eccleſiæ dicantur pars Eccleſiæ, inimicus Chriſti dicatur vicarius Chriſti. Credimus neminem tam improbum, tam perditum, tamque eorum ſimilem inveniri poſſe, qui poſt hoc eos defendendos arbitraretur, niſi forſitan is fuerit, quem eadem infauſti ſchiſmatis cogitatio in damnatam hæreſim demerſerit. Idcirco reverendiſſimi Patres, Eccleſia tota clamitans ſuis querelis emiſſis vos hortari videtur, eſſe veſtrarum inſtitutionum memores, nunc magno & conſtanti animo viam ſumere ad amborum collegiorum conventionem: vos rogat etiam viros illos dimittere, qui nedum ipſam dimiſerunt, ſed plagam ſibi ſuper plagam appoſuerunt. Alterius collegii domini perſuaſi ſunt convenire vobiſcum: nolite recuſare ſanctæ matri, quia ſalus veſtra clauditur: hunc extremum laborem exhibere non ſeverè, non acerbè petit Eccleſia, quod petere poſſet. Nam videte, quibus dicit Eccleſia, Vos enim pacem ademiſtis, pacē reddite: in diviſionibus me laceraſtis, & creſcit in dies ſingulos dolor meus: reducite unitatem & conſolationem, & eritis alumni: ſi filii vultis appellari, præbete ſubſidium alumnorum, & filiorum obſequium, nec ſceleratiſſimos hoſtes ſectamini, quoniam qui eos ſecuti ſunt, adverſarii mei ſunt effecti. Amara eſt hæc precatio, ſed certè pro morbo & veritate non incongrua: multo tamen mitiùs reverendiſſimas paternitates obſecrat & obte-

Dd 5 ſtatur

ſtatur pia mater:ſupplex enim pandit morbum,păditq; vulnera ſua:rogat tam tetram tamq; horribilem,ac tă ſibi infeſtă peſtem derelinqui & expelli, atq; ejus fautores pronùs everti:obteſtatur vos per aſperſionem ſanguinis JESU Chriſti ſui miſereri & indilatè ſuccurrere. Nos verò in eaſdem preces mittentes vota noſtra,qui nihil intentatum relinquere debemus,quod cauſæ Dei ſuffragari credimus, veſtras reverendiſſimas Paternitates hortamur & hortando ſupplicamus,ut relicto Petro de Luna, cum dominis alterius collegii conveniatis pacem & unum ſummum Pontificem fideli populo daturi,& contendentium indignitatem,duritiem & pertinaciam declaraturi,fortè nunc opem qui ſpem dediſtis:& penſetis, quanti pondus negotii ſuper vos deſcendit. Nam ſpes omnis pacis abunde in vobis poſita eſt: agite igitur,ut à vobis primum decus exeat:non expectetis donec alterius collegii domini glorioſiſſimis meritis vos præveniăt: non enim eſt obſcurum, quoniam in tanta re vos prædicet & ſequatur univerſus orbis, nec ex hoc deerunt nobis auxilia,dum tamen adſit animi curæ diligentia. In hoc etiam pollicemur graves & aſſiduos labores noſtros,in quos legatos noſtros pro vobis audire dignemini. Denique media ex mediis inveniemus,quibus pernicies ſchiſmaticorum poterit coërceri,& per vos compoſita pace vel præſtò priſcum laborem reſumere poſſet Eccleſia.Beatæ pacis author dirigat reverendiſſimas Paternitates veſtras. Cum igitur veſtris laboribus pax Eccleſiæ plurimùm provecta ſit, ultimò cauſa proœmii vos hortamur obteſtantes per fidem Chriſtianam, ut relictis contendentibus,qui huic rei ſuperanimi corporisq; vires adeſſe deberent, cum dominis Cardinalibus noſtræ partis celeriter conveniatis ad unum ſummum Pontificem populo concorditer eligendum: ſuper quo legatos noſtros etiam pro nobis audire dignemini, quæ aſſeveraverint aut pollicitaverint, in dubium non revocantes. Altiſſimus paternitates veſtras dirigere dignetur in viam pacis.Scriptæ Pariſiis in congregatione generali apud ſanctum Maturnium ſuper hoc ſpecialiter congregata,die XXIX.menſis Maji, anno Domini M.CCCC.VIII.

Veſter Rector & Univerſitas
Studii Pariſienſis.

Con-

CONCLUSIONES SUPER SCHIſmate poſita per Doctores Bononienſes, ad inſtantiam domini Balthazaris Cardinalis ſancti Euſthacii, legati ibidem,

CAPUT XVI.

IN nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti, amen. Primò prælata debita proteſtatione, quòd ſi aliqua dixerimus, quod abſit, deviantia à traditione Eccleſiæ ſanctæ, pro non dictis habeantur, ac exnũc illa ex omni ſua parte revocamus: ad quæſita per reverendiſſimum Patrem & dominum noſtrum, dominum Legatum ponimus concluſiones infrà ſcriptas.

Schiſma maximè antiquatum, licet à principio ſit ſchiſma, ejus tamen perduratione & obſtinatione in fine tranſit in hæreſin, 24 q. 1. non afferamus. eadem cauſa, & q. 3. inter ſchiſma. & quod ibi notatur.

Stante ſchiſmate antiquato, verus etiam Apoſtolicus voto & juramento aſtrictus ad certam viam pro tolledo ſchiſmate electam pro eo, quia aliàs de tollendo eo deſperabatur, ubi non agit realiter & cum effectu, quod in ſe eſt, & eſt aſtrictus, ſi ſe non corrigit, nutritor eſt ſchiſmatis, quod conſequenter deſcendit in hereſin: quia quantum in ſe eſt, contra debitum charitatis, voti & juramenti abſq; civium compaſſione nutrit populum & infantes excreſcentes ad duo capita & duas Eccleſias: quod quidem notatur in juribus præallegatis, 7. q. 1. Novatianas. cum gloſſ. c. ſeq. 24. quæſt. 1. in ſumma. & c. didicimus. in gloſſ. 2. non obſtante, quòd gloſſæ illę excipiunt Papam, quia intelligi debent, quando duo contẽdunt probabiliter de Papatu recenti dubitanter, nec alter vel uterq; eſt aſtrictus ad certam viam in ſchiſmate tollendo exequendam. Ubi autem uterq; aſtrictus eſt, maximè ex cauſa, quia aliàs, operante temporis malitia & deſidia non ſperatur unio de ſchiſmate, præſertim tam longi temporis tractu antiquato, ſi non dant pacem populo Chriſti, incurrunt ambo, quod dictum eſt, ſi rebelles exiſtunt & incorrigibiles.

Papa igitur nutriẽte incorrigibiliter ſchiſma, maximè antiquatũ, ad quod tollendũ aſtrictus eſt voto & juramẽto, Cardi-

dinales tanquam ab hæretico recedere poſſunt & tenentur, ac ſubitò ei obedientiam ſubtrahere, præſertim ſi ex eorum obedientia palpabiliter viderint nutrientem in ſchiſmate foveri & manuteneri: quia quantum in eis eſt, participant in crimine ejus, & fovent, & cum eo condeſcendunt ad profũdum malorum tanto graviùs, quantò intelligentiores ſunt, ſapientiores & potentiores: qui hoc agere poſſunt, non obſtantibus juramentis, fidelitatibus, homagiis, aut quibuſcũque obligationibus, quæ non aſtringunt ad peccatum, aut ſpectantia in peccato nutriendo, vel juvando, 15.q.6. nos ſanctorum, & c. juratos. juncta declaratione Innocentii de doc. veritatis Pars prima probatur 19. diſt. Anaſthaſius. & c. nulli. 79 diſt c. ſi quis pecuniam 24.q.1. ſchiſma. 2.q.7. ſacerdos. & quod ibi notatur.

Data diligentia Cardinalium (ad quos ſpectat in congregando Concilium laborare contra Papam etiam verum cõtra votum & juramentum apparenter nutrientem ſchiſma: quia quorumlibet ſubditorum intereſt, & maximè conciliorum provincialium, & principum, ne cum Papa nutriant ſchiſma induratum.) maximè præcedente ſuſpicione de nõ danda pace, quæ concluditur ex geſtis præteritorum Pontificum, ex retardatione & retractione de accedendo Saonam, alia non facta propitiatione reali ad ſchiſma tollendum, poſſunt humiliter requirere Papam etiam verum, ut ſchiſma tollat via jurata, & quam jurando & vovendo juſtam cenſuit. Et ſi pro viribus realiter & cum effectu, non verbaliter tantummodo referent memoratum Papam ad viam adimplendam, quam vovit & juravit, idque fruſtrà: etiam ſic debitè requiſitus concluditur nutritor ſchiſmatis indurati, & incorrigibilis & conſequenter zelator hæreſis & diviſionis Eccleſiæ ſanctæ, quæ unica debet eſſe in unico paſtore. Poteſt enim quilibet ſubditus ſuperiorem requirere & monere ad debitum implendum, ut dicit gloſſa 40. diſt. ſi Papa. & ibi, In quo ſubditus tacendo cum eo peccato involvitur, ad quod 20.q.7. Paulus Petrum. cum c. ſeq.

Quicquid ſit de excuſationibus in eundo Saonam, licet notorium ſit juramentum, & fama vigeat contra eum ac urgens ſuſpicio, ut prædeceſſoris ſui vias ſequentem, dilatando non accedere ad implendum quod promiſit, & ſic tenet cõmunis opinio ex non acceſſu ad Saonam: ex tali tamen non

ac-

acceſſu non convincitur incorrigibilis, cùm poſſit moram purgare. Unde ad tale convicium nova exigitur requiſitio, ut cum effectu realiter, & non verbaliter tantùm det præparatoria, quæ debet dare, & quantum eſt in ſe, quod promiſit adimplere.

Ex his infertur ad quæſitum, quòd etiam verus Papa à quolibet Provinciali concilio prælatorum principalium Provinciæ, & clericorum, qui intereſſe voluerunt, convocatis ad hoc ſecularibus principibus, & dominis temporalibus Provinciæ, ac principalibus viris notabilibus de populis, qui intereſſe voluerint, requiſitus, ut det unionem per viam ceſſionis electam per ambaſiatores ſolennes ad hoc deſtinatos, oſtenſo modo cedere poteſt & debet per procuratorem conſtitutum ad cedendum, ſi & in quantum aliter cedere non velit, tum juramentum de cedendo ceſſionem ad certum locum non detinet: & requiſitus, ut det etiam licentiam Cardinalibus ut cum Anticardinalibus ad unum ſe congregent locum ad electionem Canonicè faciendam unici Paſtoris, ſi hoc non acceptet, ſtatim poteſt non verbaliter, ſed realiter, & cum effectu implere, nec aliam juſtam cauſam & neceſſariò concludentem alleget, quare hæc non egit, vel viam nõ det aliam magis expeditam, per quam votum & juramentum impleat requiſitus ab ambaſiatoribus. Secundò Cardinalibus, ut faciat debitum ſuum, provincialia quæque concilia poſſunt, debent & tenentur ſubtrahere obedientiam tanquam à nutritore ſchiſmatis & hæreſis, & incorrigibili: non obſtantibus quibuſcunque obligationibus, fidelitatibus, aut juramentis, quibus Papæ aſtringuntur, ſint vel non de temporali juriſdictione Eccleſiæ, ad hoc ne nutrientibus ſchiſma tam periculosè antiquatum in contemptum Dei, vilipendium ſponſæ Chriſti, & periculum animarum Chriſtianarum cum eis in profundum malorum demergantur.

Ex his infertur ſecundò, quòd ſuppoſitâ tantâ antiquitate tam pernicioſi ſchiſmatis, & quòd ambo, quia alter deſperabatur de ſublatione ſchiſmatis, ſe obligaverunt ad certam viam voto & juramento, eis non implentibus juramenta, & incorrigibilibus, ſubditi, præſertim ſi vident ex obedientia ſchiſma magis indurari, peccant mortaliter, & tanquam nutrien-

trientes & nutritores ſchiſmatis & participantes in crimen, atque juvantes, ſunt participes omnium peccatorum & malorũ, quæ ex tam diro ſchiſmate ſequuntur, & animarũ, quæ damnantur.

Quæ omnia dicta in Papam, procedunt in eo, qui ſe gerit pro Papa in Avinionenſibus, & tanto fortiùs, quantò magis pars ſua fuit, quæ ſchiſma fecit, & quia minorem habet obedientiam, partem noſtram ſpoliavit obedientia illa, & quia magis in gerendo ſe Papa inveteratus eſt, & ad ſchiſma nutriendum contra juramentum ejus ab eo antiquitùs præſtitum. Hæc omnia dicimus ſubjiciendo correctioni eccleſiæ ſanctæ, ſi & in quantum approbentur, & per collegia utriuſque juris, & per reverendiſſimos Patres de univerſitate Theologorum, quibus hæc corrigenda & emendanda ſubmittimus.

CONCLUSIONES UNIVERSITATIS ſtudii Pariſienſis contra Antipapam, cum quibuſdam requeſtis annexis.

CAPUT XVII.

1 PRima concluſio: Petrum de Luna fore non tantũ ſchiſmaticum, pertinacemque habendum, verùm etiam hæ-
2 reticum, perturbatorem pacis & ſanctæ unionis eccleſiæ. Secunda concluſio: Petrus de Luna non eſt nominandus Benedictus, nec Papa, nec Cardinalis, nec nomine cujuſcunq;
3 dignitatis, nec ſibi obediendum eſt tanquam paſtori, ſub pœnis fautorum ſchiſmatis. Tertia concluſio: Facta, dicta, collationes, proviſiones, ſive proceſſus à tempore datæ literæ ad modum bullæ confectæ, inſuper pœnæ quæcunque ſpirituales, vel temporales explicatè vel implicatè in dicta litera contentæ, nullæ ſunt.

4 Quarta concluſio: Dicto Petro, aut ſuis literis, aut mandatis nullus poteſt obedire: imo tenetur ſibi non obedire
5 ſub pœna fautorum ſchiſmatis. Quinta concluſio: Dicta litera eſt de ſe iniqua, ſeditioſa & doloſa, fraudulenta, turbativa pacis, & offenſiva regiæ majeſtatis.

6 Sexta concluſio: Contra fautores & receptores dicti Petri & ſuorum, ſuarumque literarum procedendum eſt, ſicut & contra dictum Petrum.

Sequun-

Sequuntur Requeſtæ.

1 Prima requeſta: Quòd laceretur & frangatur dicta litera ad modũ bullæ confecta, tanquam injurioſa, ſeditioſa, fraudulenta, ac regiæ majeſtatis oſtenſiva, cum proteſtatione ad majora procedendi fidem tangentia ad explicandum prædictam, coram quibus oportebit, loco & tempore. 2 Secunda. Fiat reformatio circa iſtam literam, capiantur & detineãtur omnes ſuggeſtores, fautores, receptores, pro puniendo, corrigendo, ſecundum Canones, de quorum numero plures ſunt in iſto regno, quos Univerſitas nominabit tempore & loco. 3 Tertia requeſta: Quòd à rege præcipiatur Univerſitati filiæ ſuæ, ut veritatem prædicet in iſto facto per totum regnum, &c.

4 Quarta requeſta: Revocetur Epiſcopus ſancti Flori à legatione & detineatur: inſuper detineatur magiſter P. de Cancella Sanxius Lupi, & decanus ſancti Hermanni Antiſiodorenſis: & puniantur juxta demerita. Sigillo Univerſitatis prædictæ.

DECLARATIO PRIVATIONIS prælatorum & curtiſanorum de Luca recedentium, nec reverſorum, in genere.

CAPUT XVIII.

IN Chriſti nomine, Amen, Dudum, videlicet die 17. menſis Maji proximè præteriti, nos Antonius miſeratione divina titulo ſancti Petri ad vincula presbyter, Cardinalis, domini noſtri Papæ Camerarius, & ad infrà ſcripta cõmiſſarius ſpecialiter deputatus, per noſtras patentes certi tenoris literas majoris Eccleſiæ Lucanenſis valvis affixas, de ſpeciali mandato ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, domini Gregorij divina providentia Papæ XII. nobis vivæ vocis oraculo ſuper hoc facto, omnibus & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Abbatibus & aliis eccleſiarum prælatis ac quibuſcunque curtiſanis & officialibus domini noſtri Papæ, tam clericis, quam laicis, ſub pœna privationis quarumcunque dignitatum Eccleſiaſticarum & monaſterialiũ officiorum & beneficiorum ſuorum quorumcunque, quam omnes & ſingulos in hac parte rebelles volebamus incurrere ipſo facto, diſertè præcipiendo mandavimus, ut nullus eorum, qui abſque expreſſa noſtra licentia ex curtiſanis & officialib. in civitate Piſarum tunc reſediſſet,

exinde infra IIII. dies extunc à dicta die computandos proximè ſecuturos de dicta civitate Piſarum recedere & ad Rō. curiam reverti, ſub eadem privationis pœna deberent. Et poſtmodum ſcilicet 18. ejuſdem menſis Maji, volentes cum ipſis prælatis, curtiſanis & officialibus, qui tunc Piſis erant, mitiùs & benigniùs procedere, per alias noſtras litteras terminum in prætactis primis literis noſtris expreſſatum, uſq; ad totam 22. diem ejuſdem menſis Maji, eiſdem prælatis, curtiſanis & officialibus tunc Piſis exiſtētibus duximus prorogandum: voluimus tamen quòd qui in hujuſmodi termino novo non venirent ad curiam antè dictam, ſuprà dictis pœnis eo facto ſubjacerent. Conſequenter verò, quia multi ex Prælatis, curtiſanis & officialibus hujuſmodi, qui tunc in dicta civitate Piſarum exiſtebant, ad eandem curiam redire non curaverunt in terminis ſuprà dictis, in hujuſmodi noſtri mandati vilipendium, & ipſorum damnum non modicum & gravamen, pœnas prædictas damnabiliter incurrendo: ea propter etiam de ſpeciali commiſſione & mandato dicti domini noſtri Papæ, deſuper vivæ vocis oraculo nobis facto, omnes & ſingulos prælatos, curtiſanos & officiales prævocatos per alias noſtras literas die 16. menſis Junii valvis majoris Eccleſiæ Lucanenſis publicè affixas, & diutius publicatas, ad inſtar publicorum edictorum quæ olim in albo Prætorio ſcribebantur, citavimus & monuimus, quòd coram nobis in certo alio competenti termino, perēptoriè etiam in dictis literis noſtris ultimis expreſſo, comparērent, per ſe perſonaliter & in eorum propriis perſonis, ad videndum & audiendum, ſe dignitatibus, monaſteriis, Eccleſiaſticis beneficiis, & officiis, quas & quæ obtinebant, privatos declarari, vel ad dicendum etiam cauſas, ſi quas rationabiles habuiſſent allegare: quo in caſu ad privationem & declarationem hujuſmodi procedere non deberemus, certificando eoſdem monitos & citatos: quòd ſi prætactis noſtris, imò veriùs Apoſtolicis monitionibus & mandatis parēre, & in dicto ultimæ citationis termino, ut promiſſum eſt, ad prædictam comparēre non curarint, ad declarationem prædictam procederemus, dictorum monitorum & citatorum abſentia, ſeu contumacia in aliquo non obſtante, quandoquidem termino exeunte nos more pii patris volentes rigorem manſuetudine temperare, dictum terminum ad omnia

mnia prædicta prorogavimus ad præſentem diem & horã, prout hæc omnia in libris Cameræ Apoſtolicæ latiùs continentur. Nunc autem die & hora præſentibus, & indicta noſtra prorogationé contẽntis, fuimus per diſcretum virum magiſtrum Johannem de Strinano procuratorem fiſci dicti domini noſtri Papæ, & cujuslibet eorum contumaciam accuſantem cum inſtantia debita requiſiti, ut ad declarationem prædictam procedere dignaremur Nos igitur Antonius Cardinalis & camerarius ac commiſſarius prælibatus, attendentes & conſiderantes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam & conſonam rationi, præcipuè quòd dicti prælati, curtiſani, & officiales dictis monitionibus & mandatis noſtris, imo veriùs Apoſtolicis, parere non curaverunt, quinimo in contemptum & vilipendium prædictas pœnas damnabiliter incurrendo, ad declarationem prædictam duxim^9 in hunc modum procedendum: Chriſti nomine invocato, ex mandato & commiſſione prædictis, vivæ vocis oraculo, ut prædicitur, nobis facto, ac ex omni poteſtate, & authoritate & jurisdictione nobis conceſſa ac attributa, nobisq; quomodolibet competenti, & omni modo, via, aut jure ac forma, quibus meliùs poſſumus & debemus, mandatum & cõmiſſionem prædictas, prout meliùs poſſumus & debemus, exequentes, pro tribunali ſedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, de juriſperitorum conſilio & aſſenſu per hãc noſtram ſententiam quam ferimus in his ſcriptis, pronũciamus, decernimus & declaramus, omnes & ſingulos prælatos, curtiſanos & officiales, & eorum quemlibet, quibuſcũque eorum dignitatibus, Eccleſiis, monaſteriis, beneficiis & officiis, quæ obtinebant, extunc fuiſſe & eſſe privatos : mandantes notariis noſtris deprædictis confici publica documẽta. Litera lata & in ſcriptis promulgata fuit hæc præſens ſententia per nos Antonium Cardinalem & Camerarium & Commiſſarium prælibatum, Lucæ in Theſauraria Apoſtolica die III. menſis Julii, anno ab ejus incarnatione M. CCCC. VIII. Indictione prima, Pontificatus præfati domini noſtri anno II. præſentibus reverendis Patribus, domino Antonio Epiſcopo Piſaurienſi Theſaurario, Antonio Epiſcopo Melſienſi: venerabilibus viris dominis Angelo de Balionibus auditore, Thoma Spina, Nicolao de Urbe veteri, & Marchione de Tordone, clericis Cameræ Apo-

Ee ſtolicæ:

ſtolicæ: reverendis Patribus domino Elia de Verona, Epiſcopo Benellienſi, venerabili viro domino Guilhelmo Stephani Canonico Burdegalenſi Acolito domini noſtri Papæ: fratre Michaële de Verona Abbate ſanctæ Trinitatis de Verona, presbytero: Alberto de Mediolano, Magiſtro Johanne de Strinano, procuratore fiſcali, ac petente fiſcali nomine fieri juſtitiam de prædictis: magiſtro Henrico de Monteleone, procuratore in Curia Romana: nobili viro Petro Paulo de Rangbonibus de Mutina, Johanne de Silveto, & Johanne de Piſis, ac multis aliis vocatis pro teſtibus pariter & rogatis: necnon honorobili & commendabili viro ſcilicet Matthæo de Stiata notario Cameræ Apoſtolicæ unà cum me Michaële Caſtenſi de Piſis rogato.

Die Veneris, quarto menſis Julii, lectum fuit in audientia contradictorum unum monitorium contra omnes Cardinales exiſtentes in Liburno & in Piſis, quòd per totum præſentem mēſem ſequantur Papam ad locum, in quo tunc erit, & paratus ſit eos recipere in ſtatu & honore Cardinalatus, ipſosq; benignè tractare, necnon materiam unionis etiam cum eis pertractare.

EPISTOLA METRICA MISSA eidem domino Gregorio & ſibi adhærentibus,

CAPUT XIX.

Perfide, qui phreneſi raptus, Plutonis
Tartareis invectus equis, hæreſimq; ſecutus,
Auſus es Eccleſiæ tentare pericula ſanctæ,
Pone modum phreneſi: tua te meditamina fallunt.
Si neſcis, nec vides, quanto tibi turbine ſacra
Bella parent acies, quali niveisq; paratu
Irrutilent ſancta arma viris, quæ vulnera vultu
Dira tibi atq; tuis facto pro iure minentur,
Nónne times? Quæ te ſecordia ducit aquoſis
Cantibus, orte ſenex? Sen:um tranſibis acerbo
Fine tuum, tandemq; ſcies, quid hypocriſis in te

Xida

Pæda tenens ſua regna, bonis dolor omnibus unus,
Auferet & Stygios te præcipitabit in ignes
Accipe ſis monitus, moti pietate locuti
Iſta ſumus, Chriſti veſtigia ſancta ſecuti.
Experiamur, an ſi vis reſipiſcere forſan;
Aut ſeras oblata tibi florum experire, Minerva
Quam neat arguté, totuq; ligabere filis.
Nec vos ô ſimulis ſcelerum ſimul arte magiſtri,
Antoni ſcelerate nepos, Ariuq; novelli
Blande lepus Gabriel, frater maledicte Ioannes,
Heu nomen tranſgreſſe ſacrum Sedomitis cremari
Digne focis pariterq; homicida proterve Caperua,
Cui faces Iacobine pater fomesq; malorum,
Ponite dicta: retro venator retibus omne
Clauſit iter, vallo cinxit ac vimine ſylvas:
Saevus aper, fortisq; leo, ſeu peſſima tygris,
Aut humana manus (tanto ſunt robore: tranſi)
Rumpere nec poſſent laqueos, quibus ordine veſtrum
Digeſtum eſt facinus, totumq; vometis
Quondam quæ in loculis poſuiſtis ab inguine veſtris.

EPISTOLA MISSA DOMINO Cardinali Leodienſi in Piſis tunc exiſtenti, per magiſtrum Theodoricum prædictum,

CAPUT XX.

REverendiſſime pater & domine mi chariſſime, devota recommendatione præmiſſa, Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit juſtus & exaltabitur, Prover. 18. Cogitationes conſiliis roborantur, gubernaculisq; tractãda ſunt bella, Proverb. 20. Hinc eſt, reverendiſſime pater & domine mi chariſſime, quòd hîc multi multa loquuntur de conventionibus & tractatibus partis veſtræ & adverſæ in civitate Piſarum. Et quia plerisque ſuavis eſt panis mendacii, aſſerunt, quòd timendum eſt, ne reverendiſſimæ paternitates veſtræ, quod abſit, ira, odio aut pecunia corrupti, à nobis recedere, necnõ eidẽ parti alteri velint adhęrere:

quod nullatenus credere poſſumus: quia ſi hoc fieret, quod Deus avertat, tunc Væ ſecundum oriretur ex hoc populo Chriſtiano. Quòd autem dominus noſter Gregorius Papa concepit, ſuam B. aliquos novos Cardinales velle creare, dudum, ſcilicet in Viterbio non ab ipſo, ſed ab alio ſatis ſibi ſecreto conjecturando cognovi, & ex cauſa rationabili & lateri plurimos, proceſſit: quia nihil in terra ſine cauſa fit, ut, Job 5. Item, utinam aliqui alijs in ſignum poſiti advertiſſent & obſervaſſent illud, Mundi eſtote, quia ego mundus ſum: & illud, Nihil occultum, quod non revelabitur. Ideo talia judicio Dei procedunt in terra, de quibus conqueritur Propheta Iſajas, dicens: Væ, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, ut eſſent viduę præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis calamitatis veſtræ de londè venientis? Ad cujus cõfugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam veſtram? Multum advertere & de diverſis cogitare debet intra ſe reverendiſſima dominatio veſtra, cui multa ſunt nota non calamo exaranda. Et paulo antè quidam vir probus, qui fuit hodie in prandio & etiam in Collatione cum ipſo domino noſtro, mihi ſecretè retulit, quòd idem dominus noſter ſibi, dũ ab eo recedere vellet, ſeriosè ac hilari vultu dixiſſet hæc verba: Verè ego volo me quanto ocyùs cum Dei adjutorio de iſtis curis & oneribus relevare: & adjecit, Quæ eſt enim vita noſtra, niſi fumus & ventus urens? quibus dictis amicus ab eo receſſit. Et quia ſcribitur, quòd cor regis in manu Dei eſt, & quocunq; voluerit, vertet illud: & etiam juxta proverbiũ, Ex facili cauſa Dominus mutatur & aura. & quia ipſe dominus noſter videtur eſſe boni propoſiti ad implendum votũ & juramentum ipſius, quo ad factũ unionis, quam fieri hoc tempore præſtolamur, & ſine quo certè illa perfectè vel abſque ſcandalo fieri non poſſet: puto ſibi in hoc acquieſcendũ eſſe, & quòd omnes de parte ſua, ſibiq; ſubjecti teneantur ipſum iſtanter & humiliter, quoad hoc, confortare, & humilibus precibus inducere & monitis, ut hoc citò efficiat, ne alia diſpendia ſubſequantur: quia clamat Apoſtolus, Omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: que autem

reſiſtunt

reſiſtunt ipſi, ſibiipſis damnationem acquirunt, Ro. 13. Et illud, Nunquid gloriatur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? quomodo elevabitur virga contra levantem ſe, ut exaltetur? quoniam utiq; lignum eſt. Propter hoc mittit dominator Dominus exercituum in pinguibus ejus tenuitatem. Joann. decimo. Bonum igitur eſt, omnia in tam arduo facto maturè tractare, ne error noviſſimus fiat pejor priore: cum ſenibus cautiùs eſt agendum, cautè eſt ambulandum, & eorum iræ ſunt acutæ: & de levi ratione flectuntur. Circa Coloniam, ut hîc recens fama laborat, multi ſacerdotes & alii etiam ſubitanea morte moriuntur. Et ſic Deus plagat mundum, nunc fame, nunc frigore, nunc peſte, nunc gladio, nunc aliis adverſitatibus multis & malis: & per angelos malos permittit nos tentari, nec poſſe tentationibus reſiſtere & crebras inter nos diſſenſiones fieri, ut citò verificetur (proh dolor) de nobis illud: vir fratri ſuo non parcet: & rurſus, In ira Domini exercituum cõturbata erit terra, & erit populus, quaſi æſtus ignis, Iſajæ nono. Et ſi videatur reverendiſſimæ dominationi veſtræ, quòd ex parte ſui aliquid loqui debeam ipſi domino noſtro, paratus ſum, dum modò ſciam quid & ſuper quo ſibi loquar, licet cum eo infra XV. menſes proximè præteritos non fuerim verbum aliquod hucuſq; locutus. Nec mihi imputet ipſa dominatio veſtra, quòd ad talia me offero, quaſi me altiora contra Sapientis doctrinam attingere velim. Scriptum eſt enim, Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem, Pſalmo 8. Nec dedignetur eadem reverendiſſima dominatio veſtra, quia taliter ei ſcribere volui: hæc enim non ex faſtu, ſed ex pura dilectione proceſſerunt. Paratus ſemper ero ad omnia dominationis veſtræ vota, quam Dominus conſervare dignetur feliciter & longævè. Scriptæ Lucæ, ipſo ſacro feſto aſſumptionis Domini.

Theodoricus de Niem, &c.

RESPONSIO DICTI DOMINI *Cardinalis ad eandem Theodorici epiſtolam,*

CAPUT XXI.

VEnerabilis amice chariſſime, ſcripta veſtra vidimus per latorem præſentium nobis oblata, quibus per ſingula reſpondere non permittit temporis anguſtia, & etiam lator ipſe cauſam impedimenti latiùs referre poterit. Unum non intendemus tamen omittere, quòd ab obedientia & ipſius juſtitia hactenus obſervatis nunquam recedere certò concluſum eſt, & juramentis ac obligationibus efficaciſſimis firmatum: & ſic apparet mendaciſſimè illa, quæ ſcribitis, fuiſſe divulgata. Unum ſolum eſt ſtudium usque ad mortem etiam incluſivè proſequendum, votis atque promiſſis & juramentis per mundum univerſum jam publicè divulgatis, & unioni eccleſiæ velle inſiſtere, & ſi authoritatum rationúmve multiplicata congeries locum habeant, ſuis intellectibus locisque & temporibus coartata. Iſta tamen eſt vera & ſana doctrina, quæ in nullo adverſatur eiſdem, quòd Deo magis obediendum eſt, quàm hominibus: & quòd, ubi mandatum homines cujuſcunque etiam præſidentis mandato Dei adverſatur, ei potiùs obediendum ſit, clarè habetur. Si enim illa mandet, vel ad illa cogere velit, quæ animas in præcipitium ducunt, & animæ perditionem includunt, ſibi non ſoro obediendum, jure divino & humano notiſſimum eſt, ſecundum Doctores ſanctos, Auguſtinum, Ambroſium, Bedam & alios: imò & non obediendo, & propter hoc ejus ſeveritates ſuſtinendo & cenſuras, meretur homo. Iſta pro nunc ſufficiunt, ut taceamus de modis hactenus obſervatis in faciendo & non faciendo, & lapſu temporis tanti, in quo quid & quantum actum ſit in cauſa Dei, & ſub quibus *collocutionibus & quantum fundatis: ex quibus quanta affectio fuit tollendi ſchiſmatis, etſi illa ad fautoriam magis pertineant, non intendimus nos dilatare. Poſtea tamen de hoc videri poterit pleniùs, & quid mundus, quo ad hoc, reputet aut teneat, unuſquiſque poterit perpendere. Unum eſt, quòd nihil aliud agitur, niſi mundo & Chriſtianitati lan-

*coloribus aliàs.

guentibus & conſcientiæ atque famæ providere cum omni ſinceritate & charitate, prout cunctis hoc fiet majeſtum. Aliud, præmiſſis non obſtantibus, cum feſtinantia duximus adjungendum, quòd quicunque ſunt illi, quibus talentum à Domino quale & quantumcunque creditum eſt, & maximè, qui ſtatu Eccleſiaſtico gloriantur, ſuntque illuminati ſcientia, & ſe unionis zelatores eſſe profitentur, ſe ad currum deberent adjungere, & etiam cooperatores exiſtere, illi maximè, quibus innoteſcit, quanta fuerunt hactenus adhibita molimina non ad unionem veniendi juxta promiſſa & jurata, ſed potiùs impediendi & eam expreſsè reprobandi. Valete. Scriptæ in craſtino Aſcenſionis Domini, &c.

Joannes Cardinalis.

EXHORTATIO DOMINO NOSTRO *Papæ per magiſtrum Theodoricum de Niem directa, cum declaratione annexa ſuper ſedando ſchiſmate,*

CAPUT XXII.

SAnctiſſimo in Chriſto patri domino Gregorio ſummo Pontifici, &c. Scribitur, Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguit caput meum. Quod confiſus loquor fiducialiter, quæ ſequuntur. Ex iſta reſponſiva litera ſanctitas V. & quilibet vir intelligens quodam modo cognoſcere poteſt, quanta & qualia pericula imminebunt Chriſtianitati, niſi V. B. citò apponat efficax remedium, ad hoc, quòd unio fiat in eccleſia generali etiam per viam ceſſionis ultrò per B. V. electam, inventam & per mundum prædicatam, ac ſæpiùs publicè approbatam. Nec confidat in homine contrarium ſuadente, nempe ad illam taliter divulgatam & acceptam totus populus inclinatur & clamat, quòd ſubitò impleatur, forſan paucis exceptis propter privatum eorum commodum illam conantibus impedire. Et vox populi, vox Dei, cui non eſt reſiſtendum. Nec decipiatur B. V. ut dictam viam declinet, conſulo: neq; conſentiat conſulentibus, quòd retro-

 cedat,

cedat, vel alibi vadat, ante quàm fiat unio ipſa, ne aſſimiletur illis, de quibus Pſalmiſta conqueritur, dicens: Filii Ephraim mittentes & intendentes arcum, converſi ſunt in die belli, Pſalmo ſeptuageſimoſeptimo. Et ſi Beatitudo veſtra per illam viam ad eandem unionem procedat, indubitatè bene & debitum faciet, factum ſcilicet laude dignum, non ulteriùs procraſtinando in negocio tam periculoſo. Et tunc omnes laborabimus unà ſecum, & apponemus nos de grege puſillo manus ad aratrum: & taliter, quod auxiliante Domino proſperè dirigetur. Sin autem ſciat pro certo B. V. prout in veritate cognovi, quòd nihilo minùs tamen domini Cardinales, qui B. V. in ſummum Pontificem elegerunt, & de parte adverſa ſunt ad hujuſmodi faciendam unionem breviſſimè proceſſuri, & habebunt infallibiliter adhæſione maximam ubiq; terrarum. Et ſi fortè dicet mihi Beatitudo veſtra, Foderunt ante faciem meam foveni, & inciderunt in eam, Pſalm. quinquageſimoſexto, reſpondeo: Aliud ibi, & aliud hic communi utilitate cauſatur. O pater mi, legitur Geneſ. quadrageſimotertio, ut optimè noſti, Attollens autē Joſeph oculos vidit Benjamin fratrem ſuum uterinum, & ait, Iſte eſt frater veſter minim⁹, de quo dixeratis mihi? Et rurſus inquit, Deus miſereatur tui, fili mi. feſtinavitq; in domū, quia commota ſunt viſcera ejus ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculū flevit. Hæc ſine lachrymarum effuſione ſcribere non potui, quod ille vir juſtus, qui tot alios fratres habuit, & tantùm ſuper uno eorum, quia cōmota ſunt viſcera ejus, flevit: & tu, licet omnes fratres tui, qui te in patrem & dominum erexerunt, te unanimiter dereliquerint, tamē hoc non defles, neq; doles exinde, ut videtur. Et quia dicit Salomon, Rex imprudens diſſipat gentē ſuam: & rurſus, In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignorātia Principis, Proverbiorum decimotertio: item, qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia, Proverb. octavo: & ſecundum Philoſophum, utplurimùm ſapiens magis diligit bonum commune, quàm proprium, & ideo non facit diſſenſionem: quare non commoventur viſcera tua ſuper fratres tuos, qui ſalutem & honorem tuum ac communis populi quærunt? Et quia cum ipſis tuis Cardinalibus in hoc ſcilicet, quo ad unionem faciendam in eadem voluntate non concurris, te dimiſerunt. Sic enim publica fama

ſama laborat,ſic & ipſi tui Cardinales unà fratres dictis & ſcriptis affirmãt. Noſtri quomodo cõqueritur Propheta, dicens Noti mei fugierant à me: & ecce iterum, Velũ tẽpli tui ſciſſũ eſt in duas partes: ſed cujus culpa tu noviſti. Præterea omnis terra veritatem invocat, cælum etiam ipſum benedicit, & omnia opera moventur, & tremunt eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum, 2. Eſd. 10. Unde bene ſcitur, quid lateat in hoc facto. Et poſt pauca tunc rex ait illi: Pete, ſi quid amplius vis, quam ſcripta ſunt, & dabo tibi ſecundum quod inventus es ſapientior proximis, & proximus mihi ſedebis, & proximus & cognatus meus vocaberis. Sed Eſdras hæc oblata ſibi maxima pro ejus commodo privato non curans, ſed attentiùs pro bono publico & ſalvatione populi ſui Regem deprecabatur, ut ſequitur: Tunc ait Regi, memor eſto voti, quod voviſti, ædificare Hieruſalem in die qua accepiſti regnum. Et rurſus poſt pauca, Et nunc hoc eſt, quod poſtulo, domine: &, quod peto, hoc eſt majeſtas à te: & poſtulo, ut facias votum, quod voviſti regi cælorum ex ore tuo. Et ſequitur, Tunc ſurgens Darius oſculatus eſt illum, & ſcripſit epiſtolas ad omnes diſpenſatores & præfectos & purpuratos, ut educerent eum, 2. Eſd. undecimo. Et ſi hoc fecit Rex paganus incognito eo Deo, quid Chriſtianus, qui omnibus præſidet, facere tenetur? Recogita in te ipſo igitur, ad te revoca & oſculare fratres tuos, qui te ad ſolvendum votum nedum pro tuo, ſed publico bono devotiſſimè interpellant. Quid enim proficit homini, ſi lucretur univerſum mumdum, ſeipſum autem perdat? Lucæ nono. Et rurſus, Quòd ſi dixerit ſervus ille in corde ſuo, Moram faciet dominus meus venire, & cœperit percutere pueros & ancillas: veniet dominus ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora qua neſcit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet, Lucæ duodecimo. Qualiter autem omni Chriſtiano advertendum eſt, quòd juramentum potiſſimè licitum, & per eum præſtitum obſervet, docet Hieronymus in prologo Aggæi, ubi ſic exorſus eſt: Hieremias propheta ob cauſam perjurii Sedechiæ regis, ut in hiſtoriarum lib. 2. Paralip. indicatur, Quoniam fidem promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldæorum non ſervaverat, populum Iſraël refert cum memorata expugnata Hieruſalem captivum Babyloniam fuiſſe productum. Ecce quòd totus popu-

lus ille propter reatum perjurii domini ſui præſtitum regi, pagano judicio Dei tam acriter punitus fuerit. Item 3. Reg. 2. illud Salomonis ad Semei, Quare non cuſtodiviſti juſſiõ ⁊ ā-dum Domini, &c. In Evangelio dicitur, Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos cùm eſſemus cum eis: ego ſervavi eos in nomine tuo, quos dediſti mihi. Et poſt pauca ſubnectitur, Ego pro eis ſā-ctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autē rogo tantùm, ſed pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, Joan. 17. Et cùm Salvator pro nobis taliter exorat patrem, ut in unione maneamus, extra quam non eſt ſalus, cur contra eius ſalutarem doctrinam tot ſectiones fiant in vobis conſcriptis patribus, qui ſuſtinetis eccleſiæ firmamētum, quæſo dicite mihi? Clamat Petrus, tuus prædeceſſor, deponendam omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias & detractiones omnes, ſicut modò geniti infātes, &c. Et rurſus, Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes ejus annuncietis, qui de tenebris vos vocavit ad mirabile lumen ſuum. Et iterum, Cōverſationem veſtram habentes bonam, & fraternitatem diligite. Sed qualia exempla vos patres conſcripti veſtris ſubditis & ovibus paſcuæ veſtræ per tot & tantas diviſiones oſtendiſtis, vos ipſi judicate: nec reperiuntur tot diviſiones inter aliquos, ſicut hodie vigēt in clero. Quid igitur reſtat tibi, niſi quòd cum fratribus tuis dictam unionem mente pura & ſollicitè ſtudeas conſumare, & eos tibi, moræ ſublato diſpendio, quo ad hoc, modis omnibus reconciliare & allicere pro publica utilitate? clarum eſt: quia ſi cum eis concordaveris tunc bene concurres, ſi volueris, ad eandem unionem, Irrationabilitate & ira ſemotis. Turbati enim à paſſione, ſecundum Philoſophum, non poſſunt rectè judicare. Et propter hoc medici ęgrotantes ad ſe ſanandos vocant alios medicos, propter hoc ſcilicet quòd ſunt in paſſione, quamvis habeant ſatis artis, ſed turbati à paſſione non poſſunt rectè judicare. Quare iraſceris ſaltem ſine rationali cauſa ſuper fratres tuos & alios, qui tibi non applaudunt in hoc, quòd ab ipſa unione recedas? Principes enim & prælati debent ſuis ſubditis eſſe mites, quod trahitur ex natura, quæ Regi apum non dedit aculeum, propter manſuetudinis documentum.

Apum rex aculeo caret.

Nec

Nec mihi velis imputare,quia velut unus de fatuis hominibus locutus ſum:quod non præſumptuosè, ſed ex charitate procedit,juxta illud.Da ſapienti occaſionem , & addetur ei ſapientia doce juſtum,& feſtinabit accipere, Proverbiorum decimonono,quia ſæpe quod à majoribus abſconditur,parvulis revelatur Domino inſpirante:qui te feliciter & longævè conſervare dignetur. Datæ Lucæ vigeſimoſeptimo die Maji.

Devotus B.U. Theodoricus de Niem.

DECLARATIO EJUSDEM THEOdorici de Niem ſuper ſedando ſciſmate,

Ego Theodoricus videns nuper oriri maximum diſturbiū inter dominum noſtrum Papam ex una parte,necnon dominos Cardinales,qui ab eo receſſerunt, & ad civitatem Piſarum declinarunt,ex alia,ita quòd ipſe dominus noſter Papa,inſtigantibus eum forſan aliquibus adulatoribus , qui aliàs aulici nuncupantur,& nonnunquam eorum blandiloquiis & fraudibus procurant in politiis fieri ſeditiones,ut docet Philoſophus 5. Politic. voluit contra ipſos dominos Cardinales & eorum familiares procedere ad privationem beneficiorum ſuorum, & alias pœnas, ut multa indicia declarabant:unde hujuſmodi Epiſtolam ſibi direxi,recordatus dicti Phamphili,ſcilicet,ſi ſit pater meus aſper homo,facient eum mea verba benignum. Et ipſi domino noſtro eadem die datæ ipſius epiſtolæ ſtatim poſt dormitationem illam ſibi direxi,ſuper qua die ſequenti, videlicet vigeſimooctavo menſis Maji benignè per alium mihi reſpondit in hæc verba,videlicet:quod licet ipſe dominus noſter valde doleret de modis , quos dicti domini Cardinales ſe fugiendo tenuiſſent,ipſeque propterea in principio ſit turbatus,ac decreviſſet eos ad ſe per minas & aliàs quomodolibet revocare : veruntamen mente ſemper dilexiſſet,atque diligeret eos:ac in hujus ſignum nec ipſos dominos Cardinales,neque alios de Capellanis aut familiaribus eorū beneficiis , aut officiis privaſſet,ſeu moleſtaſſet,ſed permitteret eos ſtare liberè , ſicuti pla-

placeret eiſdem. Et ad ipſam epiſtolam ab eodem domino noſtro placitam reſponſionem hujuſmodi reportavit idem Theodoricus.

BULLA EXCUSATIONIS PER dominum Gregorium ſuper facto unionis univerſis Chriſti fidelibus in genere directa,

CAPUT XXIII.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem,&c. Docet Apoſtolus,quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,& erunt homines ſeipſos amantes:qualia tempora & homines nos in præſenti periculoſo tempore & eccleſiæ ſtatu miſerando inceſſanter experimur & patimur. Nam cum pro integratione Chriſtianorū, renunciationis viam juxta formam datam ingreſſi fideliter & purè pro concluſione laboraverimus, & hujuſmodi viæ natura exigat, ut charitativè proinde ac liberè per eandem viam incedatur, quod ſummè deſideravimus & deſideramus ab intimis,quodque ſi ab utraq; parte fuiſſet obſervatum,pro tempore ad finem deventum fuiſſet optatum: ſed mixtis hincinde non puris affectibus nondum effectualiter (proh dolor)incœptum eſt:pro charitate odia,pro providentia injuſtitia,pro veritate falſitas, pro cautela calumnia, pro obedientia protervitas,pro maturitate levitas,pro defenſione oppugnatio,pro confortatione impulſio, &,ut de cæteris taceamus,pro ordine ſervando indigeſta confuſio, pro dilectione ſuſpicio adverſus nos à noſtris ferè continuò appoſita fuere,& dum ſub ſpecie unionis noſtra depoſitio appetitur, moleſta & periculoſa diviſio loco unionis in parte noſtra ſubſecuta eſt:ex qua diviſione conſpirationes,machinationes, & colluſiones contra ſinceritatem noſtram conſpici poſſunt,in neglectu poſito omni eo,quid noſtræ obedientię confuſionis,deſolationis, ruinæ ac diviſionis contingeret, dummodò hoc unum habeatur, videlicet noſtra dejectio. Nam dum fideliter tractaviſſemus convenire cum Petro de Luna,qui ſe facit nominari Benedictum, de uno loco, ubi

nos

nos cum noſtris Cardinalibus & ipſe cum ſuis prætenſis cõveniremus perſonaliter,& præparatoria & omnia neceſſaria pro integratione unitatis Chriſtianorum tractarentur & finirentur,& optata haberetur unio, nec unquam cum codẽ Petro proficere potuerimus,ipſo nos trahere ad quædam caſtruncula maritima,periculoſa,inhabilia & omnino fugienda cupiente:nos verò inter alia loca nominaverimus locum Piſarum,tanquam magis idoneum pró conventione utriuſque perſonali:quo loco pro ipſum declinato, condeſcenſivè tractabamus,quòd ipſe ſaltem Liburnum veniret, & nos Piſas,primò habitis à dilectis filiis Florentinenſibus quæ pro nobis videbantur neceſſaria pro libera executione negocii unionis:de quibus duobus locis pendente tractatu inter nos & oratores præfati Petri, graviſſima & noviſſima contigerunt,ex quibus adeo ipſe tractatus obſcuratus & obtenebratus eſt,& ſic immutata conditio,ut apertis oculis videamus circundari nos undiq; laqueis & inſidiis. Nam ipſe Petrus de Luna cum ſubſidio gubernatoris Januæ graviter innovavit in ſubverſionem ſtatus noſtri, interim præcedente occulto tractatu de ſibi ſubjiciendo urbem Romam : pro qua obtinenda dictus gubernator Januæ cum galeis,nepotibus, & majoribus præfati Petri de Luna & aliis propriis galeis,quas ſub fucato colore occultabat,cùm eſſent ordinatæ ad occupationem Urbis, XXV. die menſis Aprilis cum copioſa & forti armatura exivit,procedens verſus Romam:quem acceſſum ſecretè diſpoſuit,omnes verſus iſta loca, in quibus cum noſtra reſidemus curia,veniẽtes,obſeſſis itineribus,per quos dam dies capi & detineri faciens,& procurans alios quoſdã ad nos venientes:quibus diebus ſub ſpecie conventionis nos tenebat intentos. Nam & ſequenti die de mane, ſcilicet XXVI. die menſis, oratores præfati Petri nobiſcum tractantes, in publico obtulerunt præfatum Petrum ad Liburnum venturum intra breve ſpatium, ſi nos Piſas accederemus: quod ex cauſa prædicta per ipſum fieri veriſimiliter non poterat,nec per nos impleri poſſe cernebat,quoniam tractatus per nos capitulandi cum Florentinenſibus ſuper dictis neceſſariis pro nobis non poſſe finiri rationabiliter tam breviter videbantur. Et cùm hujuſmodi exercitus vento contrario retrò tranſmiſſus,& per dies aliquot detentus,attentè tamen eſſet compoſitus ad proſequendum iter verſus Romam infra

ſra præfatos dies, ſcilicet XXVIII. dicti oratores iterum idem in ſcriptis dederunt nos ludificantes: quæ res nos & multos meritò conturbavit, & ab inceptis retraxit, concurrentibus periculis & mutatis conditionibus, veriſimiliter Florentinenſium & civitatis Piſarum, ex traditione Urbis per dilectos filios Romanos, chariſſimo in Chriſto filio Ladislao, regi Siciliæ illuſtri, facta, ſuſpicionibus quam pluribus involuta materia, ac detectis fraudibus ac machinationibus & conſpirationibus quorundam noſtrorum, ut ipſi effectus ſubſecuti apertè indicant. Nam cum meritò tam gravibus interim exortis malis deberemus mature proſpicere, quid eſſemus facturi, & tam periculoſis immutationib. ſupercreſcentibus & indies magis ſuperlucentibus, niſi uti ſaniori conſilio & provido auxilio, ne res male intenta ſub ſpecie unionis in præcipitiũ daretur? Res in apertum deducitur, cùm quidam de noſtris Cardinalib. contra mandata noſtra à nobis diſceſſerant, & Piſas accedentes & ibi permanentes ac conſpirantes in unum adverſus nos, & ſibi uſurpantes poteſtatẽ contra ordinẽ datum ab Altiſſimo, voluerant nos trahere ſub ſuam uſurpatam poteſtatẽ, & nobis legẽ imponere corruptis affectibus ſub pallio unionis: de quo loco Piſarum decenti ex parte adverſa tractatum ſub fictis coloribus deductum nunquã concluſimus, & concludere, ut apparet, ſperare tunc non habebamus. Nunc verò innovatis præmiſſis colluſiones incipiunt in lucem prodire, quibus attentis cogimur ad Dominũ exclamare, ut liberet nos, & Eccleſiã è laqueis, quos periculosè paruerunt pedibus noſtris. Nos enim, cùm pure & efficaciter tenderemus per viã renunciationis ad unionem, tamen in has involutas cõditiones, inſidias & moleſtias eorum innocenter incidimus, qui abuſi ſunt manſuetudine, humilitate, gratia & clementia noſtris, qui fere continuè intendentes nos reprimere, foverunt, & exaltaverunt partem adverſam ſuis non rectis tractatibus & tendentibus ad præcipitium noſtræ obedientiæ, nos calumniantes per ſe & ſuos miniſtros, per orbem falſa contra nos diſſeminantes, & nunc ad ipſum fortiùs procurantes, colorantes eorum intentionem ex caſibus, qui nos interceperunt. Sed ſolet Deus eripere & defenſare innocentem, veritatẽ illuſtrare, & pravas ac varias cogitationes hominũ & conſilia non recta diſſipare, in quo confidimus juxta gratiam nobis conceſſam. Quæ ideo Univerſitati veſtræ inti-

mare decrevimus, ut adverſus calumniam, rerum ſeriem ad veritatem puriſſimam ſciatis tenentes indubiè, quòd quantum ex Alto nobis conceſſum eſt divinæ omnipotentisque majeſtatis gratia, cujus res agitur, & in quem noſtros jactavimus cogitatus, inveterato nimirum & lugubri ſchiſmate ſublato de medio, viis ſalutaribus, rationabilibus, congruentibus atq; juſtis, Chriſtianitati pacem, & Eccleſiæ dabimus deſideratam unionem, ad quæ ſuprema noſtra deſideria accedunt. Et cùm his anfractibus circumcinctos nos dinoſceremus exiſtere, ad hoc, ut ſalubriùs præmiſſa poſſimus Deo authore implere, quatuor in venerabiles fratres noſtro in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis ad perferenda dictæ Eccleſiæ onera noſtris humeris incumbentia, & promovendũ hujuſmodi negocium unionis præfatæ Eccleſiæ, aſſumpſimus Cardinales. Datæ Lucæ, duodecimo Calendis Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

EPISTOLA PER MAGISTRUM Theodoricum emiſſa, cum aliquali ſtatus Curiæ Romanæ narratione & deſcriptione,

CAPUT XXIV.

VEnerabilis amice chariſſime, poſt ſalutem, &c. Hîc ſto inter Scyllã & Charybdim, & quid agã, prorſus ignoro. Juxtà eſt enim dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Multi pingues Curiales, qui nobiſcum dulces hactenus capiebant cibos, in domo Domini nutant, & paſſim declinãt à nobis, euntes in mundum univerſum ad prædicandũ populo ſeditiones novas inter nos diebus iſtis exortas, Diabolo ſeminante. Timeo Dei judicio juxta illud, Miſit in illos iram indignationis ſuæ, indignationem, tribulationem, & iram, immiſſiones per angelos malos. Hi pingues, ne domino Papæ, vel dominis Cardinalibus, qui nuper hoſpite inſalutato receſſerunt à nobis, & morantur in civitate Piſarũ adhærẽdo timẽt ſe propterea perdere beneficia Eccleſiaſtica eorundẽ, & hactenus multi alii incraſſati, dilatati & impinguati adhuc apud nos exiſtentes palparunt, palpantq; ſub quocunque fuco, ſeu colore, qualiter etiam à nobis recedere poſſint, & lares proprios reviſere. Sed ad recedendum difficul-

difficulter poſſunt licentiam obtinere: unde plerique illorũ remanent nobiſcum & non nobiſcum, timore perditionis dictorum beneficiorum, non amore. Ego verò nunc inter hos timidos liber & audax, quia non habeo aliquem titulum Eccleſiaſticum, repeto illud cum lætitia mentis,

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Hic fama laborat, quód ipſe dominus Papa ab hinc inſtãter diſcedere, necnon ad Marchiam Anchonitanam cum ſua Curia accedere velit. Heri de ſero dicebatur hîc, quòd Antipapa mortuus eſſet, de hoc autem certi non ſumus: &ab alio latere dicitur, quòd Antipapa ipſe in brevi ſit venturus ad Liburnum, quod eſt portus Piſarum, & ibidem ſuo prætenſo Papatui velit cedere, quòdq; ſic fiet, tempora diſponi videantur. De quo ego dubito, cùm ipſe Antipapa ſit fallax, & mendax, & in ſtatera, ut noviſtis, valde mobilis & inconſtãs. Sed dominus Ladislaus rex Neapolitanus, qui noviter pro ſe dominium Urbis & vicinorum caſtellorum recepit, & tenet etiam, ut hic fama laborat, ulteriùs intendit progredi verſus partes Tuſciæ, & Lombardiæ. Sed de hoc diverſi diverſa loquuntur: quidam, quòd velit coronari in regem Romanum, & acquirere ſibi jura imperii ſaltem in Italia: quæ deſidia noſtrorum regulorum & principum pene totaliter in ipſa Italia ab eodem imperio ad præſens alienata videntur. Alii dicunt, quòd intendat partes Pedemontium & Provinciam provinciarum, tanquam jura ſua hereditaria, & quas olim aliqui reges Siciliæ ab imperio tenuerunt in feudum, à quibus ipſe rex deſcendit, ab occupationibus illorum vi armorum recuperare, & ad hoc ſe diſponere per mare terramque cum exercitu magno. Fama ſpargitur etiam hîc per aliquos, quod dicti domini Cardinales & ab alia parte, qui ſe Cardinales nominant, in aliquo loco propinquo, vicino & ſecuro, qui tamen adhuc ignoratur à nobis, velint inſimul convenire, & ibidem novum univerſalem ſummum Pontificem eligere, aut alios actus facere ſatis mirabiles atq; magnos. Sed quid de iſtis fiat, futurus declarabit eventus. Credo tamen, quòd aliqua innovabuntur, & citò, in partibus iſtis: & utinam Chriſtianitati ſalubria, Domino annuente: Qui vos feliciter & longævè conſervare dignetur. Scriptæ Lucæ, die 8. menſis Junii. V. Theodoricus, &c.

Ep-

LITERA ANTIPAPÆ SUPER *ejus receſſu à partibus Italiæ, domino Gregorio noviſſimè directa,*

CAPUT XXV.

BEnedictus, &c. Angelo Corario, qui in hoc pernitioſo ſchiſmate ſe facit nuncupari Gregorium, pacis & unionis affectum pariter & effectum. Si te fateri veritatē non pigeat, præſertim cùm ſit notorium, celare non poteris ea quæ tuis literis nobis intimando etiam divulgaſti per orbem, ut ex utriusq; ceſſione pax daretur eccleſiæ, ac quod ſcriptis tuis per nos ad hoc ceſſionis viam offerendo dato reſponſo, & de cōventione in civitate Saonenſi pro executione oblatorū hinc inde ſecuta concordia convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibuſdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias à te datas, poſt adventum ad hunc locū, ad quem nos traxerunt Chriſtiana charitas, & fervor compaſſionis animarum, bona fide ſimpliciter incedentes, non absq; noſtri & noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura, nos per plurium menſium intervalla cum Chriaſtianorū ſcandalo detinuiſti cautelosè per verba: &, quod referimus diſplicenter, denegātis multis, etiam nonnullis per te oblatis, quę ad executionem concordatorum & ad unionem perficiendam erant quamplurimùm utilia & oportuna: de ulteriori tecum tractaturi ſuper hujuſmodi unione proſequenda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, prorogationem eiſdem ſalvi conductus & audientiam denegando, à tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem libenter ſilentio tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitatē fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequens noſtra inſtantia repulſam propter quædam in nonnullis partibus, quibuſdam inſtigantibus, innovata, absque manifeſto noſtro & noſtrorum periculo in his partibus moram trahere non valentes, cùm apud te, ut clarè cernitur, proficere non poſſumus, nolentes Deum tentare imminente periculo ad aliquem locum, ubi cum noſtro collegio valeamus nos hoc turbationis tēpore repoñere in ſecuro, de fratrum noſtrorū conſi-

conſilio,eorumque inſtantia pulſati, decrevimus declinare. Sed ne videmur,ſicut nec intendimus,quantacunque adverſitate intercedente, hujuſmodi proſecutionem unitatis dimittere ſic neglectam, de dictorum fratrum conſilio deliberavimus nuncios noſtros plena poteſtate ſuffultos (qui, ſi velles ad cor reverti, poſſent ad effectum unionis & oblatorum procedere efficaciter in agendis) hic dimittere: impedientibus tamen ambaſiatoribus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli regis Francorū illuſtriſſimi in his partibus moră trahentibus,ſalvus conduct⁹ dictis nunciis neceſſarius nō potuit obtineri. Quid autem ulterius ſuper hac re ſimus, Deo auxiliante, facturi, intendimus univerſis Chriſti fidelibus breviter intimare. Tu verò,ô homo,ſi ſcintilla compaſſionis animarum in te viget,ea quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, ac ad ea,quæ obligaris ex debito,pro Dei miſericordia te diſponas,reſeratis carnalibus deſideriis,quę contra animas militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus tuos & contumaciam,ſi bene egeris,in memoria non tenentes: Deum enim invocamus in judicem, & negociorum notorietatem in teſtem, quod per nos non ſtetit, ſtat, aut ſtabit, quin vera unio in Dei eccleſia celeriter habeatur. Datæ apud Portum Veneris, Januenſis diœceſeos, Idibus Junii, Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

LITERA EJUSDEM ANTIPAPÆ conſimilis tenoris domino Lucanenſi deſtinata,

CAPUT XXVI.

BEnedictus, &c. dilecto filio nobili viro, Paulo domino Lucanenſi ſalutem,&c. Propter nonnulla in quibuſdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpantibus nos incitant,conſiderato præſertim,quòd cum Angelo dicto Corario,qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, post varios & ſæpe tentatos labores non ſine perſonarum jactura aliquod effectivum ad bonum finem Eccleſiæ unitatis obtinere nequivimus, de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio & frequenti eorum inſtantia pulſati deliberavi-

beravimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes iſtas,& nos cum noſtro collegio reponere in ſecuro. Ut igitur ſcias eccleſiæ negocia,qualiter pro præſenti, elicere poteris ex tenore literæ, quam ſcribimus dicto Angelo Corario, ſub hac forma : Benedictus, &c. in forma, ut ſuprá.

EPISTOLA PER MAGISTRUM Theodoricum emiſſa, tangens receſſum Papæ, & quædam alia de proceſſu domini Ladislai regis Siciliæ prædicti,
CAPUT XXVII.

VEnerabilis amice chariſſime,poſt ſalutem, &c. Nondũ habui copiam promiſſam illius appellationis, &c. Iterũ repeto, promiſſam: quia omne promiſſum cadit in debitũ: nec differatur ex cauſa, quin illius copia mihi per latorem præſentium apportetur. Et ſi aliqua circa iſtam materiam plura, ut æſtimo, habeatis, ſimiliter illorum copiam mihi fieri per earundem faciatis latorem quæſo,dilatione ceſſante. Hìc aliqui volunt dicere, quòd dominus noſter Papa in futura ſeptimana proxima velit recedere, ac circa illud multi multa loquntur. Credo,quòd ibit ad civitatem Senenſem, & poſtea, ſi bono modo poterit, Romam,vel Viterbium, ſive Firmam : & quæ tunc facturus eſt, futurus declarabit eventus.Hìc fama eſt, quòd domin' Ladislaus,rex Siciliæ,nuper mittendo de Roma usq; Peruſium M. D. equites cepit poſſeſſorem civitatis Peruſii,& ejus fortalitia,item Ortanam Amalianam,Interanenſem, Tudertinum,Aſſiſium & Rheatinam civitatẽ:jam habet poſſeſſionem ſine lite,ſeu bello : & dicitur etiam, quòd proceſſurus ſit Rex ipſe ad capiendũ reliqua eccleſię prædictæ ac Romani imperii jura. In partib.iſtis tacet ipſe domin' Papa,&diſſimulãt hęc omnia domini Cardinales,ac ſi nõ eſſet ſpirit'in ore ipſorũ,&pertranſeũt etiam hęc aure ſurda,& alia ſimilia:oẽs etiã pingues presbyteri & capita religionũ,quorum intereſt talia prępedire,qui comedunt omne pingue de populo,& ſup gentes & regna ſe conſtitutos eſſe a Domino gloriãtur,qui pdicant populo,ſe habere utriusq; gladii poteſtatem,& utinam illo proinde uterentur,has videntes,ne dicam tamen, abuſiones tacent. Multi

noſtrum de plebe ſeu grege puſillo vehementiſſimè admiramur & credimus utiq;,quòd ſi alicui eccleſiæ præſidendo, cujus caſtrum ſeu oppidum aliquod noſtra negligentia ſeu culpa deveniret ad manus alienas,potiſſimè potentis, prout eſt rex præfatus,nos per hoc damnationem animæ ac famæ denigrationem permaximè incurrere, necnō meritò ab adminiſtratione bonorum eccleſiæ hujuſmodi proinde removeri deberemus. Nec credo,quòd olim reges & imperatores noſtri devotiſſimi temporalia & regalia dederint eccleſiæ Romanę ad hoc,quòd per tales à latere non dextro veniētes, diſſimulantib. eccleſiæ præſidib. occupari deberent ſine majeſtate ac reverentia cujuſcunq;, ut per hæc & ſimilia rerum jā dominia in ſummis apicibus ſub dubio poſita cedūt quomodolibet occupanti. Beatiſſ. Martinus Epiſcopus, qui virtute domini tres reſuſcitavit mortuos,& hoſtiū cuneos ſigno crucis munitus penetrare non trepidabat inermis, jam conſtitutus in ultimis orabat ad Dominum,dicens, Domine,ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius,non recuſo pro eis ſubire laborem. Aliqui autem noſtri temporis præſules,& prælati nec verbo,nec facto murum ſe opponunt hoſtibus, neq; auxiliantur eorum ſubditis,ne in vadant ipſos lupi rapaces:ſed lupus rapit & diſpergit oves eccleſiæ,præcipuè à cujus faucibus ovis rapta abſque periculo vix poterit liberari: nempe lupi natura non facilè immutatur. Valete feliciter. Scripta Lucæ, IX. Junii. V. T.

Martinus Epiſcopus tres reſuſcitavit mortuos, Domini virtute.

EPISTOLA METRICA SUPER FActo unionis D. Gregorio Papæ, Cardinalib. ac toti mundo aſſcripta,

CAPUT XXVIII.

Quis mihi Caſtalio poterit ſua munera fonte,
Quis mihi Pierides, vaſtoq; Helicone ſorores
Conformes donare? Deus, tua munera non ſunt
Exoranda, t uan, nec te iam viſa ciebo.
Vrgeor ipſe Deo, venit hîc cantandus in alto
Papa loco, Stygiam nec tangent nomina Lethen.
Poſteritas te longè leget, tu culmine credis
Stare diu fragiles, qui nutris rore nepotes,
Qui quoq; non annum videbis in orbe ſecundum.

Iſ,

Eſt, precor, ulla fides. pater? ô pater alme, quis unquam
Crederet, ut fictis rupiſſes vota loquelis?
Buxanti facie geſtans ſua colla retorta,
Non ſolùm patres, mundum, genus omne fefellit.
Nonne Deus cernis, quòd tecum ludit ineptè,
Barbara nunc faciens logicus, nunc Ceſare fingens?
Promiſi, vovi manibus tunc ſacra petens,
Non teneor, ſed vana manet concluſio Christi.
Semper erit bivio populum qui deſecet error.
Sed tua res agitur: te credens fallere, cultro
Se ferit ipſe ſuo: ſunt hæc promiſſa, fidesq́;.
Ah miſer, incaſſum quæſiſti extollere charos,
Quos fruſtra relevabis humo: felicius uſi
Fortuna tenus, veniunt à ſorte ſagitta.
Sed ſi plena tuis impleſſes carbaſa votis,
Nec favor tantus riguiſſet ad ultima nec te
Pompa levem feciſſet: adhuc tua ſacra manerent,
Unicus & toto reſidens in culmine Paſtor,
Altaq́; mirifici meruiſſent aſtra nepotes.
Nonne prius voluit Malateſta perire decoram
Maſſiliam, & Reges animare, & ad alta vocare
Concilia, ut pacem mundo donares egenti?
Quid, precor, Antonium iam latum pane ſiligno
Triſtibus hypocritis udas exquirere cellas?
Ac herbis implere famem, tua maxima cura?
At tantum mandavit opus, claramq́; Saonam
Nuncius ipſe tuus, tuus hic hic nuncius ipſe
Elegit & firmam ſanxit ſuper omnia ſedem.
Quanta per immenſum volitarunt gaudia mundum
Sperantem iam pace dari tua curia ſolùm.
Muſta fuit, quaſtus triſti ſub corde premebat.
Cur bulla fluxere tua cur geſta probaſti?
Cur dixti, claſſis ſi deſit ſupera, magno
Tepida non metuam committere membra phaſelo?
Ecce miſer iam fracta fides, tua verba memento,
Es puer, & vanos fingis poſt geſta timores,
Ut frangas promiſſa Deo. Si vita movetur,
Et baculo tenebris ducatur longa ſenectus
Si magnus ſedeat in clauſo carcere pedor:
Aſt animam faſtu debes liberare nepotum.

Nónne vides, quantis inculces cladibus orbem
Et laceram Italiam lacerandam manibus addas?
Prælia terrificos video componere reges,
Et claſſes miſcere fretum, videoq́; Picenum
Flammineam pariter miſero concurrere fluctu,
Et ſuperis Tuſcum mare claßibus addere claſſes,
Thraſymenumq́; lacum dubio pendere Tudertum,
Hinc urbem Paſtore novo gaudere Viterbum,
Fervere Latias præfectum ad mittier oras,
Et tandem Venetus poterit tua tecta tueri,
Auxilium ſi ferro palàm contendet, ut illi
Qui iuſtam cauſam fovit Surzzanno bonorum
Tandem & multis fies ſors ſæva malignis.
Ille alius promiſſa gerit, loca debita complet.
Quid ſatis expectas, ut terminus exeat alter?
Terminus expletus nec liberat, atq; corona
Te dignum reddit: ſed ad ulteriora remittit.
Sed vos Cardo ſacer, quorum fuſcavit ocellos
Hypocriſis Veneta, & vultus cum ſanguine pallens,
Quid facitis? dormitis adhuc? an fingitis & vos
Secum triſte nefas, ſeducitis omnia quando
In rectum firmare poteſt concordia concors?
Sed vereor Stygiis undis excita Megæra,
Ne capiat mentes: vos inter conſtet Erynnis.
In vobis iam culpa manet, culpa omnis inhæret
In vobis. Falſas ſecli ne fingite cauſas.
Hic timet admiſſum facile depellere honorem,
Ille veretur opes cumulare ut poßit in ævo,
Ille pavet rubeus ne deſit fronte galerus.
Sic omnes finxere metus, ſic pellitur ultrà
Unio. Quid faciet, cùm ſe concernet in axe?
Prælatos de nocte facit. ſolennibus ipſe
Promovet, & nusquam Papalia debita ſervat,
Iam Nero, iamq́; Magus, non ulli gratia gratis
Affluxit veſtrum. Nihilum vos deputat omnes,
Iamq́; volet regnare ſuos. ſic veſtra manebit
Conditio, maiora manent, nec, credere fas eſt,
Ulli iamq́; duces populi ſimul atq; tyranni
Iuſtitiam fecere primùm. ſed inutile vobis:
Gentibus invißi ſatis & calcabitur orde.

Ha

Hac faciet promiſſa fides, concordia concors,
Atq; iurata diu ſacrè munera triſte prophano.

Chriſti fidelis ſervus F. de Verona.

Accipe, chare pater, tibi qua charus arat amicus
Carmina, nec cardo neſciat iſta ſacer.
Maior & ipſe legat legat & ſacer ordo nepotum,
Et Gabriel Victor: catera turba legat.

Reverendo patri domino P. Damiani de Venetiis, Senis in Romana curia.

EPISTOLA SATHANÆ JOANNI Dominici, fratri ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ profeſſori, nunc titulo S. Sixti presbytero, Cardinali, directa,

CAPUT XXIX.

SAthanas regnorum Acherontis Imperator, tenebrarum Rex, profundi Tartari domin⁹ & dux, ſuperbiæ princeps, & omnium damnatorum trucidator, fideliſſimo dilecto noſtro Joanni Dominici ordinis Prædicatorum, perditionis alumno, noſtrorum operum cultori, electo Raguſinenſi, ſalutem & ſuperbiam ſempiternam. Veriſſimis relatibus noſtrorum dæmonum audivimus, quòd tu tuis malis operibus, tuis nefandiſſimis mendaciis, ac iniquiſſimis prædicationibus conaris diſſenſionem noſtrumq; abominabile ſchiſma in Eccleſia adverſarii noſtri JESU Chriſti ſagaciter manutenere, leges noſtras & juris noſtri præcepta omnimodè ampliando: de quo non modicùm ſumus tibi efficaciter obligati, & non minùs de tuo iſto promptiſſimo opere, quàm in præteritum de aliis tuis facinoribus & nefandiſſimis exercitiis, in quibus ſemper ab infantia tua usque ad præſentem diem pervigilaſti: & maximè, quando cum ipſo fratre Baſilio tunc filio noſtro & aliis ſequacibus noſtris hypocriticam ducebas vitã, necnõ cũ illa noſtra dilecta filia domina Luxuria

ria conabaris adverſario noſtro Jesu Chriſto facere & procreare tot fideliſſimos ſervitores, ne ingluvies noſtri chaos detrimenta pateretur. Et licet ipſe Chriſtus dixerit in Evangeliis ſuis multoties, Væ vobis hypocritæ triſtes, &c. ac quam plura alia cõtra vos, qui noſtram chariſſimam filiam, dominam Symoniam colitis, noli tamen ab ipſa tuum iter in aliquo deviare. Nam nobis & legibus noſtris & totius noſtri imperii immenſi parebis, &, ut bene induretur cor Pharaonis, ut ſolitus es, bonum prædica, & malum ſubjicito velamen, & continuò exerce, procura maximè tuas interponendo ſagacitates, ne eccleſia noſtri adverſarii in aliquo uniatur, ac univerſus Chriſticola patiatur detrimentum noſtri chariſſimi ſchiſmatis. Et ſi aliquis dicere auſus eſſet, quòd dilectiſſimus uoſter Gregorius XII. perjurus publicus pro unione modernæ eccleſiæ renunciare teneretur & obligatus eſſet non vero Papatui ſuo propter vota & juramenta publicè facta, totis conatibus obſta, ſicut ſemper feciſti contra Catholicam unionem iniquiſſimè & mendaciter argumentando, videlicet quòd noſter Gregorius, licet voverit & juraverit, cedere non tenetur. Iſtud idem diebus ſolennibus populo prædica faciendo te mendacem eccleſiæ eidem: hoc audacter & ſine timore ſtude ſollicitè facere : nam te cum immenſa immanium turba ſemper erimus docentes, donec faciemus, quòd ipſe dominus Gregorius unum de ſuis Carpidinaribus unà cum illo Antonio fratriculo Gabadeo Camerario & nepote ſuo faciet. O' quàm bene ſtabit Eccleſia adverſarii noſtri, quando vos ambo tunc Carpidinares gubernabitis illam, cum hypocriſi, ſymonia, ſuperbia, avaritia, luxuria & aliis filiabus noſtris omnibus. Et cave, fili noſter, ab illis antiquis bonis Cardinalibus, qui totaliter conantur & ſtudent, quòd noſtrum ſchiſma tollatur, illis audacter obſta, & noli timere, quia avidi tuæ ſuperbiæ & iniquitatis ſemper ſumus: habeas inſuper præfixum cordi tuo, omnibus tuis & noſtris ſolitis proditionibus operari, quòd chariſſimus ille noſter Gregorius capiat, truciq́ue nece occidat illos antiquos & bonos Cardinales, qui jamdiu fuere conati aſſiduè unionem eccleſiæ præfati noſtri adverſarii inducere. Cùm tu ſic feceris, dabimus tibi omnem ſtatum totius præfatæ eccleſiæ, faciemus te vocari Papam, & non ſolũ Papam, ſed ſanctum & ſanctiſſimum: tunc eris famelicus

magis,quam antè, quoniam eras fraterculus prædicator, & quoniam tu tam deaurata hypocriſi à fatuis viduis, & ab inſenſatis mulieribus infinitam noſtris operibus extorſiſti pecuniam. Recorderis etiam, charissime noſter, quàm delitiosè vivis in magnis conviviis: cum multis delectationibus,cõmeſſationibus,& ferculis(nã furnus calefit per os)adeo ſollicitè ſtude crapulentè vivere,omni tempore politicam fraterculis tuis prædicando obſervãtiam odioſi noſtri Dominici,ut iteratò per te nobis novaBabylonia fabricetur.O' profunditudinem noſtriDitis,civis dilecte:ô chariſſime Cerbere,q ſeptem capitũ draconem ꝓ ſaturatione noſtri hiatus ſuſcitaſti:pro te non minùs, quam pro alio noſtro intendimus totum mũdum ſub noſtra juriſdictione noviter revocare.Nam multitudinem captivorum tuis operibus,tuis erudimentis ex diverſis Chriſticolarum partibus ad noſtram profunditudinem deſtinaſti,ac quotidie deſtinas, ita & taliter,quòd tibi vices noſtras,ſicut aliàs Machometo&Arrio fecimus,univerſaliter committimus,te in metuendum vicariũ noſtrum conſtituentes,& gratiam noſtrarum dilectarũ filiarum,omniumq́;noſtrorum regnorum,necnon noſtram tibi veraciter concedentes, ut valeas illas noſtras chariſſimas filias non ſolum diligere,ſed amare:& eſto cautus. Quòdſi quis contra te dicere,ſeu attentare præſumpſerit(quod abſit) ꝑter & ultra noſtram indignationem,facias illum incontinenti à præfato dilecto noſtro Gregorio conſocio tuo turpiter excõmunicari, donec redeat ad veniam tabernaculi noſtri, & ad conſortium veſtrum non tollendi ſchiſmatis & non tollendę hypocriſis ſe convertat. Hortamur etiam te, ꝙ, ut diu feciſti, diu agas,& multò pejus,ſi poſſibile eſt.Nã pro remuneratione tuorum operum apud nos intimè acceptaberis:tibi .n. in inferiori parte noſtri æterni chaos locũ fœtidiſſimum & ardentiſſimũ ꝑparari fecimus,in medio ꝑfatorum Arrii & Machometi,ubi à damnatiſſimis Nicolao olim Archiepiſcopo Raguſinenſi ꝑdeceſſore tuo,necnon Dominico olim judice de Vitterbio, noſtri dilectiſſimi ſchiſmatis nutritoribus ac majoribus ſatrapis regnorum noſtrorum, magno cum deſiderio ac infinita lętitia expectaris.Vale illa diu felicitate,qua olim dilectiſſimus fili⁹ noſter Symon Magus valuit.Datæ in horribili civitate noſtraDitis,apud ſedem infimæ partis cẽtrì terrę,in horribiliſſimo palatio noſtro, multitudine infinita

Ff 5 dæmo-

dæmonum præſente,ſub characterc noſtri conſueti & æterni typarii & furiarum noſtrarum Olympiade Marcii ad perpetuam noſtri memoriam.

RESPONSALIS EPISTOLA DIcti Joannis Dominici, ad prædictam Diabolicam literam,

CAPUT XXX.

INſuperabilis veritas,omnipotentis filia,& æquitatis amica,infami atque falſario viro Notario de Pegalectis,criminum tuorũ notitiã publicã & emendã.Perculêre nuper noſtras cuncta perpenetrantes aures,ſceleſte vir , ac omnium mortalium mendaciſſime,blaſphemiç atque verba ſacrilega, quæ de tui Luciferi conſilio atque inſtinctu in cordis malitia in Crucifixi ſanctum vicarium divinitùs, ut aurum præelectum,&in ſanctæ eccleſiæ vivaciſſima membra,quæ tanto charitatis glutino Chriſto capiti ſunt aſtricta , & ejus gerentem vices Gregorium cæteroſque commembros, ut pro eis mori lucrum putent,quibus vivere ſemper eſt Chriſtus, contorſiſti.Non miror , ô mendaciſſime,te in tam horribilia prorupiſſe,quia verè Ditis profundiſſimi civis præſcitus à diebus æternis,& rata cautione decretus, ex malis meritis tuis à patre tuo Diabolo talia didiciſti,,cùm loqueris ex propriis ejus factis,qui ab initio mẽdax fuit.Tu autem diſcipulus ejus in mendacio morieris.Adoraſti enim beſtiam & imaginem ejus,&accepiſti charactèrem ejus in fronte tua,& in manu tua,ut bibas de vino irç,quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius,& crucieris igne & ſulphure in conſpectu angelorum & ſanctorum,in quos tam diram infamiam tua retorſit lingua maledica.Nam à dracone tuç adoptionis patre datum eſt tibi os loquens magna,&bleſphemias in Deũ, & in tabernaculum ejus,& in eos qui in cælo habitant, datumque eſt tibi bellum facere cum ſanctis,ſed non illos vincere.Tantum enim opera tua Acherontis principi placuere, & cohortib.Stygialis Averni,ut te eorum numero aſcripſerint,ſecundum à rege ſuperbiæ fecerint , ejusq; te vicarium nominârint,ut ipſius utaris poteſtate,verbis,literis&ſigillo, ut apparet in tenebroſa epiſtola,quam ſcripſiſti, ubi exorſus es,Sathanas regnorum Acherontis,&c.ubique excuſator effectus fratrum tuorum ex aſſumpto officio Diabolico. Fratrum

rum tuorum dico, non merito gratiæ, ſed conformitate, ne quos, dum de eis ignominioſa prædicas & opprobria, magis extollere & efficere videaris glorioſos, quibus ecõtrariò tuæ laudes forent dedecus & miſeria: quia tam ignominioſum ęſtimo ab improbo commendari, quàm glorioſum à ſapiente laudari: ideoq; foret laus tua, quos niteris infamare, ſtercus & venenum auribus execrabile, qualē teſtem te præſumptuoſè in medium obtuliſti, quem notoria fama tantorum facinorum maculat & damnat. Credis abſcõſum fieri ſacroſanctæ eccleſiæ fidelibus, cur te intruſum Petri clientulum feceris, & fiem noſtram negaveris, quam ex dono creatoris cum lacte bibiſti? Dixiſti enim in corde tuo cum inſipiente, Non eſt Deus, quia Deum negat, qui ejus vicarium negãdo blaſphemat. Et quidē hoc egiſti, ut patris tui Antichriſti prę curſor factus, ad quod iniquæ mammonæ cupiditas te coëgit, ut fidem negares & apoſtatam adorares & tranſires de luce ad tenebras, à filiis regni ad filios perditionis, in quib. præſciens ab initio te lux æterna conſpexit. Credis ignorari, ô nequã, ſceleratam vitam tuam, in qua adoleviſti à puero, & ad talem habitum advexiſti, ut inania crimina pro nihilo admittere ducas? Verificaſti enim in te, peſſime illud: Peccator, cùm in profundum peccatorum venire contemnit, nempe in omni loco, qui calcatur à pede tuo, exhalat peſſimus odor famæ tuæ, tuæq; incontinentiæ jam denſis nubibus aëra offuſcarunt, & clamor tui Gomorrhæi cordis divinæ juſtitiæ aures propulſat, ut viſo, quòd tam obſtinanter clamorē opere compleveris, in domo ignis & ſulphuris ſit pars calicis tui. An ignorabas, quòd veritatem meditabitur gutturmeũ, & labia mea deteſtabuntur impium? An tibi è mente avulſum eſt: os, quod mentitur, occidit animam, & quia perdit Deus os loquentis mendacium? Certè te parvulũ ocidit invidia, & virum ſtultum iracundia interfecit. Quereris, homuncio miſerabilis, divinam clementiam, qui virũ & viros ad ſuę eccleſiæ moderamina dirigenda levavit, nõ alta ſapiẽtes, ſed humilibus conſentiẽtes, quos moderno tẽpore prælegit, ut cõfundat ſublimia calũniaſq́, eos ore impudico dicendo hypocritas Gabadeos, quia nomen ſanctitatis abhorres, & non velles, Sathanice vir, niſi turgidos & inflatos falſi honoris anhelos, carniſq́; cultores, tui ꝑ omnia ſimiles, in eccleſia principari, vocaſq́; Symoniacos magis Symonis inimicos, quales nõ recepit Eccleſia à Symone Petro citrà: ſed, ut talia diceres,

non opinio, neque vulgi ſama te commovit,ſed odium excæcatæ mētis,in ſanctum paſtorem& ſuos,quod te &iniquos, ad quorum inſtantiam ſcripſiſti,in videndocorrodit,qui inter ſe dixerunt,Sit fortitudo noſtra lex injuſtitiæ, circumveniamus juſtum,quoniam inutilis eſt nobis,& contrarius eſt operibus noſtris,& improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ,quibus,ut olim,vacare licet:hæc dira furia movit eos ſanctum& juſtum vocare perjurum paſtorem ,proprium undiq; diffamare, contumaciter cum eo vivere,ſine obedientia manere, immergi inimicis,& publicos in ejus exitum adjuvare conventus, poſtremò Iſcariotino corde agno miti oſculum exhibere. Non enim optant æternæ charitatis vinculum, ſed unitatis principatum,ut quidam ex eis non minimus, paucis elapſis diebus,improvidè dixit:non cogitāt pericula imminentia,pauci mundi ſanctimonia Chriſtianæ religionis jacturam æſtimant:ideoq; præcipites in exitium labuntur,quia falsò putant defuncto capite membra non vita privari. Redibunt hoſtes poſt eorum ruinam, quibus modò mellitis adulantur verbis,& in promiſſis magnificis minimè ſunt avari. Nec putes, vir maledicte,Petri naviculam fluctibus conquaſſari, cuius gubernator eſt Chriſtus,quòd ſcopulis iniquæ perſecutionis frangitur, nec timeat ſanctus Vicarius ejus malignorum bella, cui viſibiliter Deus in ſui ſimplicitate cordis adjutor extat & protector, quem dedit Deus contra faciem inimicorum ſuorum in civitatem,in columnam ferream,& murum æneum,qui velùt alter Moſes, doctor delegatus populi,non ferro,ſed manibus ad Deum in oratione erectis hoſtem dimicando proſternit. Age ergo pœnitentiam,ô miſer, induere ſacco,& ſtratus tuus ſit in cinere & favilla,fiatq; tibi tuus luctus & dolor,dum ſuperſtes exiſtis, & beſtiam fuge, quam adoraſti,ut infinitæ miſericordiæ erga te ſentias Deū, & ſancti paſtoris fias ovis de lupo converſus. Datæ Quarti.IIII.in altiſſima noſtræ regionis ſphæra,in lucis inacceſſibilis habitaculo,&c.

ALIQVALIS DESCRIPTIO Modernarum politiarum, Spiritualis videlicet ac Temporalis, Germaniæ dominæ gentium, intermixtis aliquibus memoria dignis,

CAPUT XXXI.

Reverendiſſime pater, domine mi chariſſime, jamdiu quievi, non præſumens ſcribere quicquam reverendiſſimę dominationi veſtræ de facto unionis in eccleſia generali, de qua celebris fama fuit hactenus in orbe terrarum: ſed per decem menſes proximè pręteritos & ultrà apud nos fuere, circumſcripto ſchiſmate, valde ſpeciales nuncii regis Francorum, qui non ſub modio, ſed in omni ſinceritate & veritate ad inſtar fidelium & prudentium miſſorum, quòd dictū negocium unionis citò executioni demandaretur, ultra omnes alios laborarunt. Fuerunt interim etiam, & ſunt adhuc apud nos nuncii Antipapæ, etiam viri magnæ authoritatis, qui valdè laudbiliter & diſcretè exhortati ſuerunt & exhortantur rationibus multis dominum noſtrum Papam ad idē perficiendum, ſummotis obſtaculis quibuſcunq;. Supervenerunt etiam nuncii regis Poloniæ, quorum major eſt Epiſcopus Cracovienſis, Doctor juris Canonici, & vir fama & moribus notabilis, qui etiam boni nūcii famam laudabiliter repræſentat ſollicitando & exhortando publicè & privatim hujuſmodi factum. Et pro eadem cauſa diu fuit & eſt hic quidam Epiſcopus pro regno Portugaliæ miſſus, ſed de illo aliquod notabile nō audivi. Præterea regis Angliæ ambaſiatores, etiam viri non modicæ authoritatis, idem factum apud nos ſollicitant & in una voluntate, ſcilicet quod dicta unio fiat temporibus iſtis, cum aliis præfatis manifeſtè concurrunt. Sed & quidam nuncius regis Ungariæ, vir ſatis honorabilis, ad nos, & etiam ad ipſum Antipapam ſuper hoc deſtinatus, idem hoc anno petiit & concluſit. De regno autem Boëmiæ ſuper hoc nūcios ſpeciales huc deſtinatos huc uſque non vidi: verùm audivi, quòd ab aliquibus imputabatur domino Ladiſlao regi Siciliæ, quòd ipſe impediret ægreque ferret, quòd fieret unio ipſa: ſuper quo tamen ipſe de

menſe

rum ad præſepe Domini in copia deferentes, quamvis ad hujuſmodi publicum bonum procurandum, ſcilicet unionem in eccleſia, unum quadrantem forſitan non afferrent. Tunc ſimul currentibus Petro & Joanne, Joannes præcurreret, ut ad ſepulchrũ Domini citiùs veniret: ſed non propter Jesum tantùm, experientia nos docente, tunc ſupplicarent inſtãtiſſimè dominus Papa & Cardinales noſtri, rex ac principes & prælati, ut de Pilato tali vacante Metropoli provideret. Pro certo nullus eſt acrior ſtimulus, quàm virtutis: ille nunc per omnes difficultates generoſum animum impellit, nec conſiſtere patitur, nec retroſpicere, nec aliud quàm virtutis ſpeciem optare, nil velle, nil deniq; cogitare: hic ſtimulus multos Imperatores & reges Romanos, ac alios magnates, & etiam prælatos eccleſiaſticos ipſius Germaniæ retroactis tẽporibus traxit ad Galliam, Hiſpaniam, Portugaliam, Apuliam, Italiam, Calabriam, Græciam, Hieruſalem & Ægyptum, necnon pleraſq; alias provincias, ad certandum pro fide Catholica in eiſdem: ut plerique libri inutiliter pro modernis, ſolùm, ut videtur, inertię & voluptatibus pro majori parte deditis, & propriis utilitatibus præcipuè intendentibus nec de Republica curantibus conſcripti, teſtantur: profectò hi deſides & pigri neſciunt, vel ſcire nolunt, quàm charum eſt tempus, & memorabilia peragere, nec cum ſonitu vitam omnino finire. Nunquid ridiculum eſt, quòd Leodienſes, qui etiam ſunt juris & proprietatis Imperii, & per antiſtitem utique vaſallum ejuſdem Imperii gubernantur. & non remotè à flumine Rheni conſtituti, ſacram fidem noſtram contaminando, nunc ſchiſmatici, & deinde ad nos converſi, poſtea neutrales facti, & rurſus ad nos redeuntes, necnon benignè recepti, ſed non correcti per eccleſiam, vel Imperium, imò contra juris ordinem à tanto ſcelere non emendati, iterum & iterum, ut impudici canes, ad vomitum revertuntur, ſcilicet ad hujuſmodi ſchiſmatis baratrum, utiq; infelices & omnibus hæreticis viliores turpiter deſcendendo. Taceo de multis aliis enormibus eorum mundo notis ſceleribus, videlicet quod in ſancta ſanctorum, & multorum, quorum animæ in cæleſtibus gaudent, beatorum venerandas reliquias, necnon Dei ſacerdotes, clericos & miniſtros manus impias & ſacrilegas extendendo committunt: rege noſtro, teque patre patrum ac ipſorum perfidorum Metropolitanenſium

Virtutis ſtimulus Germanos impulit ad certamina pro religione ſuſcipienda.

Leodienſes ſchiſmatici.

hoc

hoc,ut fertur,videntibus & diſſimulantibus, nec propterea, prout deceret,acriter increpantibus ipſos. Præterea in Weſtphalia & Saxonia ac quibuſdam aliis vicinis provinciis, utique infra terminos ſive fines ejuſdem Imperii, nec etiam procul ab ipſo flumine conſiſtentibus inter quoſdā Epiſcopos, comites & alios proceres vobis notos, ut etiam publica fama hîc laborat, frequenter ſævæ ſunt & jam diutinæ diſſenſiones & guerræ viguerunt,occaſione quarum comburantur ædes ſacræ,oppida, villæ : & crebræ cædes hominum, necnon alia mala & calamitates ſubſequuntur,ſimiliter ipſo noſtro rege ſciente,&,ut illa quandoque ceſſarent, & ſimilia non attentarentur, de cætero remedium efficax contra tales impacatos apponere non curante. Neſcio quid tales reges credunt,aut ſentiunt de ſeipſis : ſed puto, quòd myſterium, quare ad regnorum ſunt aſſumpti culmina,vel ignorent,aut eorum ſubditis per tales ſic invicem decertantes non compatiuntur afflictis. Hi autem belligeri talia præſumunt facere,quia non corripiuntur legitimè,nec dignis digna percipiunt juſtitia mediante. Ideo multiplicati ſunt, & quotidie creſcunt, nec fallit in eis authoritas Plinii Secundi dicentis, In uno injuſtè confirmatum incommodum, multorum firmat incolumitatem : & ſi initiò non fuerit refutatum, impune ad perniciem convaleſcit. Propterea per Prophetam regibus dicitur, Reges illos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos : & Sap. I. cap. Diligite juſtitiam qui judicatis terram, ſentite de Domino in bonitate, &c. Et Pſal. 105. Beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore : quia reges propterea præſident populis, Domino permittente. Facit & ad id Tullii dictum, qui præclarè ex Platone ait, Non ſolùm nobis nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria, partem amici vendicant. Item, Omnia ad uſum hominum creata ſunt:homines autem hominum cauſa creatos fore, ne ipſi inter ſe alii aliis deeſſent. Certus ſum, quòd nullus rex adeo eſt impotens in regno ſuo reſidēs, qui ſi diligeret juſtitiam, & publicum bonum ſubditorum in tantum, ſicut privatum ejus commodum, ac ratione uteretur, quin tandem ad bonū pacis maleficos, vellent nollent, cum Dei auxilio conſtantes & prudenter agendo reducere poſſet. Unde dicit Saluſtius, Non tantū votis auxilia deorū parātur, ſed vigilādo, agendo, & bene cōſulendo omnia

Diſſenſiones in Vueſtphalia & Saxonia

rum ad præſepe Domini in copia deferentes, quamvis ad hujuſmodi publicum bonum procurandum, ſcilicet unionem in eccleſia, unum quadrantem forſitan non afferrent. Tunc ſimul currentibus Petro & Joanne, Joannes præcurreret, ut ad ſepulchrũ Domini citiùs veniret: ſed non propter JESUM tantùm, experientia nos docente, tunc ſupplicarent inſtãtiſſimè dominus Papa & Cardinales noſtri, rex ac principes & prælati, ut de Pilato tali vacante Metropoli provideret. Pro certo nullus eſt acrior ſtimulus, quàm virtutis: ille nunc per omnes difficultates generoſum animum impellit, nec conſiſtere patitur, nec retroſpicere, nec aliud quàm virtutis ſpeciem optare, nil velle, nil deniq; cogitare: hic ſtimulus multos Imperatores & reges Romanos, ac alios magnates, & etiam prælatos eccleſiaſticos ipſius Germaniæ retroactis tẽporibus traxit ad Galliam, Hiſpaniam, Portugaliam, Apuliam, Italiam, Calabriam, Græciam, Hieruſalem & Ægyptum, necnon pleraſq; alias provincias, ad certandum pro fide Catholica in eiſdem: ut plerique libri inutiliter pro modernis, ſolùm, ut videtur, inertię & voluptatibus pro majori parte deditis, & propriis utilitatibus præcipuè intendentibus nec de Republica curantibus conſcripti, teſtantur: profectò hi deſides & pigri neſciunt, vel ſcire nolunt, quàm charum eſt tempus, & memorabilia peragere, nec cum ſonitu vitam omnino finire. Nunquid ridiculum eſt, quòd Leodienſes, qui etiam ſunt juris & proprietatis Imperii, & per antiſtitem utique vaſallum ejuſdem Imperii gubernantur, & non remotè à flumine Rheni conſtituti, ſacram fidem noſtram contaminando, nunc ſchiſmatici, & deinde ad nos converſi, poſtea neutrales facti, & rurſus ad nos redeuntes, necnon benignè recepti, ſed non correcti per eccleſiam, vel Imperium, imò contra juris ordinem à tanto ſcelere non emendati, iterum & iterum, ut impudici canes, ad vomitum revertuntur, ſcilicet ad hujuſmodi ſchiſmatis baratrum, utiq; infelices & omnibus hæreticis viliores turpiter deſcendendo. Taceo de multis aliis enormibus eorum mundo notis ſceleribus, videlicet quod in ſancta ſanctorum, & multorum, quorum animæ in cæleſtibus gaudent, beatorum venerandas reliquias, necnon Dei ſacerdotes, clericos & miniſtros manus impias & ſacrilegas extendendo committunt: rege noſtro, teque patre patrum ac ipſorum perfidorum Metropolitanenſium

Virtutis ſtimulus Germanos impulit ad certamina pro religione ſuſcipienda.

Leodienſes ſchiſmatici.

hoc

hoc,ut fertur,videntibus & diſſimulantibus, nec propterea, prout deceret,acriter increpantibus ipſos. Præterea in Weſtphalia & Saxonia ac quibuſdam aliis vicinis provinciis, utique infra terminos ſive fines ejuſdem Imperii, nec etiam ꝓcul ab ipſo flumine conſiſtentibus inter quoſdã Epiſcopos, comites & alios proceres vobis notos, ut etiam publica fama hîc laborat, frequenter ſævæ ſunt & jam diutinæ diſſenſiones & guerræ viguerunt,occaſione quarum comburantur ædes ſacræ,oppida, villæ : & crebræ cædes hominum, necnon alia mala & calamitates ſubſequuntur,ſimiliter ipſo noſtro rege ſciente,&,ut illa quandoque ceſſarent, & ſimilia non attentarentur, de cætero remedium efficax contra tales impacatos apponere non curante. Neſcio quid tales reges credunt,aut ſentiunt de ſeipſis : ſed puto, quòd myſterium, quare ad regnorum ſunt aſſumpti culmina,vel ignorent,aut eorum ſubditis per tales ſic invicem decertantes non compatiuntur afflictis. Hi autem belligeri talia præſumunt facere,quia non corripiuntur legitimè,nec dignis digna percipiunt juſtitia mediante. Ideo multiplicati ſunt, & quotidie creſcunt, nec fallit in eis authoritas Plinii Secundi dicentis, In uno injuſtè confirmatum incommodum, multorum firmat incolumitatem : & ſi initiò non fuerit refutatum,impune ad perniciem convaleſcit. Propterea per Prophetam regibus dicitur, Reges illos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos : & Sap. 1. cap. Diligite juſtitiam qui judicatis terram, ſentite de Domino in bonitate, &c. Et Pſal. 105. Beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore : quia reges propterea præſident populis,Domino permittente. Facit & ad id Tullii dictum, qui præclarè ex Platone ait,Non ſolùm nobis nati ſumus, ortusque noſtri partem patria, partem amici vendicant. Item, Omnia ad uſum hominum creata ſunt:homines autem hominum cauſa creatos fore, ne ipſi inter ſe alii aliis deeſſent. Certus ſum, quòd nullus rex adeo eſt impotens in regno ſuo reſidẽs,qui ſi deligeret juſtitiam, & publicum bonum ſubditorum in tantum, ſicut privatum ejus commodum,ac ratione uteretur,quin tandem ad bonũ pacis maleficos, vellent nollent,cum Dei auxilio conſtantes & prudenter agendo reducere poſſet. Unde dicit Saluſtius,Non tantũ votis auxilia deorũ parãtur,ſed vigilãdo,agendo,& bene cõſulendo omnia

Diſſenſiones in Weſtphalia & Saxonia

proſperè procedunt:ſed ubi ſecordiæ atq; ignaviæ te dederis, nequaquam deos implores: ſunt enim talibus infeſti. Et beatus Gregorius Conſtantiæ reginę Galliæ ſcripſit, exhortando ipſam ut juſtitiam coleret, in hæc verba, Summum in regibus bonum eſt, juſtitam colere, & ſua cuique jura ſervare, & in ſubditos non ſinere, quod poteſtatis eſt, fieri, ſed quod æquũ eſt, cuſtodire: quod & vos diligere & omni modo ſtudere confidimus. Quapropter Excellentiæ veſtræ P. fratrem & coëpiſcopum noſtrum tranſmittimus, ut fratrib⁹ ſcilicet Epiſcopis ejuſdem provinciæ, ſcilicet Galliæ, in unum congregatis, præſumptio & ſacrilegium Canonica authoritate ac veſtra regia dignitate talem terminũ acipiant, ne poſthac membra Diaboli, filii nequam, in ſancta Eccleſia, te etiam ibi regnante, talia præſumant: 12. q. 2. cùm devotiſſimam. Nec capit ingenium, cùm natura omnes homines liliberos ediderit, cur aliquis horum cæteris præponatur, niſi ad hoc, quòd ea, quæ juſtitiæ ſunt, pro viribus exequatur, niſi per viam naturæ, quòd maſculus principatur fœminæ, tanquam melius deteriori. Expetens enim & natura eſt, ut quidam principentur, & quidam ſubjiciantur: quia quicunque tantum diſtant ab aliis, ſicut anima à corpore, & homo à beſtia, propter eminentiam rationis in quibuſdam, & defectum in aliis, iſti ſunt naturaliter domini aliorum, ſecundum Philoſophum, 3. Politicorum: quod confirmans Salomon ait, Qui ſtultus eſt, ſerviat ſapienti. Ex quo infertur, quòd hodie multi præſunt aliis, & regunt illos, à quibus potiùs tanquam eminentiori ratione utentibus, rebus ordinatè procedentibus, regi deberent ipſi regentes. Multi etiam effœminati & vecordes regnantes proprios ſubditos donis & promiſſionibus alliciunt, ſeu corrumpunt eorum favorem ab ipſis quomodolibet comparando, cujus ſimile fecit tunc juvenis exiſtens Magnus Alexander, donando Macedonibus ſuis pecuniam, & alia dona, ut eorum favorem ſibi captaret. Quodcũ audiſſet pater ejus Philippus rex, dedignatus propterea, filio ſcript in hæc verba, Quis error in iſtam ſpẽ te induxit, quòd fideles putares, quos pecunia corrupiſſes? An tu id agis, quòd Macedones non te regem, ſed miniſtrum & præbitorem putarent? Quis enim deterior, qui accipit, atque ad id ſemper expectandum promptior? Non tamen hoc genus benignitatis omnino refutandum eſt: nam ſæpe idones ho-

Reges ac principes, qui & quales eſſe debeant,

miniuis

minibus indigentibus de re familiari impertiendum eſt,ſed prudenter ac moderatè: multi enim ipſorum patrimonia effuderunt inconſultè largiendo. Et profectò negligentia tanta circa gubernaculum ejuſdem Imperii jamdiu commiſſa eſt in Gallia,& Italia potiſſimè.quod videtur nomen & omen Imperiale exinde prorſus excluſum.Unde propè convenit id Petrarchæ,qui vixit tempore Caroli quarti,ſolo nomine Auguſti, de ipſo Imperio gemibundè loquentis in quadam ejus Epiſtola, quam intitulit ad Marcum Tullium, in hæc verba: Reliquum eſt, ut urbis Romæ & Romanæ reip. ſtatum audire velis:quæ patriæ facies? quæ civium concordia? ad quos rerum ſumma,id eſt,imperium pervenit? quibus manibus quantoque conſilio tractantur? An Ganges Iberus,Nilus & Tanais limites noſtri ſunt? An verò quiſquã modernorum regum, vel Imperatorum ſurrexerit, Imperii Oceani famam qui terminet aſtris?aut ſuper Garamantes & Indos provehatur Imperium? &,Crede mihi Cicero, ſi quo in ſtatu res noſtræ ſint, audires,exciderent tibi lachrymæ, licet vel cæli, vel herebi partem teneres,&c. Legimus etiam in hiſtoriis, multos pauperes rebus, ſed juſtitiarios ac mente ſtrenuos ac nobiles fuiſſe reipublicæ præfectos,qui ſibi reges, regna & populos ſubjugarunt:non tamen jacendo in privatis eorum domibus, & caſtra terrasque ſuis filiis in eorum peculiari patrimonio conſtruendo,& ab aliis per fas ac nefas acquirendo,ſed colendo juſtitiam, provincias luſtrando, ac hoſtes Imperii ubique terrarum viriliter debellando,ac eis reſiſtendo potenter. Sed quod quis non diligit,facilè contemnit. Prædictus vero Ladislaus rex Siciliæ fortiter inſtare videtur,quòd fiat eveſtigiò rex Romanus: Romani verò,ſed fortè nũc fictè aut ſimulatè reſpondent, Cęſarem habemus: ſuper nos nolum⁹ te regnare. Unde diſſenſiones inter ipſos, regem & Romanos, jam aliquandiu viguerunt & vigent. Rex autem ipſe comminatur ipſis Romanis, quòd velit eos cum valido exercitu obſidere, ipſosq; mari terraq; deſtruere toto poſſe: ſed illi econtrà ſe ad reſiſtendum ſibi grandibus armatorum agminibus præpararunt,& quid de hoc erit, ſubitò hujuſmodi belli declarabit eventus: qui varius eſſe conſuevit,quia jam hunc, nunc illum gladius conſumit, ut legitur ſecũdo Regũ undecimo. Et ſi ipſe rex Ladislaus evincat,

Caroli IIII. tempore imperium Romanũ valde attenuatum.

Ladislaus rex Siciliæ imperii Romani affectator,

tunc opinione multorum, Væ ſecundum in Eccleſia & Imperio hujuſmodi fiet, quia eidem Ladiſlao, qui ſunt de parte Gibellinorum & Columnenſium,& quidam alii proceres Romani potentes,necnon etiam quædam civitates Imperiales in iſtis partibus ſavent, ut dicitur, videntes ſe ejuſdem regis noſtri auxilio penitùs deſtitutos,nec ſpē habentes, quòd Alemanni (proh dolor) deſides & effœminati hoc tempore, honorem dicti Imperii in partibus iſtis procurare curabunt. Unde plerique ipſorum Italicorum de dicto rege noſtro dicunt, ut verbis utar ipſorum : Quid nobis de illo barbaro, qui nos non curat? nec nos ipſum curare debemus,videntes miſerrimam deſolationem nobiliſſimæ civitatis Piſarum, ſemper fideliſſimæ Imperii cameræ, & multarum aliarum inſignium civitatum etiam Imperialium in partibus iſtis. Et taceo de innumeris cædibus hominum, injuriis & damnis, quæ paſſi ſunt infra ſex annos proximè præteritos,& adhuc patiuntur quotidie etiam alii innumeri fideles ejuſdem Imperii in patria iſta. Dominus autem donet nobis ſuam pacem, ac eandem Paternitatem veſtram conſervare dignetur ſeliciter & longævé. Sæpe legi.

Germani hoc tempore deſides & effœminati ad imperii maieſtatē propugnandam.

Horatii locus ex Poetica.

Eſto brevis,ut citò dicta
Percipiant animi dociles,teneantq́, fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

Unde volui etiam hîc brevis eſſe, ſed nihilo minùs calamo impetuosè currente, epiſtolarum ſermo crevit in codicem, ſive librum. Scripta Lucæ, XXVII. die menſis Aprilis.

Tuus Theodoricus.

EXHORTATIO AD DOMINUM Rupertum regem Romanum, ut ſurgat à diuturno ſomno, quodq́; ut hoc extirpetur ſchiſma ab Eccleſia, & Jura Imperii reformentur, intendat,

CAPUT XXXII.

SEreniſſimo principi domino Ruperto regi Romanorum, animum virilem,& pro republica,ut propriis,ſemper diſpoſitum & paratum. Dominatur excelſus in regno hominum,& cuicunque voluerit,dabit illud. Ecce poſtquam de menſe Auguſti proximè præterito dominus Gregorius Papa duodecimus, diſpoſuit cum ejus curia ab Urbe recedere, prout poſtea fecit, dominum Cardinalem de Tranſtyberim juniorem ætate cæteris omnibus dominis Cardinalibus, in ſpiritualibus,& Paulum de Urſinis capitaneum gentium armigerarum tunc & diu antè Eccleſiæ generalem, in temporalibus, rectores ejuſdem Urbis, pro ſe interim,quòd abſens eſſet ab eadem Urbe, deputavit: qui poſtquam ipſe dominus Papa receſſiſſet abinde, infra paucos dies inceperunt circa mœnia dictæ Urbis, & extra vias inſolita foſſata facere, necnon urbicolas ad laborandum in illis diebus pluribus aggravarunt, unde multorum vineæ deſtructæ aut diminutæ fuerunt. Poſt hæc autem, ut populus vidit hanc diligentiam pro ejus ſecuritate fieri, annuit pro uberioribus expenſis ſtipendiariis faciendis, quòd gabellæ priùs ſatis oneroſæ in Urbe ipſa duplicari deberent, prout factum fuit mora ceſſante: ac ſucceſſivè pro tractu aliquarum ſeptimanarũ Rectores ad hoc ut multiplicaretur eorundem ſtipendiariorum numerus, impoſuerunt horribilem mulctam clero Urbis præfatæ, aſcendentem ad triginta millia florenorũ aureorum,quam pœnaliter etiam per captionem& detentionem in carceribus multarum perſonarum Eccleſiaſticarum, ſecularium & regularium,ac etiam diſtractionem multorum ſacrorum vaſorum & pretioſorum, rotalium, Eccleſiarum,& monaſteriorũ finaliter reportarunt: multos etiam privatos cives, & incolas habitatores dictæ Urbis exactionarunt, quemlibet juxta ejus ſtatũ, exinde varias & magnas pecuni-

arum ſummas quomodolibet reportando. Interim verò crevit fames in eadem Urbe, potiſſimè nuper in Quadrageſima, ita quòd difficulter panis aut granum venalia repetirentur in ipſa, quamvis maxima in eadem Urbe grani abundantia exiſteret: ſed habentes illud avaritia obcæcati ſemper, ut carius fieret, præſtolantes, veteri more ipſorum, neque dare neque vendere competenti pretio illud indigentibus voluērunt. unde maledictio venit meritò ſuper eos, juxta id Salomonis, Qui abſcondit frumēta in tempore famis, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium, Proverb. 11. Committebantur etiam impunè multa ſcelera, inter & prope ipſam Urbem: nam accedentes ad illam peregrini, & alii crebrò ſpoliabantur rebus eorum, & male tractatur per ſtipendiarios & latrones, & imprimis in Septimana ſancta centum peregrini, vel circà, innocenter & crudeliter pro eo, quòd ſpoliantibus ipſos reſiſtere in Romanorum diſtrictu conabantur, per aliquos ſatellites dicti Pauli interempti fuerunt. Hęc & innumera alia flagitia intus & extra ipſam Urbem quotidiè perpetrabantur impunè: quorum clamorē tandem, ut æſtimo, Divina juſtitia piè reſpiciens, & tacentibus & diſſimulantibus ipſis, ad quos talium correctio pertinebat, ſalutare volens remedium adhibere, ſuſcitavit ſpiritum domini Ladiſlai regis Siciliæ contra Romanos, qui nuper in eadem Septimana ſancta Romæ cum galeis per mare, & gentibus armorum per terram cum valido exercitu appropinquavit, tamen in qua forma & qualiter id fieri debuit, factumq; extitit: jam ſunt ſex ſeptimanæ, vel circa, prætéritæ. Apud nos in Romana curia publicè dicebatur, quòd rex prima die expugnavit Oſtiam, quæ eſt præſidium portus Romani circa mare, quam quidam nobiles Romani, mihi noti, mediocris ſtatus, tunc pro quadam pecuniæ ſumma titulo pignoris tenuerunt, ubi hoſtes modicam reſiſtentiam repererunt. Capta igitur civitate Oſtienſi nūnc modica, terra olim autem magna & opulenta civitate, ut veteres & horribiles viſu ejus ruinæ teſtantur, vi per regem & ejus exercitum antè dictos, inter quos etiam fuerunt Columnenſes, barones, & nonnulli alii cives Romanī, ipſi ulteriùs verſus eandem urbem iter egerunt. Sed qualitercunque rex burgū ſacti Petri, ſcilicet civitatem Leoninam absque effuſione ſanguinis ſubitò ſubintravit? quia non opus eſt gladiis, ubi

vox

vox ſubmiſſa triumphat. Dictus verò Cardinalis, qui prope baſilicam Apoſtoli in palatio populi morabatur, hoc ſentiens, ilico fugam cepit extra Urbem antè dictam, & niſi per aliquas gentes armigeras dicti Pauli tunc bene aſſociatus extitiſſet, ad manus eorundem Columnenſium ſibi per iter inſidiantium ubique perveniſſet: qui tamen hodie, vel cras hic erit. Dictus autem Paulus factus eſt capitaneus generalis exercitus hujuſmodi regis ejuſdem, promiſitq; ipſe rex præfatus, quòd omnia caſtra & terras per eum quomodolibet ablata illis de domo Urſinenſi reſtituet incunctanter eiſdem, necnon ipſos habebit ſingulariter ſibi recommiſſos, ac proſequetur honoribus & gratiis multis ac magnis. Die verò imminenter ſequenti, poſtquam rex ipſe taliter Urbem habuit, granum minus valuit uno floreno, quàm ibidem per tempus aliquod inantea vendebatur: fecit enim rex ipſe in ſignum tantæ, tamen abſque bello, victoriæ aliquos milites, inter quos erat Ludovicus nepos domini Innocentii Papæ ſeptimi: qui quidem Ludovicus domino Innocentio nunc vivente, undecim regentes tunc in Urbe mactavit, necnon Sutrios de Paterno, qui ſunt magni capitanei in eodem exercitu regis memorati. Et quòd ſic negotia hucuſque in Urbe, ac circa eam proceſſerint, ut hic communis fama laborat, nimis multa & certa indicia manifeſtant, & adhuc ſunc hic ambaſiatores dicti regis, qui rarò, vel nunquam nobis, poſtquam de Roma ipſa noviſſimè receſſimus, defecerunt, imo ſemper nos conſecuti fuerunt. Butigallus autem gubernator dominii civitatis Januenſis pro rege Francorum, nuper miſit undecim galeas armatas in ſubſidium Romanorum contra geleas & naves regis præfati: ſed tardi venere Bubulci: quia percipientes in via, quam in mari tunc fecerunt, jam regem præfatum Romam pacto ſubintraſſe, moræ ſublato diſpendio ad propria ſine bello reverſi fuerunt. Et citius illuc iviſſent, niſi maris tempeſtas per dies aliquos tunc impedivisset eoſdem: quia ſic fortè diſpoſitū erat deſuper. Sed q̃ & qualia inde ſæquentur, futurus declarabit evẽtus, & jã proinde terribilia pullulare incipiunt, quæ toti Chriſtianitati ſunt maxima diſpẽdia veriſimiliter ꝓductura. Quid autẽ nunc ꝓfuit dicta foſſata feciſſe? q̃d denique expediẽs erat ſic ſpoliari Eccleſias & tẽpla Dei, ſacris vaſis & Rotalib⁹, Deo & ejus ſan-

Ludovicus nepos Innocentii VII. miles factus, de q̃ eius crudelitate.

ctis à devotis Chriſticolis conſecratis,ac denudare irreverenter multorum ipſorum ſanctorum venerandas reliquias,tūc auro, & argento,& gemmis pretioſis, etiam ipſorum Chriſtianorum bonis & laboribus devotè in eiſdem Eccleſiis ac monaſteriis reconditas, necnon ipſas reliquias viliter rejicere,aurumque & argentum hujuſmodi exinde tractum,in uſualem monetam redigere ſeu conflare,ac tempore oportuno nihil reſiſtentiæ ſeu virilitatis oſtendere, ſaltem tunc fictis aut veris hoſtibus eorundem? Sic etiam, ut hîc fertur, idem contigit in Verona,Vincentia & Padua,necnon Piſa civitatibus egregiis & ſplendidis Romani imperii,quæ nunc vecordia & deſidia illorum, qui eas meritò protexiſſe atque conſervaſſe debuiſſent, paſſim ad manus mercatorum etiam taliter devenerunt. Et quid mirum,quòd talibus,non dicam, divinorum & humanorum jurium tranſgreſſoribus & ſacrilegis malè accidat,qui Deum & ſanctos ejus,à quibus præſidium, præſertim urgente neceſſitate, poſtulare deberent, omni timore poſtpoſito ipſius Dei, hominumq; verecundia, necnon in peſſimum exitium aliorum inſipienter offendūt? Puto, quòd tales non advertunt,qualiter Heliodorus, qui templum Dei in Hieruſalem ejus theſauris ſpoliare nitebatur, juſto Dei judicio, à duobus illis juvenibus flagellis creberrimè cædebatur:unde fuſa oratione ſummi Pontificis ad Deum pro ejus ſalvatione,& ſic dono Dei à flagellatoribus liberatus, ipſe Heliodorus gratias Pontifici, & recepto exercitu repedat ad regem. Cùm autem rex interrogaret eum, quis aptus eſſet adhuc ſemel Hieruſalem mitti? reſpondens ait, Si quem habes hoſtem, aut regni inſidiatorem, mitte illum,& flagellatum eum recipies: ſi tamen evaſerit, eo quòd in loco iſto ſit veri Dei quædam virtus, ut legitur ſecundo Machabæorum tertio. Præterea non legerunt iſtud, putà Danielis prophetæ, ubi dicit Balthazari regi Chaldæorum, Tu quoque non humiliaſti cor tuum, ſed adverſus dominatorem cæli elevatus es,& vaſa domus ejus allata ſunt coram te:& tu,& optimates tui,& uxores concubinæque tuæ vinū bibiſtis in eis.Porro Deum,qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias ſuas,& ejus nomen non glorificaſti. Idcirco diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis, Danielis quinto. Hic tamen Balthazar rex non recepit illa, ſed pater ejus, de templo: nec ea conflavit in monetam,

Contra ſpoliatores templorum.

ſed

ſed tantùm ad vanam gloriam illa vice utebatur eiſdem: veruntamen pro illo in perſona mortem,& regni ſui perpetuam deſtructionem etiam divinitùs reportavit. Nunquid etiam legitur in hiſtoriis Romanis,quòd rex Wandalorum paganus, Roma per ipſum vi capta, tempore beati Hieronymi ſub pœna capitis prohibuit ſuis omnibus , ne aliquam perſonam Eccleſiaſticam utriuſque ſexus, ſecularem , vel regularum , offenderent , aut ſanctorum reliquias ſeu jocalia, durante quadam die integra, reciperent,vel auferrent ? Et ut edictum ſuum inviolabiliter remaneret, in ejus propria perſona per totam Urbem tunc captam per ipſum, usque ad dictam baſilicam ſancti Petri presbyteros & clerum die illa proceſſionaliter cum eorum reliquiis & jocalibus illic fugientem aſſociavit , nil eis penitùs auferendo, aut auferri per ſuos permittendo. Ex quibus (proh dolor) elicitur,quòd quia pro magna parte nunc Chriſtiani circa hæc & alia,quæ fidei noſtræ religionem reſpiciunt, ſunt nimis tepidi; imò ad offendendum Deum & ſanctos hujuſmodi fervidi & procaces, quòd mundus diverſimodè jam affligitur , nunc inauditis per priùs frigoribus,ac ſchiſmatibus in Eccleſia & imperio Romanorum, necnon crebris guerris,fameque, ac mortalitate gravatur, ut verificatur id Salamonis: Verti me ad alia,& vidi calumnias,quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium , & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos Laudavi magis mortuos,quàm viventes,& feliciorem utriuſque judicavi, qui necdum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt. Surgite ergo vos pigri & deſides principes, qui turbis præſidetis, ac tot malis reſiſtite aliquando,quia data eſt à Domino poteſtas vobis,& virtus ab Altiſſimo, quoniam interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniã cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ,nec vigilanter vobis commiſſa miniſteria peregiſtis,neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Citò apparebit vobis,quoniam judicium duriſſimum his,qui præſunt,fiet: exiguo enim concedetur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. O' rex gentiũ & deſideratus eorum veni,propera,accingere gladio tuo ſuꝑ femur tuum potentiſſime: revoca memoriæ hominum *Adhortatio ad regē Rupertum.*

magnifica facta quorundam tuorum prædeceſſorum etiam nationis Alemanniæ,qui Rempublicam feliciter & ſtrenuè gubernarunt.Præterea in ſecundo anno aſſumptionis tuæ ad regni faſtigium,ſi bene recolis,Ruperte rex , Marchiones Miſnenſes amici tui, & penè omnes nobiles , & Barones regniBohemiæ,propter inordinatum regimen regisVuenceslai , reſpicientes,quòd ipſe tuos progreſſus ubique nitebatur modis omnibus impedire,contra ipſum Regem inſimul concordarunt , quòd eum tibi ſubjicerent manu forti,dummodò eis in hoc potenter aſſiſteres , ut ſic unicus glorioſus exiſteres,ac inſignia Imperalia per eundem Vuenceslaum regem tunc&hodie præter omnem juſtitiam occupata,prout tuam deceret gloriam, recuperares ab ipſo.Et quamvis libens tantam oblationem tunc aſſumeres,ipſisq; tuis , quòd vel in propria perſona,ſeu per unum de tuis filiis cum mille lanceis ſtrenuè auxiliari velles, dummodò ipſi tantum negocium inciperent,fideliter & conſtanter promiſiſſes,tamẽ, poſtquam illa promiſſa eorum obſervaverant,& dictum regem Vuenceslaum in Praga Boëmię unica Metropoli valida obſidione per unum menſem & ultrà conſtringerent, credentes,quòd eis utique magnificè ſubvenires pro reipublicæ utilitate,non veniſti illuc,nec alium loco tui miſiſti,ad eos,qui tantum negocium in ſe ſub tua ſpe,fideque,licet fatuè ſuſceperunt. Unde poſtea tantus exercitus idoneo capitaneo carens,aliquibus receptis promiſſionibus ab ipſo rege Wenceslao,ſed eis per ipſum minimè ſervatis, ab obſidione hujuſmodi,deſperato tanto negotioremanente,receſſerunt, tuque propterea ſaltem inſigniis hujuſmodi & obedientia dicti regis Wenceslai caruiſti,& cares hodie : multique eorum,qui tunc in eadem obſidione propterea rebus &corporibus eorum deſtructi ſunt.Sed tanta deſidia & negligentia, quæ redundat in totius Chriſtianitatis & reipublicæ maximum detrimentum,indirectè in alia vocabula, ſcilicet in pietatem &miſericordiam tibi à rudibus convertuntur:ſicque rex piger & negligens,pius & miſericors appellatur ab illis: de quo tamen tibi,ut æſtimo,non eſt cura , quia extra Heydelbergam non eſt vita. Veniſti etiam ante tempus congruum & contra conſilium tuorum principum ad Italiam, in qua tunc adverſarium potentiſſimum reperiſti te potiùs avaritia,quàm virtutis gloria ſtimulante.Sed abinde paulo

pòſt

poſt lares proprios repetiſti,tamen nihil utilitatis in ipſa Italia diſponendo, ſed poſt hoc infra paucos menſes mortuo dicto adverſario,& non apparenti tibi aliquo valido adverſario in eadem Italia,illam extunc imperialiter viſitare,ac in eadem jura reformare dicti Imperii non curaſti. Credis fortè,quòd hæc & alia tua facta in tui gloriam non ſcribantur: imo jam de illis membranæ plurimæ,niſi me fallit opinio, denigrantur.Scio,ut leges tuæ dicunt,quòdRomanus princeps dicitur communis omnibus poſt Deum,& quòd per ejus Majeſtatem juratur,quæ ſecundumDeum generi humano eſt diligenda & colenda.Nam Imperator cùm Auguſti nomen accepit,tanquam præſenti & temporali Deo fidelis eſt præſtanda devotio,impendendusq; pervigil famulatus, qui Deo regnat authore:ſed ſubaudi , quando magis publico,quàm privato bono princeps intendit.Igitur exurge domine,exurge,& viſita viridarium tuum,&oves paſcuæ tuæ, quia nihil pigrius eſt amante.Tolle moras,ſemper enim nocuit differre paratis.Uſquequó piger dormis?quãdo conſurges è ſono tuo?Deus erit adjutor,ſi veneris , nec timeas quẽquam,quia qui timet hominem , citò corruet : qui ſperat in Domino,ſublevabitur,quia rex qui in veritate pauperes judicat,thronus ejus firmabitur in æternum. Tu autem apud Rhenum jã diu cubando,de ſubditis tuis in Italia,& alibi in remotis partibus,infinitis oppreſſis calamitatibus, modicũ vel nil cogitas,dicẽdo,quid ad nos,de hisquę foris ſũt?quod volui,apprehendi:trãſite ad me omnes,qui cõcupiſcitis : me dulcis amor patriæ,hæc requies mea in ſeculũ ſeculi: hîc habitabo,quoniã elegi eam.Abſit hoc à te,abſit omninò,quod effœminato convenit Sardanapalo,non autem regi magnanimo & diligẽti.Sed parce vera dicenti:Quid fruſtra ſcriptis & dictis te fore Cæſarem Auguſtũ gloriaris?Nempe ſub typo negligentiæ,ac torpore circa Imperiũ commiſſis per tuũ prædeceſſorem immeritum ad culmenImperii deveniſti,aſſerens tunc te velle facere mirabilia , & quòd ſchiſma in Eccleſia per tringinta annos jã induratum tolleretur, omnino fideliter & conſtanter laborare,& amiſſa, necnon neglecta etiam deſidia ac pigritia per dictum prædeceſſorem,recuperare pro poſſe:qui tamen pro deciſione prædicti ſchiſmatis nihil hactenus efficaciter feciſſe videris,ac etiam nihil ex tẽ de juribus Imperii recuperaſti,imo penè totum reſiduum,

te diſſimulante, quomodolibet perdidiſti, ita quod priùs bruchus non comedit, te regnante eruca conſumpſit. O per vigil cuſtos Imperii, ó propè vel quaſi Cæſar Auguſtus. O bellator & triumphator eximius. Quid cogitas ſic agendo? credis forſan verbo defendere ac acquirere cuncta, ignorans, quia ſcriptum eſt, Nō verbis, ſed factis proſperare debemus, & nomina debent eſſe conſona rebus. Utaris igitur eodem nomine Romani principis verbo tantùm, prout feciſti hactenus. Sed ipſe Ladislaus rex nunc tertius in ordine regum Romanorum inſimul concurrentium, ſeu tales ſe appellantium, non ſcriptis, ſed & factis ſe gloriatur. Tu dormis, & ille vigilat: quem, ut fertur, ipſi Romani jam Imperatorem Romanum appellant. Cujus autem culpa, niſi negligentia tua? ſi fas eſt loqui verum. O quot effudit ille Ladislaus rex milia florenorum, ante quàm Romam taliter attingere poſſet? Quæ, qualiſque hìc & ubique locorum infamia, ex tanta tua deſidia & vecordia tibi orta eſt, qui olim credebaris eſſe liberator magnificus fidelium Imperii, etiam in partibus iſtis? Sed cum ſonitu tranſivit illa ſpes, & ut virgula fumi evanuit ſubitò in ſeipſa. Cumula nunc, & ſarcina fortiter tibi theſauros tranſitorios, quibus diu gaudere nō potes. Neſcis, quia ſcriptum eſt, Melius eſt nomen bonum, quàm unguēta pretioſa multa? Dic mihi, quęſo, ubi remāſerunt illæ duodecim ſtatuæ aureæ, quæ buſtum Magni Alexandri ſuſtentabant? Ubi denique illæ magnæ ſunt divitiæ prædicti Salomonis. in cujus tempore argentum, ſicut æs, aut ferrum, in Hieruſalem habebatur? Et ubi remanſit æs fuſum, quod Marcus Craſſus in tam magna copia recepit à templo memorato? Dic etiam mihi, rogo, ubi eſt illa ſtatua grandis Nabuchodonoſoris aurea tota, quam penè totus populus, urgente regis imperio, adorabat? Utinam poſſideres, & tunc forſan aliquid notatu dignum pro ſalute imperii efficere cogitares. Hęc & multa ſimilia evanuerunt, æra refulgentia perierunt, & ad nihilum tractu temporis devenerunt: tamen facta multorum magnificorum virorum memorabilia adhuc in magna copia conſcripta videntur. Quid autem ad laudem carthula faciat, tu ipſe perpende. Quæſo, eſto vir de cætero ſequendo eorundem tuorum prædeceſſorum commendāda veſtigia, quorum hactenus apud mortales celebris memoria per tuam deſidiam per orbem undique offuſcatur:

Non verbis ſed factis proſperamur.

tur:citò etenim authores aliquod proverbium propter tam inexcuſabilem tuam deſidiam omnibus Alemannis imponent, ſicut de aliis nationibus dicunt,ubi gratia non eſt militaris,certè neque virilis habitatio, in Cypro in qua faſtus Gallicus,Syra mollities,Grçcæ blanditiæ ac fraudes, quæ unam videlicet in inſulam convenêre.Heutimeo fruſtra laborare juxta id,durum valde,grande aliquod debere, cui nolis: ſi tamen Romani nominis adeo pudet, conſulo Romanam abjice dignitatem,non occupando illam inutiliter,prout feciſti hactenus in Catholicæ fidei detrimentum. Vale feliciter,prout opto. Scripta 1.die Maji.

COMPENDIOSA DESCRIPTIO utriuſq; politiæ in capitibus Eccleſiæ & Imperii temporibus iſtis,

CAPUT XXXIII.

IN nomine Domini,qui regnat ſine fine,amen. Nobili & egregio viro Joanni de monte Gargano Militi , ut fratri chariſſimo,poſt ſalutem.Expectavimus pacem, & non erat bonum tempus medelæ,& ecce formido: tranſit meſſis, finita eſt æſtas,& nos ſalvati non ſumus,Hieremiæ octavo capite.Expectàmus lucem, & ecce tenebræ:ſplendorem, & in tenebris ambulavimus:palpavimus,ut cæci,parietem, Iſaiæ quinquageſimonono.Tot ſunt errores, quot cogitationes, quot actus,quot verba,totius vitæ error & vanitas : quod perpendens Salomon in Eccleſiaſte ait,Vidi cuncta,quæ ſub ſole fiunt,& ecce univerſa vanitas,&afflictio ſpiritus:perverſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Præterea totum pondus prælii verſum eſt in Saul,& conſecuti ſunt eum viri ſagittarii,& vulneratus eſt vehementer à ſagittariis,ſecundo Regum trigeſimoprimo. Dentes autem, quę ſagittæ,& lingua,quibus homo loquitur,gladius dicuntur,juxta id,Filii hominum,dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus : Pſalmo quinquageſimo ſexto. Et meritò contra modernum regem Romanum, ac principes,pręlatos,ac clerum Alemanniæ generalis infamia,

imo

imo peſſima fama orta eſt propter negligentiam & deſidiã, quo ad hoc,quia omnes tacent,nec curare videntur, quod id damnabile ſchiſma tollatur è medio. Proſequuntur igitur à ſagittariis linguis,ſcilicet mordacibus aliorum Chriſticolarum,qui circa hoc vigilanter intendunt, & oportunè laborant,& cõtra ipſos Regem,principes,prælatos ac clerum & populos Germaniæ ſic ad ſuccurrendum tardos, effœminatos & pigros cauſam habent generaliter conquerendi cæteri Chriſtiani:peccat enim valde ille,qui morbum videt,morbique cauſam luculenter intelligit,& mederi poteſt,ſed differt remedium,& expectat forſan,ut cuncta depereant. Certè nõ eſt parum vaſtare omnia & caſus ultimos præſtolari. Sed forſan ipſe rex, principes, & prælati differunt ſanare hunc morbum, ut poſtea defunctum Lazarum valeant ſuſcitare: ſed errant, quia dominus ſibi hoc tantummodo reſervavit. Sed deſidia,avaritia & voluptas omnia utilia & honeſta cõturbant:unde congruit hodie iſtud Saluſtii, qui querens de laſcivia,luxuria & avaritia Romanorum,ait:Sæpe de luxuria atque avaritia noſtrorum civium queſtus ſum, multosque mortales ea de cauſa adverſos habeo. Et poſt pauca, Et ea ſi vos parvi pendatis, tamen reſpublica firma erat, opulentia negligentiam tolerabat:nuc verò id agitur, bonisne,an malis moribus vivamus,neque quantum,aut quàm magnificũ Imperium reſpublica. Sed hæc cujuſcunque modi videntur noſtra,an nobiſcum unà hoſtium futura ſit, hæc mihi manſuetudine, & noſtram nominant. Jam pridem equidem vocabula rerum amiſimus,quia bona aliena largiri, liberalitas: multarum rerum audacia, fortitudo vocatur:eò reſpublica in extremo ſita eſt:ſint ſanè, quoniam mores ita ſe habent. Et poſt pauca, Nolite exiſtimare majores noſtros rempublicam magnam feciſſe, ſi ita res eſſet, multa pulcherrima haberemus nos:quippe ſociorum atqne civium, præterea armorum,atque equorum major copia nobis,quàm illis: ſed ea alia fuere,quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla ſunt, ſcilicet domi induſtria,foris juſtum imperium, animus in conſulendo liber,neque delicto neq; libidini obnoxius:porro pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam, publicè egeſtatem,privatim opulentiam,laudavimus divitias,ſequimur inertiam, inter bonos & malos diſcrimen nullum eſt, omnia virtutis præmia ambitio poſſidet. Neque mirum eſt, ubi

ubi vos ſeparati ſibi quiſque conſilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ ſervitis, eò ſic impetus fiat in vacuam rempublicam. Hæc ille. Et quia placet aliquãdo dicta præteritorum exemplis demonſtrare, ecce quanta fecit Carolus Magnus pro republica, ecce denique primus Otto Magnus Auguſtus, qui non fuerunt Itali, ſed Ultramõtani, unus Franco, alter Saxo, ac uterque in Alemannia natus, educatus, mortuus & ſepultus? Qualiter autem more felicium Auguſtorum rempublicam adauxerunt, & quàm in celebri ſtatu ſpiritualia & temporalia direxerunt, vix poſſet quis calamo exarare: & in alia opera magnifica & memorabilia eorundem pauca, verbi gratia, ſubnectam. Cùm Romani improvidentia & ſævitia ſanctum virum Leonem Papam, qui juxta quaſdam Chronicas ſcribitur fuiſſe germanus ejuſdem Caroli Auguſti, in perſona malè tractaſſent ac pepuliſſet ab Urbe & Italia, ipſe vir ſanctus profect⁹ ad Weſtphaliam, quæ alio vocabulo antiqua Saxonia nuncupatur, ubi tunc Cæſar, ſcilicet Carolus ipſe magnificus reſidebat, Cæſar ipſe intuendo patrem tam turpiter ac impiè à Romanis civibus pertrctatum, commota ſunt viſcera ejus, nec mora, Italiam repetens, Papam in ſede ſua pacificè collocavit, & ſumpta vindicta per relegationem in exilium de hujuſmodi ſcelerum patratoribus, & omnibus benè in Italia diſpoſitis ad Alemanniam rediit, Eccleſiis magnificè ædificandis & dotandis, necnon divinum cultum in eiſdem inſtituendis etiam ſemper intentus. Quid autem ille primus Otto Magn⁹ Auguſtus inter cætera miranda innumera fecit? Ecce dũ Papa Joannes XII. malè viveret, ac piſcatoris cathedram ſordidaret, Cardinaleſq; hoc ægrè ferentes & ipſum bono modo & pio zelo admonentes, ut à talib. reſipiſcere aliquando, nec ut bene ageret, intelligere vellet, imo ſacrilegas man⁹ in quoſdam ipſorum Cardinales irreverenter injiceret, etiã cum venatorib. & adulteris partẽ ſuam inverecundia ponendo, hoc juſtiſſimus Imperator ipſe Otto percipiens, ſubitò ad Italiã properat, inde ad Romam proficiſcitur, ac convocatis Epiſcopis ac clero, ſynodum jubet celebrari, in qua ipſe ſummus ſacerdos, tanquã indignus tali honore, deponitur & eidẽ alter vir ſanctus etiam Leo nũcupatus ſurrogatur, Joanes ab urbe fugatur, & abdita q̃rit, & cum feris (extunc Octavianus, prout ante Papatutum, nominatus) uſq; ad ejus obitum miſer, triſtis

Weſtphalia antiqua Saxonia dicta.

Cæſar ſynodum convocari, non Papa, præcipit.

triſtis & ingloriofus converſatur.Rebus igitur bene diſpoſitis in Italia per eundem Ottonem magnificum Auguſtum, ipſeAlemanniam repetiit,etiam circa augmentum reipublicæ ibidem,& in Gallia,necnon in aliis circumjacentibus regnis indefeſsè ac ſtrenuè,prout ſolitus erat inantea,laborando:cumque iterum novum ſchiſma in Papatu ſuo tempore ortum foret factione quorundam potentum Romanorum, & unus in Capitolio tunc firmiſſimo,&alter in caſtro ſancti Angeli(quod tunc carcer Theodorici vulgariter dicebatur, propter Theodoricum regem Gothorum,qui quondam illud in præſidium pro ſe tenebat,inUrbe dum Imperium occidentale tempore Juſtiniani principis gubernaret)contendentes de Papatu ſe incluſerant invicem in Urbe cum ſuis potentibus & conſanguineis,pugnarentque aſſiduè,ac multa facinora perpetrarent,iterum ipſe OttoMagnus Auguſtus hæc in dolore ſentiens,de Germania iter capit verſus Urbem memoratam:quam intrando moreCæſareo expugnat ſubitò arcem Capitolii machinis & aliis bellicis inſtrumentis,& illa colliſa ſeu ad terram proſtrata vi capit etiam illos,qui in eadem erant,& ſubſequenter expugnat etiam caſtrum prædictum,& illo ſimiliter capto violenter:& ad manum ſuam deductis illis,qui erant in eodem,multa etiam magna palatia Romanorum , quæ ipſos certantes de Papatu in eorum pertinacia defendebant,demolitus eſt , ut adhuc veteres ruinæ teſtantur,iterum convocatis Epiſcopis , & clero in Urbe præfata, & in generali ſynodo ibidem celebrata , & diſcuſſo; quis illorum verus eſſetPapa,illum,pro quo declaratum fuit in ſede Apoſtolica honorificè collocavit,reliquum cathenis onuſtum ſecum adSaxoniam,quaſi in exilium deportando; cujus corpus in oppido Hamborg fuit traditum Eccleſiaſticæ ſepulturæ.Hic etiam Otto Magnus Auguſtus Lotharingiam,quæ tunc tertia pars Franciæ fuit , coëgit regem protunc ac omnes principes ac prælatos Franciæ perpetuò abjurare,qui tunc illam contra quandam ordinationem dicti Caroli Auguſti factam , & per illum glorioſiſſimum tunc Henricum primum Auguſtum patrem ejuſdem Magni Ottonis approbatam,& effectui productam , quæ inferiùs tangitur,temerè invadere præſumpſerunt : ſicuti durante hoc ſchiſmate iterum multa jura , provincias & terras ejuſdem Impe-

Lotharingia tertia pars Franciæ fuit olim.

Imperii eis uſurpant, diſſimulantibus & tacentibus rege ac electoribus, qui rebus ordinatè procedentibus talia pro viribus ſuſtinere utiq; non deberent. Præterea Boſonem regem Arelatenſem protunc, quia impias manus in Epiſcopum Arelatenſem in nocte ſacratiſſima nativitatis Chriſti injicere non verebatur, idem OttoMagnus Auguſtus cepit in Gallia, & captivatum totondit, & monachum fieri fecit: à quo etiã ſacram lanceam, quæ Magni Conſtantini fuiſſe legitur, acquiſivit, quæ extunc unum de Imperialibus inſigniis usque ad hæc tempora fuit: ſed propter inertiam illius, qui ea uti deberet, illa nunc rex Boëmiæ gloriatur. Demum Burgundiam, ac etiam Alſatiam, necnon Boemiam & multas alias ꝓvinincias ſibi tunc rebelles invaſit, & cepit, ac etiam poſtea Berengarium regem Italiæ, poſtquã ſemel ſibi priùs pepercit, & regno reſtituit, demum cum uxore & Alberto filio ipſius, qa idem rex malè ſe habuit, quo ad Duum & homines, in Italia captivavit, & ipſos cathenis onuſtos ad Bambergã, in qua finaliter obierunt, ſecum in ſignũ victoriæ deportavit, pugnavitq; poſtmodum contra Hunos & Auares, q tũc in Auſtria & vicinis regionibus morabantur. & Alemaniam, Italiam & Franciam, necnon vicinas regiones continuò depopulabantur cædibus, incendiis & rapinis, in hoc veſtigiis paternis, ſcilicet Henrici primi, feliciter inhærendo, multis p̃liis eos confecit, & demum apud Ratisbonam, ubi ſanctus Vdalricus interfuit, victor glorioſus pugnando devicit, & ibidem duos reges ſive duces eorum in patibulo jugulavit, ſic eaſdẽ Italiam, Alemaniam & Franciam, & vicinas regiones ab incurſu hujuſcemodi beluarum extunc perpetuò liberando. Unde poſt tot & tantas victorias, deſiderium mũdi, & pater patriæ, & Magn⁹ Auguſt⁹ ab omni populo meruit appellari. Et dic mihi, quæſo, qs unquã Imperatorũ Romanorũ ſic meruit exaltari? Regna etiã & provincias, q̃ cum Dei adiutorio ſibi ſubjecit, quamvis multos haberet filios, fratres, non eis tamen, ſed Romano imperio perpetuò addidit, atq; dedit, ac nobilem illam civitatem Magdeburgenſem, & inſigne oppidum Goslariæ in Saxonia ipſa condidit, necnon Magdeburgenſem venerandam Metropolim, in qua ipſe & uxor ſua ultima ſepulti ſunt, eum omnib. ejus ſuffraganeis eccleſiis in proprio ejus fundo, & de ipſius patrimonio de novo fundavit, de ſuis facultatibus illa & multa alia Monaſteria & Eccle-

Sacra lancea, olim Magni Conſtantini.

Magdeburgũ ab Ottone I. conditũ item & Goslaria ab eodem condita.

Eccleſias in Italia, Germania & Gallia opulentè dotando. Hic pugnando etiam longo tempore cum Imperatore Græcorum in Calabria, Sicilia & Apulia eum inde pepulit, & demum non tantùm Romanorum & Grecorum imperiorum apud Brunduſium fines poſuit: ſed & ipſum Imperatorem Græcorum inſignia Imperialia mutare coegit. Poſtea verò miſericordia motus, ſicut fuit piiſſimus, cum eodem Imperatore Græcorum pacem fecit. Nam filia dicti Imperatoris Græcorum ipſius Ottonis Magni Auguſti ejuſdem nominis filio, videlicet Ottoni ſecundo Imperatori matrimonio copulatur: cui Sicilia, Apulia & Calabria cedunt in dotem, quę ſic de manibus Grecorum juri ejuſdem Romani Imperii obvenerunt, licet nunc per alios qui metunt, ubi non ſeminarunt, ſub aliis titulis occupentur. Sed relinquo hæc in medio: quo cauſante, præterea idem OttoMagnus Auguſts perſonaliter transfretavit ad Daliam, ubi per medium annum ſtando, inter nunc fideles, tunc verò hoſtes Catholicæ fidei, Dacos ſęviſſimos ad hoc, ut ipſos ad eandem fidem quomodolibet convertere poſſet, venerabilem Eccleſiam ſui nominis, quæ adhuc Ottonienſis nuncupatur, fundavit in Niſſia, quæ eſt pars potior & fortior ejuſdem regni Dacorũ: ex quo fretũ maris ibidem extunc Ottenſche, h.e. mare Ottonis, usq; in hodiernum diem appellatur. Præterea ſanctum Adelbertum miſit ad prædicandum tunc infidelibus Prutenis, & aliis perverſis nationibus circumcircà poſitis: ubi ipſe ſanctus demũ martyrio coronatur. Et his ſimilia multa magnifica usq; ad ejus obitum continuavit, non delitiis ſive ociis torpendo, ſed toto tempore vitæ ſuæ omnia in ſpiritualib. & temporalibus viriliter, conſtanter & optimè diſponendo. Unde ipſorum Caroli & primi Ottonis Auguſtorum, quorum uterq; ex virtute propria cognominatus eſt Magnus, apud mortales memoria adhuc celebris reputatur. Multi etiam alii nationis Alemaniæ Auguſti, nedũ in Italia, Germania & Gallia, ſed etiã in partibus Vltramarinis, ſcilicet Ægypto, Hieruſalem, Syria, & Phœnicia atq; Armenia pro fide Catholica atq; republica pericula ſubierunt, ut eorum memoria etiàm ſemper venerabilis remaneret. Sed dic mihi, quæſo, ubi noſtris temporibus tales viſi ſunt reges, aut principes Romani? De quo valde mirandum ac dolendum eſt: non repetitur: quòd aliquis illorum quinquaginta annis proximè elapſis aliquod eiam mini-

Papã intelligit, qui hic ut & alibi, metit, ubi tamen nõ ſeminavit.

minimum caſtellum acquiſiverit, ſeu addiderit Imperio, aut quòd ſe oppoſuerit fideliter & debitè volentib. jura Imperii auferre, ſeu occupantibus illa. Et ecce, Carolus IIII. nominatus Auguſtus, & Boemorum rex, hypocrita inſignis, & avaritia alter Marcus Craſſus, ac vicarius imperii, tempore Clementis Papæ VI. & Caroli regis Francorum, ó cum quali pertinacia & calliditate ad Imperii culmen aſcendit? Et ecce, quales fructus attulit illi: nam quondam Ludovico duci Andegavenſi, eidem Francorum regis germano, ſuisq; hæredib. pro uno ſolenni prandio ſibi apud Villam novam prope Avinionem per eundem ducem præparato, tunc Urbano Papa V. in Avinione reſidente, prædictum regnum Arelatenſe, quod à tempore dicti Ottonis Magni Auguſti usque tunc juris & proprietatis ejuſdem Imperii fuit & eſt, ab Imperio dimembrando, ſive ſeparando, conceſſit. O' quale venenum immiſit per hoc ipſe Carolus dictus Auguſtus in totã Chriſtianitatem. Utinam ipſe legiſſet & advertiſſet iſtud, quod de hoc prævisum & ſcriptum fuit per quendam Valentem Alemannum tempore Gregorii Papæ X. qui videtur prædicere, quòd multa mala Chriſtianitas ipſa ſuſtineret, quando imperialis domus, quæ ex quatuor angulis principalibus ſancti ſpiritus ordinatione conſiſtit, ut ſequitur, in aliquo illorum angulorum concuteretur. Dicit enim idem Alemannus preſagus, quòd ipſe Carolus Magnus, qui fuit natione & lingua Theutonicus, ordinavit, ut ſequitur. Porrò quia ipſe Carol⁹ rex Francorum extitit, iſtud regnum fuit ad eum ex ſucceſſione devolutũ, & videns, quòd ipſe factus Imperator ſuos hæredes dignitate propria, ſcilicet regno Francorũ penitùs denudaſſet, ſtatuit, quod poſtea Henricus primus Auguſtus pater dicti Ottonis Magni Auguſti ejus pronepos contumavit, ut Francigenæ cum quadam regni Francorum portione, regem haberent de regali ſemine, jure hæreditario ſucceſſorem, qui in temporalibus ſuperiorem non recognoſceret, videlicet ut Imperatoris poſteritati ad homagiũ, vel aliquod obſequium teneretur: huic regi ſuo hæredi in recompenſationem regni deſalcati adjecit etiam ſtudium Philoſophiæ & liberalium artium, quod ipſe de urbe Roma in civitatem Pariſienſem tranſplantavit. Et eſt notatu dignum, quàm debitus & neceſſarius ordo requirebatur, ut ſicut Romani, tanquam ſeniores, ſacerdotio, & Germani vel Franci, tan-

Caroli IIII. laudes.

quam juniores, Imperio, & ita Francigenæ vel Gallici tanquam ſcientiarum ſtudio decorentur: &, ut fidem Catholicā quam Romana conſtantia firmiter tenet, illam Germanorū magnanimitas Imperialiter tenere prçcipiat, ut tandem Gallicorum argutia & facundia ab omnibus eſſe tenendam firmiſſimis rationibus approbet & demonſtret. His ſiquidem tribus, ſcilicet ſacerdotio, imperio & ſtudio tanquam tribus virtutibus, videlicet vitali, naturali & animali ſancta Eccleſia catholica ſpiritualiter vivificatur, augmentatur & regitur: his etiam tribus, tanquam fundamento, pariete & tecto eadem Eccleſia quaſi materialiter perficitur. Et notandum, quòd ſicut Eccleſiæ materiali unum fundamentum & unum tectū ſufficit, ſed unus paries non ſufficit, ſic ſacerdotio una ſedes principalis, ſcilicet Romana, & unus ſtudio locus principalis, ſcilicet Pariſii, ſufficit: ſed Imperio quatuor loca principalia ſancti Spiritus ordinatione novimus attributa; quæ ſunt Aquiſgranum, Arelatum, Mediolanum & urbs Roma. Studeant igitur, quorum intereſt, ut hæc domus integra maneat & intacta, ne; quod abſit, partibus diſſolutis, fur ille Antichriſtus, vel ſui præcurſores intrent aliunde, quàm per oſtium, & gregem ovium interficiant cum Paſtore. Verùm à tēpore prænotato reges Francigenarum ſe fecerunt, tanquam à digniori reges Francorum appellari, & ſic inde tota Gallia nomen trahens à regibus, Francia uſurpativè appellatur. Gens enim illa eſt tantùm ſui ipſius amativa, ut proprio nomine ſuo glorietur. Nemo Gallicus dicere poteſt, Ego ſum Gallicus, & ſuper reges Francorum, vel Germanorum, quod eſt tanquam à ſuperiori, reges vel Imperatores Romanos appellari voluerunt. Illi autem, qui usque ad hæc tempora reges Francorum dicebantur, non ſunt dicti reges Francorum à Francis Orientalibus, qui ſunt homines groſſi & incompoſiti, neque à Francigenis Occidentalibus, qui ſunt homines delicati & compoſiti, ſed à Francis Germanis, qui in habitu exteriori à Francigenis, & in moribus à Romanis non multùm diſcordant. * & nobilem principatum Delphinatum nuncupatum in Sabaudia, ſive in patria Gallie, quæ Imperium vulgariter nuncupatur, quoniam etiam à dicto tempore fuit iuris & proprietaris dicti Imperii, ſumpta certa quota pecuniæ, tranſtulit in eundem regem Francorum à generatione in generationem jure dominii poſſidendum. Unde quili-

Gallorū iactantia & philautia.

** Hic videtur aliquid deeſſe: redit enim ad alienationē Delphina-*

quilibet iſtorum primogenitorum Delphinus à vulgaribus appellatur. Et per hoc reges Francorum extunc quaſi totam Galliam eidem Imperio quaſi perpetuò abdicarunt: licet reges Francorum & eorum progenies ſaltem de facto Romanum Imperatorem non cognoſcunt in ſuū ſuperiorē, & ſic ad manū mortuā regnum & principatus hujuſmodi devenerunt, q̄a ipſe rex Francorum, & dux dicti Auguſti conſanguinei & ꝓpinq̄ extiterunt Et ut nihil juris ejuidem Imperii remaneret intactū, idem Carolus IIII. etiā fregit antiquiſſimā & laudabilem ordinationē factam inter electores Imperii ꝑpetuam ſciſſuram faciendo inter illos, nempe Marchiam Brādeburgenſem cum ejus electoris titulo taliter qualiter acquiſivit, & etiam in ſpiritualibus Epiſcopos tunc Boemiæ & Moraviæ ſuffraganeos, olim Moguntinenſis Metropolis, abinde per prædictum Clementē Papam obtinuit ſeparari, & exinde provinciam in ſuo patrimonio fieri ſingularem, & jus coronandi regem Boemiæ, quod per priùs ad Archiepiſcopū Moguntinenſem ſpectare conſuevit, in novum tunc Archiepiſcopum Pagenſem ſuoſque ſucceſſores transferri procuravit, & multas etiam terras ac oppida ipſius Imperii ſub impignorationis ſive donationis titulis, diverſis principibus & etiam Eccleſiaſticis prælatis, in perpetuam deſtructionem dicti Imperii ſubdidit & conceſſit. Ac etiam Luſatiam, quæ inter fines Saxoniæ, Miſniæ & Poloniæ conſiſtit, & per Archiepiſcopum Magdeburgenſem ab Imperio tenebatur in capite ſeu in feudum, à quodam Archiepiſcopo tunc Magdeburgenſi, quem propterea ipſi Metropoli præfici ordinavit, pecunia comparando, illam extunc dicto regno Boëmiæ adiecit, illa etiam imperium turpiter ſpoliando. Et quot ſimiles abalienationes jurium ejuſdem Imperii motu proprio fecit, me tædet per omnia enarrare. Præterea prout in Alemania adhuc veterum & multorum proborum virorum memoria tenet, & hiſtoriæ declarant, Henricus primus, & poſt eum filius Otto primus, Magnus Auguſtus, & primus Alemanorū rex generalis, & poſt illum dicti Magni Ottonis filius, Otto ſecundus ſuprà dicti, ac poſt illum filius dicti Ottonis ſecūdi, Otto tertius: & poſt illum, quia non habuit prolem maſculinam, Henricus ſanctus, filius Henrici ducis Bavariæ, germani prædicti Ottonis primi Auguſti hujus nominis, ſecundus Auguſtus collateralis, qui etiā non habuit prolē, quia ſemper

...tus à Carolo factum.

Luſatia ſecundū imperii, empta à Carolo IIII. & regno Boemiæ adiecta.

 virgo

Electorũ inſtitutio.

virgo permanſit, ex ſucceſſione rexerunt Imperium: quibus deficientibus, ſcilicet poſt obitum dicti Henrici ſancti, Principes Germaniæ ordinarunt, quòd de cætero Romanus princeps eligeretur, videlicet per tres Eccleſiaſticos prælatos, & tres laicos nationis Alemaniæ tantùm: & in caſu, quo illi in unum concordare non poſſent, dux protũc.ſed poſtea rexBo ëmiæ, deinde eſſet pro tempore quaſi additus parti minùs potenti, vel ab aliis Electoribus diſcrepanti, adhoc, quòd dicta non ſuſpenderetur, nimirum in periculum totius Chriſtianitatis: vocem tamen velut arbiter ea vice haberet in electione, & cum quibus ipſe corcordarit Electoribus, illorum electio vim haberet, altera per hoc invalida permanente. Ita etiam, quòd omnes illi Electores antequã eligerent, jurare tenerentur, quòd eligere vellent in regem, quem ſcirent reip. utiliorem, ac etiam meliorẽ: & facta ipſa electione, dũ apud urbem Aquiſgranum Leodienſis diœceſeos electus ipſe primam, quam vulgus appellat ferream coronam, recipere deberet in præſentia totius populi, omnes ipſi Electores denuo tenerentur in Eccleſia beatæ Mariæ Aquiſgrani (in qua corpora Caroli Magni & Ottonis tertii prędictorum ſunt ſepulta) ſuper ſancti Stephani martyris & quorundam aliorum ſanctorum venerandas reliquias per ipſos Electores corporaliter tactas denuò jurare, quòd juxta eorum noſſe meliorem, utiliorum quoq; reip. elegiſſent, ſcilicet hunc præſentẽ regẽ coronandum. Sed ipſe Carolus IIII. per ejus aſtutias quomodolibet fecit, ꝙ illi, qui eum elegerunt, non p̃ſtiterunt hujuſmodi juramenta, contra eandem veterem conſuetudinẽ ad minus inantea per CCC. annos, vel circà, laudabiliter obſervatam, nec etiam ſic jurarunt ipſi Electores corrupti pecunia, ꝗ dicti Caroli IIII. filium, videlicet p̃fatum Wenceſlaum regem Boëmiæ in Romanũ principem elegerunt. Sic optimum ordinem ꝓpter ſuum privatum commodũ in reip. læſionem graviſſimam perverterunt. Præterea idem Carolus IIII. dictus Auguſtus, videns inſatiabilem avaritiam principum electorum, ꝗ tunc erant, quæ ab antiquis temporib. eſſe invaluit, ac ſemper remanſit & remanet ſitibunda, & præcipuè illorum trium Pontificum, qui in electione regis Romani habent vocem, licet in antiqua Saxonia, q̃ nunc Weſtphalia appellatur, præſidatus & omnia jura Imperialia ibidẽ antiquis temporibus pro cuſtodia pacis deputata, per vicinos domi-

Saxonia antiqua, nunc Vueſtphalia dicitur.

dominos ſpituales & temporales uſurpata fuiſſent, prout & hodie uſurpantur,& non ſupereſſet,niſi unum caſtrum Imperiale, Tremonia nuncupatum, ad quod adhuc comprovinciales in caſibus juris dubiis concurrere ſolent,& cognoſcens,quòd iſtud idem caſtrum dominus Fredericus modernus Archiepiſcopus Colonienſis pro Eccleſia Colonienſi deſideraret, licet penè reliqua omnia poſſideat in partibus illis, ipſe Carolus diſplicendo Deo, & conplacendo dicto Pontifici,Frederico donavit. Unde dictus Archiepiſcópus per unũ annum, vel circà, oppidanos dicti oppidi valida obſidione conturbavit.demum tamen non valens Deo annuente ipſis obſeſſis proficere, abinde non abſq; confuſione receſſit,ipſo Carolo dicto Auguſto hęc etiam diſſimulante. Voluit etiam idem Carolus dictus Auguſtus multa Imperialia oppida in Suevia, Alſatia & Franconia conſtituta ad placendum aliis Pontificibus & Magnatibus Germaniæ pleriſq;, ſub diverſis titulis concedere,ſicq; ab Imperio illa, quorum tamen nullũ acquiſivit,perpetuò abalienare:ſed habitatores illorũ hæc videntes,& libertates eorum perdere nolentes inſimul confœderationes fecerunt contra donantem & donatarios hujuſmodi,& ſic ſe non abſq; maxima ſtrage ſuorum apud Imperiũ conſervarunt. Demũ procuravit talem qualem electionẽ dicti Wenceslai regis per Vrbanum Papam VI. orto jam hoc ſchiſmate,ac in ejus principio fecit apꝓbari: & per hoc acquiſivit idem Urbanus, quòd dictus Carolus Imperator adhærebat eidẽ. Præfato autem Carolo Auguſto nominato,poſtea defuncto,idem Wenceslaus rex,licet tunc robuſtus copore, dives auro & argento,ac etiam potens in populo admodum foret, tamen infra XX. annos & ultrà, quibus reip. præfuit, quòd dictum ſchiſma tolleretur,vel ſaltem imperium hujuſmodi reformaretur in aliquo inſtare ſeu efficere nõ curavit, impugnantib. etiã vi fideles imperii,& jura illius ſibi vendicare conãtib. in diverſis provinciis non reſtitit verbo,ſcripto, vel facto,ac ſi eũ hoc non tangeret,niſi forſan ab oppreſſis in juſtè fidelib. ejuſdẽ imperii pſidium ab ipſo pretio emeretur, ac quo ad in his & in aliis patrizando, nobiliſſimã ac famoſiſſimã provinciam Lombardiæ,quã ipſe Otto Magnus Auguſtus viridarium imperii appellavit, & eidem imperio ſingulariter incorporavit, ut per Imperatores & reges Romanos,q eſſent pro tẽpore, jure proprietatis ꝑpetuò regeretur, etiam

Wenceslai regis ignavia.

Lombardia Viridarium imperii.

etiam quodammodo ſeparando ab imperio in optimo foro vendidit tyranno,qui eam pro majori parte tunc tenebat,ſcilicet pro ſumma C. & L. millium florenorum, quos ſibi aſtuta vulpecula imburſavit,cum multæ civitates in ipſa Lonbardia conſiſtant,quarum quælibet ſuo poſſeſſori multò pl' fructificat annuatim. Et ſic filius patrizando concuſſit ſecũdum angulum Mediolanum, ſicut pater concuſſit primum angulum Imperialis domus, ſcilicet regnũ Arelatenſe,quod tranſtulit in ducem Andegavenſem. Unde tota ipſa domus remanet deformata,& olim Imperialis potentia per hoc nũc quaſi totaliter comminuta ſeu cõcuſſa videtur, ut inferiùs in alia notula pleniùs dicetur: ſicq; ferus aper de ſylva,ſcilicet ipſe Wenceslaus depaſtus eſt hujuſmodi viridarium imperii, & metuit,quod non ſeminavit,exinde & propriè aper dict', quia ad feras agitandum ſylveſtres tota ſua intentio illis temporibus verſabatur. Et puto,quòd hi,pater & filius & uterq; ipſorum totum reſiduũ imperii libentiſſimè vendidiſſent,ſi reperiſſent emptorem,ita ut de ipſis verificaretur iſtud Saluſtii in bello Jugurthinẽſi,qui loquitur de Jugurtha rege Numidiæ in hanc ſententiam,ꝙ cùm rex Jugurtha ad Romam propter fratricidium & multa immania ſcelera, q̃ perpetraverat,ut dignis digna reciperet,ipſe pervenerat,pecunia cõſulibus corruptus,poſtremò ipſam Romam nõ ſolum impunitus,ſed & in regno ſuo confirmatus exivit:&,dum infra terminum à conſulibus ſibi datum Romam lætabundus exiret, ſæpiùs tamen intuendo Romam,hujuſmodi dum iter adhuc ageret,ad illam fertur dixiſſe, Urbem venalem maturè perituram, ſi inveniret emptorem.Hic etiã Wenceslaus diſſimulavit & permiſit,quòd dominus Wernerus modernus Archiepiſcopus Trevirenſis unicum oppidum Imperiale, VVeſſaliam nũcupatum,ſuper flumen Rheni, cinxit graviſſima obſidione quaſi per annum integrum: unde etiã maxima ſtrages hominũ & etiam multa alia mala ſecuta ſunt,quæ guerræ parturiunt. Et licet idem VVenceslaus rex ab eiſdem obſeſſis,etiam mediantibus multis pecuniis ſibi datis & per eũ receptis interpellatus exiſteret, promiſiſſetq;, ꝙ ei ſubveniret,tamen hoc facere non curavit. Unde prædictus Archiepiſcopus etiam hujuſmodi oppidum tandem ſuæ Eccleſiæ uſurpavit. Præterea cùm olim modernus rex Franciæ Carolus contra quendam ducem Guilhelmum Geldriæ intraſſet,

poſt-

poſtquam prædictum ſchiſma fuit ortum,& idem VVenceslaus rex per partium inferioris Germanos quàm plures magnæ authoritatis requiſitus exiſteret,ut ei ſubveniret contra eundem regem Franciæ, quia per hoc dictum ſchiſma ſedare,necnon divitias,gloriam & honorem, ac etiã illicitè uſurpata jura imperii per eundem regem Franciæ incunctanter recuperare poſſet:tamen hoc facere non curavit in perpetuũ damnum imperii memorati. Hic etiã dominus VVencesla⁹ rex apud eundem dominum Urbanum VI. dum illos probos Cardinales, quos poſtea ille pater patrum mactavit, ſeu mactari fecit in Janua, nec ſcripto,nec facto pro eorum liberatione laboravit. Unde divino judicio multifariè & longo tempore nunc à propriis ſuis,nunc ab aliis graviter afflictus, & rempublicam quam augere debebat, vecordia impeditus & avaritia ſtimulante deſtruxit, divino judicio juſto de Imperio depoſitus eſt:quia ſecundum Philoſophum 3. Politic. Cùm monarcha non principatur pro bono communi, tunc pro ejus expulſione laborandum eſt pluribus etiam vicibus. Ex pòſt captivatus & diu in captivitate detentus fuit,& tamẽ afflictio ei nõ tribuit intellectum. Unde meritò comparatus eſt jumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis,atq; à Deo percuſſus eſt in poſterioribus ſuis,quia nõ habuit prolem,& datum eſt ei opprobrium ſempiternum. Noviter autem contractus factus eſt, ita quòd nequivit pedibus propriis ſiſtere, neq; manus movere, ſed ut lignũ de loco ad locum cum vehiculo aut aliorum manibus bajularetur. Quid nunc ei ſuffragantur argentifodinæ, ac theſauri maximi, ſed caduci, quos ipſe pater ejus præcipit avariſſimè congregare,ipſeque filius poſtea omni ſollicitudine augmentavit,& hactenus cõſervavit intactas? Pro certo juſtiſſimè rex ipſe VVenceslaus divino judicio ſic affligitur, juxta illud, Et nunc reges intelligite,erudimini,qui judicatis terram: ſervite Domino in timore, &c. Noluit enim intelligere,ut bene ageret,cùm potuit,ſed jura dicti Imperii conſervare neglexit,imo pro virib. diſſipavit, cum tamen nulli Imperatorum ac regum Romanorum data ſit poteſtas à jure,vel ab homine, diſſipandi vel alienandi jura ipſius imperii, quæ ſunt Juris publici:ſed ſi ea nequeat augere,tenetur tamen ea Imperator, vel rex Romanus diligentiſſimè conſervare,& propterea Auguſtum ſe appellat. Præterea ſucceſſor ejuſdem domini VVenceslai

Iura Imperii ſunt Iuris publici

qualiter hæc advertit, necnon pro reformatione ejuſdem Imperii laboravit & inſtat, manifeſtum eſt: quia quod bruchus priùs de illo non comedit, regnante ipſo eruca conſūpſit. Nunquid ipſa Lombardia eo regnante guerris concuſſa eſt, & concutitur in totum, nec ei per ipſum modernum regem Romanum ſuccurritur, terram terra Imperii deſtruit, & innumera hominum cędes & alia flagitia in ea perpetrantur, & potiſſimè in terris Imperii, eo diſſimulante. Expectavimus, ut hic faceret judicium, & ecce iniquitas: & juſtitiam, & ecce clamor. Sed non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare non poſſit, & jam etiam in Italia ipſa nomen Imperatoris in oblivionem ejus vecordia & negligentia penè devenit. Similiter in Germania aliqua oppida & terræ ipſi imperio remanſerunt, non virtute ipſorum regentium noſtro tempore dictum imperium, ſcilicet infra quinquaginta vel LX. annos proximè lapſos, ſed propter fidelitatem immobilem habitantium in eiſdem oppidis ſive terris, quam ad ipſū imperium geſſerunt & gerunt: & ne ad manus tyrannorum ab ipſo imperio devenirent, ſive deveniant, ſe conſervarunt hactenus & conſervant, non verentes inde quæq; aſpera ſubire. Et licet ipſi electores Pontifices in ſtatu, gloriis & divitiis quaſi regibus ſunt conformes, tamē aliqui eorum (proh dolor) avaritiæ odore eos quotidie inſtimulante non timent contra regem Romanum & Imperium quandoq; conſpirationes & rebelliones ſuſcitare, & cum rege Francorum & aliis hoſtibus Imperii inconſulto rege, ſeu Imperatore Romano privatas confœderationes & pacta facere, in maximum detrimentum Imperii memorati. Unde contigit, quod etiā ſeculares principes & magnates pleriq; ipſius Germaniæ ſimilia facerent, & adhuc faciunt aliquando, ita quod rectè verificatur apud eos id Saluſtii de bello Jugurthino, Ita, videlicet, cum potentia avaritia ſine modo immodeſteq; invaluēre, polluere & vaſtare omnia, nihil penſi neq; ſancti habere, quo ad ſemetipſam pręcipitavit. Cōradus tertius Auguſtus etiam natione Theutonicus in augmētum Catholicæ fidei in Terræ ſanctę ſubſidium profectus, etiam Damaſcum diutinè obſedit. Fridericus primus Auguſtus regnum Hieroſolymitanum tunc à Soldano Babyloniæ occupatum recuperavit in totum, & ibidem cum filio ejuſdem nominis adoleſcentulo, ardentis ingenii & ſtrenuitatis eximiæ pro augmē-

Electorum avaritia.

Conradus III. imperator Germanicus.

Fridericus primus.

te fidei & Imperii prædictorum, poſt alia multa magnalia per eum ibidem,& in omnibus finibus Imperii ubiq; peracta,vita deceſſit. Fridericus vero ſecundus Auguſtus eadē de cauſa in ipſa Terra ſancta & Ægypto per biennium continuò ſtetit,& ibidem omnibus bene compoſitis ad decus Imperii ad regem Hieroſolymitanum ſacra die Palmarum in ſignum glorioſæ victoriæ ſe fecerat coronari. Quorum Imperatorum & etiam multorum aliorum regum & Imperatorū Romanorum nationis Germaniæ memorabilia & magnalia facta etiam in maximis voluminibus deſcribi non poſſet: noſtri autem temporis reguli tueri jura Imperii etiam eis vicina non curant,attamen Auguſtos,ænigmaticè puto,ſe appellant,quaſi tanta majeſtas tripudiis & vanitatibus ac verbis tantùm inhæreat,& non factis. Et ecce, quam bene cōveniunt hodie Romani principes cum prædeceſſoribus eorundem? Verè malè concordat Pſalterium cum cythara inter ipſos,ſicq; turbidis jam diu manentibus negociis Imperii,ſummi Pontifices,qui fuerunt interim, vel ſaltem multi eorundem,non contenti etiam multis & magnis dominiis in ipſa Italia, quæ ſibi ab ipſo Imperio quomodolibet vendicarunt, etiam extendentes manus ſuas ad regnum Arelatenſe,ſeu Galliam, Avinionem & quaſdam alias civitates Provinciæ provinciarum, quę ſunt etiam juris & proprietatis ipſius Imperii,ea ſub quibuſdam titulis receperunt,& in eis palatia & mœnia ultra modum magnifica conſtruxerūt, quæ pleriſque cauſam publici ſchiſmatis præſtiterunt. Et cōſiderentur ſingula hic narrata, quę(proh dolor) ſunt veriſſima. Videmus,quod quaſi Imperiale decus, ſive alterum ex duobus luminaribus magnis,quę lucent in firmamento cæli,ſublatum eſt,quaſi ſcilicet luna, per hujuſmodi uſurpationes,potiſſimè ſacerdotum,quod ſicut ſacerdotes Judæorum ad eam devenerunt dementiam,peccatis ſuis exigentibus in paſſione filii Dei,quòd in eorum & totius populi Judaici cōfuſionem veraciter dicere poſſent,regem non habemus, niſi Cęſarem:quod eodem modo jamdiu timui & timeo,quod noſtri ſacerdotes Catholici cum Rō. Eccleſia dicere poſſint, Regem non habemus niſi Pontificem. Unde vidimus prędictum ſchiſma jam XXX. annis,& ultrà,viguiſſe, & ſemper de malo in pejus declinare,atque fomenta recipere nimium venenoſa. Unde timēdum eſt etiam,niſi Deus nobis piè ſuc currat,quod talis tribulatio ventura ſit in clericis, qualē antea

Fridericus ſecundus.

Pontifices Romani imperii detentores & occupatores.

veniſſe legimus in Judæis, prout quidam ſolennis memoriæ clericus & deſcriptor hiſtoriarum tempore Gregorii Papæ X. nomine Jordanus, de ipſa VVeſtphalia oriundus, hæc videtur tunc temporis omnia in ænigmate prædixiſſe. Mirũ admodum, quare ſic deprimitur Imperium, maximè per illos, qui hoc illæſum conſervare deberent, non advertentes, quod idem Deus, qui creavit cælum, creavit & terram: & qui creavit ſolem, creavit & lunam: & qui diſcernit & diſtribuit jura humano generi conſtituit, imperium, & juſſit ut id per Juris regulas ad vitandum mala & faciendum bona ſalubriter reformetur. Deſcripto igitur aliqualiter veteri & moderno ſtatu Imperii: nunc reſtat, qualiter politia Eccleſiæ ſtet impræſentiarum, in capite definire. Et ecce à toto tempore jam penè per unum annum integrum apud nos fuerunt valde multi ambaſiatores diverſorum regum, principum & communitatum laborantes ſollicitè, quod finis ſchiſmati imponeretur, eidem prævidentes, quod, ſi hoc non fieret, maxima exinde pericula, præcipuè in eiſdem partibus Italiæ, imminerent. Dominus autem Gregorius Papa modernus, ſemper ambaſiatoribus iſtis uſque nuperrimè benignè reſpondit, quod paratus eſſet dictum ſchiſma tollere, pacemq; mundo dare, ſollicitando etiam ſcriptis ſuis crebrius Antipapam adverſarium, ut, poſtpoſitis deinceps excuſationibus frivolis, ſecum in hoc concurrere vellet. Alter verò, ſcilicet ipſe Antipapa, ſe variis modis, dictis & ſcriptis excuſando reſpondit, quod hoc per eum non ſtetiſſet, neque ſtaret ullo modo: & ſic communis populus remanſit & remanet illuſus, quia neſcitur, quis eorum eſt in culpa, quare ipſa unio ſic differtur. Quibus ſic ſtantibus, ipſe dominus Papa in mente ſua concepit aliquos de ſuis charis in Quadrageſima proximè lapſa creare Cardinales. Sed alii domini Cardinales, qui tunc hîc fuere præſentes, hoc fieri diſſuadebant, multas rationes, quare protunc illud fieri non expediret, in medium adducentes. & etiam multi alii magnę authoritatis viri pro Eccleſiæ pace ſe interpoſuerũt apud ipſum Gregorium Papam, eumque ſupplices rogitabant, ut ad obviandum ſcandalo ab eorundem novorum Cardinalium creatione ceſſaret, ſed potiùs ad faciendam unionem dictam inſiſteret, quia ſic omninò fieri expediret: ac poſtremò tantum effecerunt protunc precibus oportunis, ut in hoc uſque ad tertiam Dominicam

nicam, poſt feſtum Paſchæ noviter lapſam ſuperſederit: ſed tunc eandem materiam reſumens, dictos Cardinales creare modis omnibus ſatagebat, tamen ipſos alios dominos Cardinales, quod in eo ſibi conſentirent, nullatenus inducere potuit precibus, ſive minis. Videntes autem ipſi veteres domini Cardinales, quod penes eum fruſtra ſuper hoc laborarent, inſimul convenerunt, &, ut dicitur, jurejurando affirmarunt, quod nullatenus illos, quos crearet, pro Cardinalibus reputarent. Sed ipſe dominus Papa nihilo minùs die Mercurii in quarta ſeptimana poſt Paſcha quatuor Cardinales novos, accerſitis ſibi aliquibus prælatis, ſed abſentibus aliis dictis dominis Cardinalibus, creavit (unde ipſi alii Cardinales & curiales valde conturbati fuerunt) & die Sabbati tunc proxime ſequenti eoſdem novos Cardinales pronunciavit in publico conſiſtorio, ut eſt moris: quorũ duo ipſius ſunt conſanginei, ſeu nepotes, & reliqui ſibi ab antiquo fuerunt ſingulari amicitia, ut dicitur, copulati. Die autem Veneris inter hæc de mane tempeſtivè dominus Cardinalis Leodienſis mutato habitu, ipſemet tertius abhinc verſus civitatem Piſarum ſeceſſit: quo intellecto per quendam nepotem ipſius domini Papæ laicum, poſt ipſum multos armigeros ilico de hâc civitate deſtinavit, ut eum apprehenderent & reducerent violenter. Et interim ipſe laicus hoſpitium dicti domini Cardinalis, & res, quæ in eodem remanſerant ſpoliari, aut ea deſcribi fecit, & quaſi apprehenſus fuiſſet ipſe fugiens Cardinalis à perſequentibus: qui ipſum dictum dominum Cardinalem prope caſtrum, quod vocatur Liberum fatum, diſtans à civitate Lucanenſi per IIII. miliaria Italica, & eſt de comitatu civitatis Piſanenſis, ſed per Florentinenſes detinetur, cepiſſent, niſi capitaneus dicti caſtri manu forti eidem domino Cardinali contra ipſum perſequentes hujuſmodi ſubitò ſubveniſſet. Igitur aliqualis pugna tunc committitur inter hos & illos, & aliquibus damnis hinc inde illatis, ipſe dominus Cardinalis in eodem caſtro tuebatur, ipſique inſequentes fugati redeunt ad nos, & turpiter per civitatem, ut fures & latrones tracti fuerunt, ac in publicis carceribus intruſi, & per hoc etiam liberabantur aliqui familiares dicti domini Cardinalis Leodienſis, qui eadem die hîc tanquam dictæ fugæ conſcii per gentes armorum dicti domini Papæ capti fuerunt: quod videntes cæteri domini Cardinales antiqui,

qui,

qui, gaviſi ſunt gaudio magno, & dixerũt adinvicẽ, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantiũ: citò fugiamus ab his oris: nec mora, eorũ ſeptem circa horam veſperarum invicem ab eadem civitate Lucenſi receſſerunt ſequendo dictum dominum Cardinalem Leodienſem: & omnes ſimul illa hora abhinc receſſiſſent, ut fertur, niſi eorum quatuor tunc ſe dediſſent ob viam extra portam domino Cardinali S. Angeli Romani, qui tunc de Piſis caſu veniens Lucam volebat intrare: qui quidem Cardinalis Romanus in craſtinum, videlicet die Sabbati proximè præterita, etiam ivit ad Piſas. Et remanſerunt tunc quatuor eorundem veterum dominorũ Cardinalium, quorum tamen unus ſcilicet Burdegalenſis pòſt ad alios ſuos confratres etiam ad Piſas acceſſit, & necdum eſt abinde reverſus. Veruntamen multis rationibus & precibus illo tempore præfatum dominum Gregoriũ Papam flectere conabantur ad faciendam citò unionem memoratam: verùm precibus aliquorum magnorum ipſi reliqui Cardinales inducti penes nos remanſerunt, ſcilicet dominus Neapolitanus, Laudẽſis & Tudertinenſis: quibus ſic ſtantibus die Dominica quarta poſt Paſcha, prædicti profugi domini Cardinales quandam appellationem à loco non tuto contra eundem dominum Papam interpoſuerunt, & publicaverunt in Piſis, quæ die Lunæ proximè præterita ipſi domino Papæ in Publico conſiſtorio, dum in præſentia eorundem Curialium dictis novis creatis Cardinalibus more conueto annulos & inſignia donaret, intimata fuit. Cui illico reſpondens dominus Papa dixit, quòd non deferret eidem. Et hìc fama fertur, quòd Antipapa cum ſuo collegio etiam ad civitatem Piſarum ſit adventurus in brevi pro unione hujuſmodi ibidem facienda: hoc fieri per dictũ Antipapam dubito valde. Eadem verò die Dominica quarta de mane quidam Romani ambaſiatores domini Ladislai regis Siciliæ, & Romani in audientia publica duo petiverũt ab ipſo domino Papa, ut etiã hìc fama currit: ſcilicet quòd cùm ipſi elegiſſent eundem Ladislaum regem in eorum regem, ipſe dominus Papa eandem electionem approbare, necnon ipſum dictum Ladislaum in Romanum regem coronare, ſibique Romam & plures alias terras Eccleſiæ neſcio qualiter confirmare ſeu de novo concedere vellet. Sed ad hæc ut magna peteret ipſi ambaſiatores Romani, dictus

dominus Papa dicitur reſpondiſſe. Verumtamen ipſi Romani dicto domino Ladislao ingredienti tunc dictam urbem fecerũt illum honorem, quem ſolent facere veris Imperatoribus Romanis, & talẽ, quòd aliquis, niſi hoc vidiſſet, vix forſan credederε poſſet. Præterea nonnulli præſules ſperantes, quòd dicta unio citò fieret, qui huc de diverſis partibus adventarant, paſſim recedunt propriã repetentes, & uſque nunc hæc apud nos acta fuerunt, & quæ ſequentur, citò videbimus Domino concedente. Ecce quanta diſpendia ſæpe proveniunt ex acceptione perſonarum: unde nunc iterum velum templi noſtri diviſum eſt in duas partes, ita quòd ultra id maximum ſchiſma inter certantes de Papatu aliud, minus tamen, ſchiſma inter dominum Gregorium prædictũ & ſuum collegium dominorum Cardinalium exortum eſt, & exinde multa diſturbia ſubſequuntur, maximè propter creationem novorum Cardinalium prædictorum, invitis aliis Cardinalibus antè dictis, ab ipſo Gregorio factam, quia propter acceptionem perſonarum Deus aliquando iraſcitur, juxta illud, Non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege, Malach. 2. Super quo ſecundum gloſſ. inter omnia peccata ſacerdotum quaſi maximum notatur, quòd non cauſas, ſed perſonas cõſiderent. Præterea ipſe dominus Gregorius Papa dicta die ſabbati proximè præterita, in eodem conſiſtorio publicè dixit, quòd ipſe habuiſſet & haberet bonam intentionem ad faciendam dictam unionem, tamen non per viam ceſſionis, quia illam judicaret injuſtam, quod per priùs Curiales certò ſcire poterant ab eodem: de quò ipſi Curiales & alii hæc audientes admirabantur pariter & dolebant. Numer. 27. dicitur, Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare Terram: & poſt pauca ſequitur, Cui reſpondit Moyſes, Provideat dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc: & poſſit intrare & exire ante eos, & educere illos & introducere: ne ſit populus Domini, ſicut oves abſq; paſtore. Dixitque Dominus ad eum, Tolle Joſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis Synagoga filiorum Iſraël. Super quo beatus Hieronymus ait: Moſes amicus Dei, cui de facie ad faciem locutus eſt, paravit utique ſucceſſores principatus ſuos filios facere, & poſteris propriam relinquere di

gnitatē:ſed extraneus de alia tribu eligitur,ut ſciremus principatus in populis non ſanguini deferendos eſſe, ſed vitæ merito.Item, Dominus dedit principatum Eccleſiæ Petro, Matth.17.non Joanni.qui tamen virgo & inter cæteros dilectus Domino erat.Item,Carnalis amor eſt quaſi quędam cathena,qua ligatos ſimul cuſtodit diabolus miniſtros eccleſiæ,ne evadant,ſicut duo equi ſolent ſimul ligari,ut unus alium cuſtodiat.Præterea Salomō ait:Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam,qua ſtudioſiſſimè ſub ſole laboravi,habiturus hæredem poſt me,quem ego ignoro,utrum ſapiens an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis,quibus deſudavi & ſollicitus fui: & eſt quicquam tam vanum? Unde ceſſavi,renunciavitque cor meum ultrà laborare ſub ſole.Nam cùm alius laboret in ſapientia & doctrina & ſollicitudine,homini ocioſo quæſita dimittit: & hoc ergo vanitas & magnum malum,Eccleſiaſtes 2. Sed ſi hoc etiam ipſe Carolus IIII.dictus Auguſtus prudenter cogitaſſet,forſan Romanum Imperium,cujus ipſe pater & auctor, rebus ordinatè procedentibus, eſſe debebat, ſuis juribus,quæ ipſe non acquiſiverat,non ſpoliaſſet, per hoc injuſtè ſanguinem ſuum,carnali ſeductus amore,ditando.Et utinam etiam dictus ejus filius hęc adhuc perpenderet,& redderet,quæ ſunt Cæſaris,Cæſari: & quæ Dei,Deo , in tempore oportuno. Quia de malè quæſitis non gaudet tertius hæres.! Vale chariſſime,prout opto.Datæ apud Petram ſanctam Lucanenſis diœceſeos,XVI.die menſis Maji , anno nativitatis Domini noſtri Jesu Chriſti,M.CCCC.VIII.

Carolus IIII. de ſuis ditandis ſollicitus.

BULLA DOMINI GREGORII PAPÆ de ſtatu & conditionibus religioſorum ordinis ſancti Benedicti terræ Friſiæ,

CAPUT XXXIIII.

GRegorius,&c.dilecto filio Aynardo Foceonis monacho, olim Abbati Monaſteriorum ſanctorum Petri & Pauli in Veltuverden ordinis ſancti Benedicti Monaſterienſis diœceſeos,ſalutem.Admonet nos ſuſcepti cura regiminis, & au-

authoritas Pontificalis inducit,ut pro felici locorum & perſonarum religioſorum ſtatu vigilemus,ſicut eorum neceſſitatibus libenter occurrimus & diſpendiis obviamus, ac profectibus inſiſtimus,ita quòd eis ſub Apoſtolici favoris & gratiæ plenitudine quieſcentibus, ſalutiferi fructus & exempla laudabilia commodiùs colligi poſſint ex ipſis. Ita prævaricātium ſpinas & nocivos tribulos eradicare,ac loco illorum devota Deo plantamina transferre virtutum,profectus ampliare,ac meriora ſurrogare curamus ad Divinæ laudis augmentum & humanæ ſalutis commodum ampliora. Sanè nuper ad noſtrum pervenit auditum,quòd in partibus Friſiæ XXII. monaſteria ordinis S. Benedicti Bremenſis, Monaſterienſis & Trajectenſis diœceos conſiſtunt,in quibus olim,videlicet in primæva eorum fundatione,ac diu poſtea, tantummodo moniales dicti ordinis degebant: ſed ſucceſſu temporis contigit, quòd in eiidem etiam mares ejuſdem profeſſionis in magno numero qualitercunq;cum monialibus dictorū monaſteriorum,qui fuerunt pro tempore, degerent, prout degunt ad p̄ſens,ita quòd illorum monaſteriorum undecim p̄ Abbates,& duo per priores,& novem per*Papatū hodie gubernantur.in quibus penè omnis religio & obſervantia dicti ordinis,ac Dei timor abſceſſit,libido & corruptio carnis inter ipſos mares & moniales,necnon alia multa mala,exceſſus & vitia, quæ pudor eſt effari,per ſingula ſucceeverunt,ac de die in diem magis pullulant & vigent in ipſis. Nempe in monaſteriis hujuſmodi monachi, & converſi eorunde monaſteriorum,necnon prædictę moniales inſimul habitant,& quandoq; ad aliqua hujuſmodi monaſteriorum ſuorum regiminibus prę̄latorum deſtituta,loco illorum defunctorum prælatorum nonnulli de ſtatu & vita ſeculari,quiq; in ſeculo exiſtentes etiam luxurioſè vixerūt, ſæpius aſſumuntur,in regularibus inſtitutis dicti ordinis penitùs non inſtructi, necnon de regiminibus monaſteriorum prædictorum præter authoritatem & conſenſum ſedis Apoſtolicæ ſe intromittunt,in eiidem monaſteriis prælationis nomen ſibi temerè uſurpando,ipſique de ſtatu & vita ſecularibus aſſumpti quādoq; concubinas ſeu focarias eorum,quas exiſtentes,ut præfertur,in ſeculo,tenuerunt,etiam cum pueris, quos ex eiſdē focariis procrearunt,ſecum ad prædicta monaſteria, ad quæ recepti fuerunt, ducunt, illos tenendo & fovendo publicè

* Patres; forté.

in eiſdem,prout fecerunt priùs,dum in ipſo ſeculo moraren-tur,nec emendati de tali ſcelere etiam Miſſas & alia divina officia celebrare non verentur:ipſæque moniales pro earum libitu voluntatis ſæpè, imò ſæpiùs prædicta monaſteria e-xeunt,convivia ſecularia atque notos & amicos earum fre-quentando,& iterum redeunt ad eadem, quia ipſæ monia-les ſub clauſura perpetua & debita non exiſtunt, & quod quidem etiam deteſtandum eſt, potiſſimè meſſis tempore cum dictis converſis ad colligendum frumenta & fœnum extra eadem monaſteria tranſeunt, & durante meſſa hujuſ-modi in campis,pratis& paſcuis multos dies inutiliter ac in-honeſtè conſumunt. Fornicantur etiam quàm plures hu-juſmodi monialium cum eiſdem ſuis prælatis ac monachis, & converſis, & in iiſdem monaſteriis plures parturiunt fili-os & filias,quos ab eiſdem prælatis,monachis & converſis, fornicariè,ſeu ex inceſtuoſo coitu conceperunt.Filios autem in monachos, & filias taliter conceptas quandoque in mo-niales dictorum monaſteriorum recipi faciunt & procurant: &,quod miſerandum eſt, nonnullæ ex hujuſmodi monali-bus maternæ pietatis oblitæ,ac mala malis accumulando,a-liquos fœtus eorum mortificant,& infantes in lucem editos trucidant,ſeq habent ſæviſſimè circa illos,etiam Dei timo-re ſecluſo. Unde ſi tales moniales. quæ talia perpetrant, eſ-ſent perſonæ ſeculares, ipſæ pro tam inhumanis ſceleribus eorum juxta leges ſeculi morte ſæviſſima damnarentur. In-ſuper,quaſi ſingulæ moniales hujuſmodi ſingulis monachis & converſis antè dictis ad inſtar ancilliarum ſeu uxorem eo-rundem monachorum & converſorum ſternunt lectos, la-vant etiam eis capita & pannos eorundem monachorum& converſorum,necnon decoquunt ipſis cibaria deelicata, ac die noctuque cum ipſis monachis & converſis in commeſ-ſationibus & ebrietatibus creberrimè converſantur:unde lu-xus ſive cõcupiſcentia carnis hujuſmodi ferventiùs ardet ſeu æſtuat. Inter ipſos etiam multi alii graves & enormes ex-ceſſus ꝓpterea in eiſdem monaſteriis perpetrantur,quia abſ-que viſitatione & correctione præmiſſa exceſſus & certami-na remanent ut frequenter.Nam diœceſani ſive locorũ ordi narii alicujus ſunt gentis,& linguæ,atq; in partib. & diœce-ſibus eorundem forſan aliis negociis occupãtur, vel ſunt in-tenti:unde per ſeviſitationis officium in eiſdem monaſteriis
non

non impendunt, nec impenderunt etiam à tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit: propter quę animarum & alia multa grandia pericula in ipſis monaſteriis, necnon ſcandala in populo partium prædictarum ſæpiſſimè ſuſcitata fuerunt hactenus, & ſuſcitantur indies, & propterea etiam multæ nobiles & honeſtæ puellæ earundem partium, quæ devotionis cauſa, & ut animas earum Deo lucrifacerent, religionem ipſam libenter intrarent, & profiterentur eandem, videntes tot turpia & mala fieri in eiſdem monaſteriis, in ſeculo hujuſmodi remanent, ne, ſi fortè religionem profiterẽtur, tandem ſcandalizarentur & corrumperentur etiam per prælatos ac monachos & converſos hujuſmodi in monaſteriis antè dictis. Nos igitur, quorum intereſt, qui intenſis deſideriis ſalutem zelamur ſingulorum, volentes huic morbo, quantum ex Alto conceditur, congruam adhibere medelam, cupientesque, quòd monaſteria hujuſmodi, excluſis inde penitùs hujuſmodi nocivis vepribus, ſpinis & tribulis, deinceps ſalubriter & feliciter gubernentur, ac de tuis induſtria ac probitate in Domino plenè confiſi, te viſitatorem p̃dictorum monaſteriorũ usq; ad quinque annos à datis præſentium computandos, noſtra tamen & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum juriſdictione ſemper ſalva, tenore præſentium facimus, conſtituimus & etiam deputamus: dantes & concedentes tibi plenam & omnimodam poteſtatem ſemel, pluries & toties quoties tibi utile vídebitur, cum conſilio tamen & aſſiſtentia aliquorum dicti ordinis in eiſdem inſtitutis expertorum & Deum timentium, de quibus tibi videbitur, & quos ad hoc duxeris eſſe aſſumendos, hujuſmodi officium exequendi in monaſteriis antè dictis, & de ſtatu prælatorum, monachorum, monialium & converſorum prædictorum, & obſervantiis regularibus in eiſdem monaſteriis atque locis inquirendi, ac eadem monaſteria in capitibus & in membris tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus viſitandi: & quæ reformanda inibi videris, reformandi: & quæ corrigenda, corrigendi: ac punienda puniendi, juxta prædicti ordinis regularia & Apoſtolica inſtituta: ac eradicandi & plantandi & cum illis ex prælatis, monachis, monialibus ac converſis hujuſmodi, qui forſan ſymoniacum habuerunt ingreſſum, diſpenſandi: ac capitulum provinciale dicti ordinis in eiſdem

partibus, etiam toties quoties tibi videbitur, convocandis necnon prælatos hujuſmodi criminoſos, aut negligentes, ſeu inutiles juxta qualitatem exceſſuum per eos commiſſorum, ſine judiciorum ſtrepitu ab eorum adminiſtrationibus penitùs removendi, & alios ad hoc utiles & idoneos in eiſdem monaſteriis loco illorum ſubrogandi: necnon omnia alia & ſingula faciendi, ordinandi & diſponendi, prout de triennio in triennium in provincialibus Conciliis dicti ordinis, ſi fierent in partibus illis, juxta eadem inſtituta fieri poſſent & deberent. Contradictores quoq; per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris oportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi plenam & liberam authoritate præſentium tibi cõcedimus facultatem: non obſtantibus mandatis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quibus cavetur, quòd nullis, niſi dignitate præditis, aut perſonatum habentibus, ſeu eccleſiarum Cathedralium Canonicis cauſæ authoritate literarũ ſedis Apoſtolicæ vel legatorum ejus committantur, & etiam non obſtantibus conſtitutionibus, privilegiis, indulgentiis & literis Apoſtolicis quibuſcunq; locis vel perſonis dicti ordinis conceſſis vel concedendis, ac ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum & ordinis prædictorum in contrarium æditis quibuſcunq; etiam juramento vallatis, aut per ſedem Apoſtolicam confirmatis, per quæ earum effectus poſſit quomodolibet impediri vel differi, & de quibus quorumq́; totis tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio faciẽda, ſeu ſi pręfatis pręlatis, monachis, converſis & monialibus, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim à prædicta ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel exercitari, aut extra vel ultra creta loca ad judicium evocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum die indulto hujuſmodi mentionem. Nos enim ſententias, quas ritè tuleris in rebelles, ratas habebimus atque gratas, ac faciemus authore Domino usque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datæ Lucæ, Idibus Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

ALE

ALIQUALIS DESCRIPTIO PRÆ*latorum & cleri regni* Norvvegiæ, *& Hybernie, ac partium vicinarum,*

CAPUT XXXV.

ET nec quicquam de contingentibus omittamus, etiam ad extrema terræ, ſeu Oceani, ſcilicet Norvvegiam, frigore ſtridentem, ſed pellibus ferinis piſcibusq; fœcundam, & marinis portibus inclytam, verſus Septentrionem, & Hyberniam juxta Oceanum, frugibus & optimis piſcibus, necnon animalibus magnis & parvis camporum & ſylvarum permaximè opulentam, & grato aëre temperatam, deniq; pergam. In quibus Clerus ut communiter humili cultu, ornatuque veſtium incedit, cæremoniis paucis & ſolennitatibus nullis ad divinum cultum peragendum adornatus: nec liberalibus artibus, aut aliis ſcientiis ſaltem eminenter imbutus eſt: ſed de more ſeu conſuetudine in Norvvegia clerici & laici bibũt ad hauſt⁹ ęquales, & niſi ſuper modum quis inebrietur cereviſia, potu cocto, tunc non reputat ſe beatum, & exigit alter ab altero, ut ſibi faciat juſtitiam rebibendo æqualiter cum ipſo, nec quis crederet, niſi videret, quantum quiſque utriusque ſexus ibidem biberet una vice, ac idem poſtea una eademque hora, donec ebrius in terram caderet, denuò acceptaret: quique crebris potationibus cyphos magis exhaurit, hic cæteris corporali vigore ac in virtutibus excellentior reputatur. In eiſdem etiam partibus Hyberniæ & Norvvegiæ juxta conſuetudines patriæ licet Epiſcopis & presbyteris tenere publicè concubinas, & eiſdem viſitantibus bis in anno ſubditos ſibi presbyteros, ac Eccleſiaſticorum Parochialiumque Rectores, ſuam dilectam ducere ſecum ad domos & hoſpitia eorundem ſubditorum presbyterorum. Nec ipſa dilecta permittit Epiſcopum amaſium viſitare ſine ipſa, his de cauſis, ut tunc lautè vivat cum presbyteris viſitatis in hoſpitiis eorundem presbyterorum, videatque amaſias eorundem, necnon dona ſeu munera ſeorſum à quolibet presbytero capiat viſitato, & ne amaſius viſitans, Epiſcopo fortè vidente eam pulchriorem, illam etiam adamaret, ſicque in-

juriam faceret ipſi dilectæ Et ſi fortè aliquis ipſorum viſitatorum caſu vel fortuna non habeat focariam,ut prævaricator paternarum traditionum,Epiſcopo viſitanti proinde procuratores duplices miniſtrabit. Ac etiam presbyterorum amaſiæ ſeu uxores in eiſdem partibus,ſtatu & gradu in eccleſiis ac in menſis eundo, ſedendo & ſtando cæteris dominabus etiam militaribus præponuntur. Et penè idem modus, ſcilicet, quo ad luxuriam,circa presbiteros Gaſconiæ,Hiſpaniæ ac Portugaliæ, necnon contiguarum regionum verſus Africam in omnib. obſervatur. Unde quodammodo plures naturales ex fœdo complexu nati,quàm filii legitimi ac naturales in omnibus illis partibus,in Eccleſiaſticis titulis concedendis præferuntur.& plures legitimis apertiſſimè pro moventur. Hæc pauca ſufficiunt de qualitatibus cleri partium prædictarum,prout hæc omnia & infinita alia in libro de regionibus Orbis,& qualitatib. habitantium in eiſdem,quem etiam nuper edidi,latiùs ſunt deſcripta.

Theodorici de Niem liber de regionibus Orbis & qualitatibus habitantium.

DE CONDITIONIBUS EPISCOPORUM & Eccleſiaſticorum prælatorum Italiæ, & aliquibus abuſionibus presbyterorum Græcorum,

CAPUT XXXVI.

IN Italia utplurimùm Epiſcopi, Abbates, necnon alii Eccleſiaſtici prælati,& clerici, Eccleſiaſticos titulos poſſidentes ſunt anhelantes, qualiter fratres, conſanguineos & nepotes ditent,ac parvivici ſeu parci,ut pecunias in copia cumulent ſemper intenti,parſimoniam non virtute, ſed ſtimulāte avaritia diligentes. Libentiùs etiam ſuſtinent, quòd ad aliorum vocentur convivia,quam quòd ipſi ad ſua vocent alios prandia, quia innata eis miſeria,non permittit bona eis conceſſa, tranſitoria proinde, diſpenſare: propter quod penè omnes Epiſcopi, Abbates & alii prælati Itatiæ, qui olim habebant ratione dignitatum eis conceſſarum terras,villas,caſtra& oppida cuſtodire, illa aut in totum,ſeu pro majori parte amiſerunt,& per diverſos alios detinentur, quia non adeo fuerūt diligentes cuſtodire cum requiſitis ſumptibus terras,vineas, caſtra & oppida ipſa in temporalibus, ſicut parati erant,

& ſuis

& ſunt ſemper ad percipiendum emolumenta & reditus ex eiſdem. Raro etiam vides ad oſtia eorundem Epiſcoporum, abbatum & prælatorum pro recipienda eleemoſyna pauperes convenire quia nemo dat, quod non habet. Sed avarus nihil ſibi reputat, quod habet: ſed ſemper

Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti:
Necnon res omnes timidè, gelidéq; miniſtrat.

Unde ſi fortè pauper aliquis poſtulet ab Epiſcopo, vel Abbate, aut alio prælato Italico eleemoſynam ſibi dari, ſtatim Epiſcopus, ſeu Abbas, vel prælatus ipſe ſtringit ſpatulas, & avertit oculos ab eodem paupere, ac comminatur eidem pauperi, ſi fortè urgente penuria pauper ipſe importunè ac ſecundariò poſtulet quicquam ſibi dari ab eodem Epiſcopo, Abbate, vel prælato. Hi quippe boni Epiſcopi, Abbates, aut p̄lati Chriſto pauperi & ejus pauperib. ſunt acerrimi & parciſſimi. ſed fiſco fideliſſimi: cui omnē eorum rerū ſubſtantiā vivim: ſere vivendo conſervant. Morientibus. n. dictis Epiſcopis, Abbatibus & p̄latis, omnia per eos relicta (quæ ſpolia, & meritò appellantur) collectores fructuum Cameræ Apoſtolicæ recolligunt, & in uſus eorum ſeu Cameræ prædictæ convertunt, metentes meſſem, quam non ſeminarunt. Per has dep̄dationes & rapinas ultrà, q̄ dici poteſt, Cathedrales Eccleſiæ & monaſteria Italiæ deſtructa ſunt, & pauci in eis, ſcilicet monaſteriis, miniſtri & monachi degunt. Hi etenim collectores & officiales Cameræ, ſtimulāte avaritia, multis malignis ſpiritib. quodāmodo ſunt æquales: q̄a ipſi ſpiritus animas eorundē avarorum prælatorū ad ima inferni demergunt, & hi caduca bona illorū omnia tollunt & conſumunt. Laudabiliores igitur & prudentiores ſunt prælati Germaniæ, qui non theſaurizando ſplendidè vivunt, dant eleemoſynas liberaliter pauperibus, invitant etiā pleroſq; ad menſas eorum, ac illos lautè pertractant. Malo igitur gaudere cum prælato Germaniæ, quā cū hypocrita cucullato Italico, ſemp. miſero & avaro. Et hoc idē, quod dicitur de prælatis Germaniæ, invenies propemodum quaſi in majori parte omnium aliarum partiū, quæ ipſi Germaniæ ſunt cōfines. Sed Græci presbyteri, ut communiter ſunt ebrii, mēdaces & avari, rarò attēt ad bonum Eccleſiarum quibus præſunt, ſed, ut qualitercūq;

Germani prælati Italis Laudabiliores.

rapiant prædas, & inter uxores & filios ſortiantur eaſdem,ut in experientia vidi hæc omnia practicari, & generaliter ſunt intenti.

DE ALIQUIBUS CONDItionibus gentium Cameræ Apoſtolicæ,

CAPUT XXXVII.

Affer, Affer, quotidiana vox Cameræ Apoſtolicæ præfectorũ & officialium, qui Gentes eiuſdem Cameræ dicũtur. Camera Apoſtolica Turcis & Tartaris deterior iuxta Theod. de Niem.

Quia ſuperiùs tangitur Camera Apoſtolicæ, reſtat etiam pauca de illa explicare,quæ aſſimilatur mari,in quod intrant omnia flumina,& non inundat. Sic enim in iſtam portantur quotidie de diverſis mundi partib. auri pondo multa,attamen non impletur:in qua eſt generatio,quæ pro dentibus gladios commutat,ut comedat inopes de terra,& pauperes ex hominibus:& in qua ſunt multę ſanguiſugæ dicentes, Affer, Affer. Cujus quidem Cameræ officiales, gentes Cameræ nuncupantur:bene quidem. Gentes enim ſuut barbaræ nationes,habentes ritus, & mores extraneos a moribus hominum legibus & ratione utentium. Hæ autem gentes noſtræ eiſdem aliis gentibus multifariè in omnib. ſunt conformes. Unde congruit eis illud,

Cumq́; pares eſtis, ſociari iure poteſtis.

Nam ſicut Turcæ & Tartari, qui Chriſtianis magis ſunt infeſti,infelices hujuſmodi Chriſtianos, qui ad eorum manus vivi perveniunt,tractant inhumaniter & flagellant:ſic & noſtræ gentes prædictæ novos Eccleſiaſticos prælatos,qui apud nos promoventur, exquiſitis viis, rebus,ſubſtantia, remota omni pietate, prorſus denudant. Unde ſi fortè totum ſolvere nequeant, quod in ipſa camera poſtulatur ab ipſis, & de gratia, quæ rarò fit,& paucis.tempus ad ſolvendum aliquod ſtatuitur, extorquentur ab ipſis, qui remanent obligati,tam immania ſeu horribilia juramenta, quòd ſapiens quiſquam illa etiam pro conſequendo magno bono, vel effugiendo magno damno in eventum præſtare meritò formidaret. Et ſuper tali dilatione dantur ei literæ in ipſa Camera non propter JESUM tantũ, ſed ut immoderatè nimis aurũ, ſi quod fu-

ſuper eſt pro expenſis itineris allatum, etiam extorqueatur ab ipſa, ſicut ab eadem camera liberatus una vice rectè dicere poſſit,

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Omnis enim ab inde pietas, miſericordia & clementia longiſſimè avolarunt, & ſi fortè mille florenos ibidem ſolveres, quorum unus tantùm unum duntaxat obulum minus debito ponderaret, niſi longè illo ponderoſiorem ilico exhiberes, aut quod deficeret, in duplo in argentea moneta ſuppleres, liber tibi recedendi non pateret exitus ab eadem, licet gentes ipſæ noſtrę generaliter omnes florenos, quos recipiunt ab aliis, perſolvunt cæteris ſine pondere ac menſura. Si autem quis pauper, aut dives prælatus totidem, quot debet, ipſi Cameræ ſolvere una vice non poſſit, quamvis etiam occaſione literarum Apoſtolicarum ſuper promiſſione de ſe facta confectarum, necnon ſtando in Roma, tam intollerabiles feciſſet expenſas, quas forſon præſidendo ſuæ prælaturæ, deductis oneribus, diu accumulare nequiret, etiamſi eſſet excellentior doctor, vel magiſter in orbe terrarum, ſibi propterea non differtur: quoniam ſi infra annum à datis promiſſionis ſuæ computandum, totum non ſolvat, in quo ipſe dictæ Cameræ obligatur, in ejuſdem anni revolutione de Antiſtite fit clericus, necnon de Abbate monachus, & priore poſterior derivatur, nulla ipſis æquitate vel juſtitia ſuffragante. O juſtiſſimæ gentes noſtræ, vel quaſi, rectè cum infernalibus furiis ſeu harpyriis & Tantalo ſortem ſitibundi poſituri, qui nunquam ſatiantur. Habent etjam dura capita, & ſaxea pectora ex Deucalionis compoſita lapidibus, & corda ad miſerendum compatiendumq; omni chalybe duriora gentes noſtræ prædictæ. Infelix igitur pauper ille prælatus, qui retibus dictæ Cameræ illaqueatus in locum inibi venerit tormentorum.

DESCRIPTIO TRIUM ÆTATUM, ſcilicet Juventutis, Mediæ & Senectutis, cum aliis annexis, notabilibus & memoria dignis,

Caput XXXIVII.

Quia vacantibus cathedralibus eccleſiis & monaſteriis, necnon majoribus, & inferiorib. prælaturis, ſæpe quæſtio reſultat electoribus, quales & in quib. ætatibus conſtitutos in prelatos eligere poſſint: indeq; circa hujuſmodi ætates & qualitates hominum in ætatibus illis, quibus communiter tales eliguntur, dubitatio magna oriri ſolet. remanebo contentus explicare haſce ætates, quæ ſunt ſenectus, ætas media, & juventus: & hæ dicuntur à lege conſiſtere, quia tunc ſentiunt, quæ ſunt legis & rationis, in quibus ſaltem ipſa ratio & intellectus vigere dignoſcuntur. Et ex ordine de juvenibus incipiam, & deinde ſenes tangam, poſtremo autẽ ejuſdem mediæ ætatis aliquas proprietates annectam.

De juvenibus.

Juvenes ſiquidem habent quoſdam mores ratione virtutis concupiſcibilis: ſunt enim valde concupiſcentes, & potẽtes facere illa, quæ concupiſcunt, & maximè ſectatores concupiſcentiarum corporalium, & ſpecialiter Venerearum, & ſunt incontinentes. Sunt etiam faciliter permutabiles, & citò talibus ſaturantur. Et ſicut vehementer concupiſcunt, ita citò à concupiſcendo deſiſtunt: cujus ratio eſt habent enim voluntates acutas & non magnas, & ſunt ſimiles infirmis in hoc, qui acutè & vehementer ſitiunt & fameſcunt, & modò illud ſtatim volunt, modò aliud. Quoſdam etiam mores habent ratione iraſcibilis facultatis. Sunt enim plerumq; animoſi, & habent acutam iram, & plus poteſt impetus iræ, quã ratio: quare ſunt quaſi non potentes contra impetum ejus. Et propter vehementem amorem honoris non ſuſtinent, cũ parvi penduntur: ſed indignantur, cùm putant ſe injuſta pati. Et amatores ſunt honoris, & maximæ amatores victoriæ: quia juventus excellentiam concupiſcit. Victoria verò excellentia quædam eſt. Et magis amant juvenes honorem & excellentiam, quam omnium rerum affluentiam: ſunt enim inex-

inexperti,& ideo pecuniam non valde diligunt. Item quoſdam mores habent propter inexperientiam:non ſunt enim maligni mores eorum,ſed faciles &de facili perſuadetur eis, quia juventus eſt inexperta,& multas malitias nondum vidit.Item juvenes citò credunt.quia nondum in multis decepti ſunt.Sunt etiam bonæ ſpei:quia ſicut juvenes ſunt violēti & animoſi,ità ſunt valde calidi à natura, & quia etiam nō ſunt in multis paſſi repulſam, ideo vivunt ſecundam plurimum ſpem.Spes nambue eſt de futuro , memoria verò de præterito.Juvenes autem multum de futuro ſperant, quia ſecundum naturam diu debent vivere:parum autem habēt de præterito:& ideo habent præteritum,quaſi pro una die, in qua pauca memorant ſe feciſſe,ſed ſperant ſe multa &magna facturos Et de facili ſeducuntur, quia ſperant faciliter. Item ſunt & multùm viriles,quia ſunt animoſi & bonæ ſpei: quia animoſitas facit non timere,bona verò ſpes facit audere.Quòdautem animoſus non timeat,ex hoc eſt , quia eſt tanquam iratus.Nullus autem iratus timet.Spesautem facit audere,quia ſperare aliquod bonum auſibile eſt.Sunt etiam juvenes erubeſcentes,quia non alia bona ſperant,niſi honeſta,in quibus& de quibus ſunt eruditi atque inſtituti à lege, ſive communi,ſive paternali.Et ſunt magnanimi.quoniam à vita nondum ſunt humiliati, & non ſunt paſſi multas repulſas.Et ſunt inexperti eorum,quæ ſunt neceſſaria ad obtinendum , & ideo credunt illa de facili obtinere &facere magna.Et magis eligunt facere honeſta,quàm utilia : & ratio hujus eſt,quia magis vivunt ſecundum morem , quàm ſecundum naturam,vel ſecundum ratiocinationem. Ratiocinatio eſt etiam de utili:juventus autem de honeſto. Ac ſunt amici juvenes,amicitiæque amatores:ſed magis amant coętaneos,quàm aliarum ætatum homines : quia gaudent in convivendo ali s,& nondum ſciunt judicare de utili, ſed de delectabili : & idèo magis diligunt amicos delectabiles, quàm utiles. Et omnia videntur agere magis affectuosè & vehementiùs,quàm deceat , præterquàm in comedendo: cùm enim indigeant multo cibo propter augmentum, non videtur in eis eſſe tantum peccatum , etiamſi multum comedant,vel etiam in aliquo exceſſu. Omnia verò alia valde agunt vehementer:intensè enim amāt,& odiunt intensè, & putantes omnia ſe ſcire,etiam ea affirmant.&hujus cauſa di-

ctum

ctum eſt,quia faciunt omnia nudè : & injuſtitias faciunt propter contumelias,non autem propter nequitiam, quia non intendunt offendere,ſed excellere: appetũt enim excellentiam & honorem. Sunt etiam miſerativi,quia omnes arbitrantur bonos & meliores fortè, quàm ſint. Nam ſecundũ ſuam innocentiam menſurant & judicant conditionem proximorum:&ideo cùm vident alios mala pati,exiſtimant, quod patiantur indignè. Et ſunt amatores riſus,ſeu eutrapeli:unde bene ac decenter utuntur ludo. Eſt autem Eutrapelia quædam virtus,per quam ex ludo aliqua olta contumelia,dicitur prudenter & eruditè & cum moderamine rationis à ſe ea diverti. Et hanc ætatem deſcripſit Horatius Poëta in ſua arte Poëtica metricè,ut ſequitur,

Eutrapelia quid.

Imberbis juvenis,tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis,canibusq́; & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti,monitoribus aſper,
Vtilium tardus proviſor prodigus æris,
Sublimis,cupidusq́; & amata relinquere pernix:
Converſis ſtudiis ætas animusq́; virilis
Quærit opes & amicitias,inſervit honori:
Commiſiſſe cavet,quod mox mutare laboret.

Et alias diverſas paſſiones ſectantur juvenes, quas in ſe converſi ſenes & ætatis mediæ de facili recolligere poſſunt. Et quia oppoſita juxta ſe poſita clariùs eluceſcunt, eam ob rem mores ſenum nunc convenit enarrare.

De ſenibus.

SEnes,& qui ſunt ætatis provectæ,ut in pluribus, habent mores ocioſos,quia multis annis vixerunt,& in pluribus decepti fuerunt,necnon in multis peccaverunt,atque multa negocia experti ſunt eſſe prava, & propter talem experientiam non affirmant aliqua ſimpliciter, & minus affirmant, quam oportet,necnon ſermocinantes dubii ſunt in ſuis dictis,ut frequenter addant, Quaſi,&,Fortè ita eſt:ſic nihil fixè dicunt:& ideo interpretantur omnia in deteriorem partem, & valde ſunt* ſuperſtitioſi propter incredulitatem. Increduli autem ſunt propter experientiam, quia deceptiones longo tempore ſunt experti. Necnon propter experientiam etiam non multùm amant, nec multùm odiunt. Et ſunt puſilla-

*ſuſpicioſi, fortè.

ſillanimes,quia humiliati ſunt in vita: nam ſicut deficiunt in potentia naturali, ita deficiunt in corde. Et ſunt avari: videtur enim illis, quod quicquid habent, ſit ipſis valde neceſſarium. Et eſt etiam alia cauſa, quia propter experientiam ſciunt, quòd difficile eſt poſſeſſionem acquirere, ſed facile abjicere. Et ſunt formidoloſi & omnia magis timent, quàm juvenes: habent enim contrariam diſpoſitionem, & quia ſũt infrigidati, juvenes autem calidi, & ideo in eis ſenectus viã formidini præparavit. Nam timor videtur eſſe infrigidatio quædam. Et deſiderant diu vivere: & iſtud deſiderium in eis quotidie augmentatur, ita quòd majus eſt deſiderium iſtud in ultima die, quàm in juventute. cujus ratio eſt, quia deſiderium eſt de re non habita, & illa quò magis indiget homo, hoc maximè deſiderat: unde dicit Tullius in libro de Senectute, quòd nunquam reperitur quis adeo ſenex, qui non putat ſe adhuc per annum vivere poſſe. Et ſeipſos magis amant ſenes, quàm decet: & hoc eſt pro eo, quòd ſunt puſillanimes. Nam puſillanimitas eſt quantum ad ſe de temporalibus multùm intensè curare. Et ſenes magis etiam intendunt ad utilitatem, quàm honeſtatem, & ſic divitias magis diligunt, quàm oportet. Conſiderant enim, quòd bonum utile eſt bonum eis: ſed honeſtum & ſimpliciter bonum. Et magis ſunt inverecundi, quàm verecundi: quia, ſicut dictum eſt, plus amant utile, quàm honeſtum. Et non multum curant reputari, & cum difficultate ſperare: & hoc propter experientiam, experti enim ſunt, quod plura, quæ fiunt, mala ſunt, & multa in deterius contingunt: & etiam propter timiditatem. Nam ſicut homines mendaces, vel audaces multum ſperant, ita timidi multum deſperant. Et vivunt magis memoria quam ſperando: cujus ratio hæc eſt, quia quod eis de vita adhuc reſtat, modicum eſt: quod autem præteriit, multum. & ideo ſpes, quæ eſt de futuris, eſt brevis & modica: memoria verò, quæ eſt de præteritis, eſt longa. Et hæc eſt cauſa, quare ſenes multas hiſtorias dicunt, quia de multis recordantur & delectantur in narrando. Sed habent iras acutas, & concupiſcentias debiles, quarũ ipſæ aliquę defecerunt, & ſi quę ſunt, debiles ſunt: ideo non ſunt activi, neque deſiderativi ſecundum concupiſcentias, ſed ſecundum lucrum: & ideo temperati videntur tales. Nam concupiſcentiæ in ſenibus abiciunt, & ſerviunt lucro, & magis vivunt ſecundum ratio-

Efficier rerum cuſtos magis ipſe mearum,
Conſervans alus, quæ perire mihi,
Labitur ex humeris dimiſſo corpore veſtis,
Quæq; brevis fuerat antea, longa mihi eſt.
Conterimur, miroq; modo decreſcimus, ipſa
Diminui noſtri corporis oſſa putes.
Nec ſic ca cutis, rigidi ſtant undiq; nervi &c.
Quondam ridentes oculi nunc fonte perenni
Deplangunt pœnas nocte dieq; ſuas.
Iam ſubeunt morbi, veniunt diſcrimina mille,
Iam dulces epulæ delitiæq; nocent.
Cogimur a gratis animum ſuſpendere rebus,
atq; , ut vivamus vivere deſiſtimus.
Ipſaq; me ſpecies quondam dilecta reliquit,
Et videor forma mortuus eſſe mea.
Pro niveo rutiloq; priús nunc inficit ora
Pallor, & exanguis (proh pudor) ipſe color.
Dulce mori miſeris: ſed mors optata recedit,
At cùm triſtis erit, præcipitata venit.

Et ecce tædium vitæ finaliter: unde ſequitur, *ſcilicet Terra.

Suſcipe me genitrix, nati miſerere laborum,
Membra peto gremio feſſa fovere tuo.
Redde precor patrio mortua membra ſolo.
Horrendos partus cur ſinis eſſe tuos?

Nunc ſequitur cauſa, quare ſenem tædet vivere, ut:

Iam minor auditus, guſtus minor, ipſa caligant
Lumina. vix tactu noſcere certa queo,
Nullus dulcis odor, nulla eſt tam grata voluptas,
Senſibus expertem quem ſuperaſſe pudet.

Sed hoc dictum de tædio vitæ concordandum eſt cum dicto Tullii, quod ille intelligit de divitibus & non omnino deliris ſenibus, iſte autem econtra. Et ſic diſtinguendo tempora, ſcripturas concordabis. Et quia prædictæ ætates, ſcilicet juventus & ſenectus conveniunt paſſionatis, ut præfertur, ideò putandū eſt, quòd nemo prudens & diliges publicū bonum eos elegit in prælatos. Et ſi utiq; incumberet electio, ſcilicet inter ſenē & expertum, & bonæ indolis juvenē, faciendam conſulerē de juvene potiùs, quàm de ſene electione: quia juvenis eſt in augmēto, ſed ſenex in decremēto.

Tamen

Et ſecundum Tullium, Quamvis luxuria omni ætati ſit turpis, tamē ſenectuti fœdiſſima. ſi enim libidinum acceſſerit intemperantia, duplex malum eſt: ipſa enim ſenectus dedecus concipit, & intemperantia juvenem impudentiorem reddit. Sed ut in noſtra vita eſt quotidianū decrementum, &

Cuncta trahit ſecum vertitq́ volubile tempus,
Nec patitur certa currere quenq́ via:

Sic & animus hominis inſtabilis eſt, & dum in dubio remanet, parvo momento huc & illuc impellitur. Ergo non magnum mirum erit de illis, quæ in præcedentib. epiſtolis narrantur. Et ſi quis delectaretur plenius videre curſum hominis in p̄dictis tribus ætatibus, recurrat ad libros Ovidii de vetula, ubi exemplariter actam vitam ejus in juventute & in media ætate longo tractu deſcribit. Sed ejus perfectam ætatem & ſpeculationem in ſecūdo libro, ubi vates eſſe videtur, ſubtilibus metris, & profundis ſententiis cōprehendit, & in quo conſumationem mundi in igne fieri, & ſex ſectas, quibus aſſerit omnes viventes ſub diverſis ritibus principaliter inhærere, in unam priùs redire debere. Præmiſſa verò ad materiam hujus libri deducere volui, propter pauca, quę immediate ſequuntur in hæc verba:

COMPENDIOSA DESCRIPTIO quinque ſummorum Pontificum, qui fuerunt interim, quòd ego Theodoricus de Niem ſecutus ſum Romanam curiam,

CAPUT XXXIX.

EGo jam luſtris ſeptem & parumper ultrà ſequendo Romanam Curiam recolo vidiſſe me, & peroptimè cognoviſſe electos interim quinque ſummos Pontifices: videlicet, Gregorium XI. qui fuit, dum eligebatur in Papam, forſitan circa XXXV. annos, & ſic attigit mediam ętatem: fuit vir parvæ ſtaturæ, Licentiatus in Legibus, acutus, ſtudioſus in libris, & libenter cum intelligentibus diſputabat, & diligebat eoſdem, liberalis, honorabilis & verecundus. Omni enim *Gregorius XI.*

Kk petenti

petenti ſe tribuit,nec ſcivit aliquid juſtè petenti denegare, eleëmoſynarius magnificus in publico & privato, & valde compatiens omnibus afflictis, habens prudentiſſimos reſerendarios,ac etiam ſecretarios mundos & honeſtos:qui licet haberet patrem,necnon duos fratres, ac etiam quoſdam nepotes adhuc vivos, dum ab Avinionenſibus recederet cauſa veniendi ad Italiam, tamen illi eum retrahere non potuerunt, quòd ulteriùs in Avinione maneret, ſed transfretando per mare, eandem intrando Italiam multa ſuſtinuit pericula maritima me vidente,& cùm hoc tempore Florentinenſes, Peruſinos, necnon illos de Marchia, Anchonitanenſes, Bononienſes,necnon etiam præfectum Urbis,& quondam dominos Galeazium & Barnabovem de Vicecomitibus & multos alios potentes hoſtes inveniret in Italia prædicta, tamen ipſæ hoſtilitates eum, ne iret Romam, retrahere, non potuerunt, nec certè fratres aut nepotes ſuos, poſtquam ad eandem Italiam devenerat, Marchiones fecerat ſive duces:& in octavo anno ſui Pontificatus Romæ deceſſit. Cui in Papatu ſucceſſit Urbanus Papa VI. ætatis LX. annorum, & ultrà, tempore ſuæ electionis in Papam, qui diu antè fuit in Romana curia converſatus, totus humilis & devotus communiter reputatus,qui etiam fuit ſolennis Doctor Decretorum.& habuit manus mundas, quia non erat ſymoniacus, nec avarus: ſed in Papatu ſubitò, poſtquam electus & coronatus fuerat, mutatus in virum alium, incœpit tyrannizare, ac dominos Cardinales, qui eum elegerant, malè tractare,& alia multa inordinata facere inconſultè,qui habuit quendam nepotem Franciſcum Pregnanum nuncupatum, hominem prorſus inutilem,& plus, quàm decet loqui,libidinoſum, & non niſi ociis & voluptatibus incubantem. Huic plures ducatus & comitatus in regno Siciliæ dare voluit, ipſumque de illis intitulavit,& libenter etiam,ſi potuiſſet,in Soldanum Babyloniæ erexiſſet,licet apertiſſimè idem Franciſcus deſpota, ſeu œconomus aptus unius domunculæ non fuiſſet. Et poſtremò ipſo Urbano nullus in Papatu repertus eſt hactenus truculentior, & ſævior,ita etiam,ut multos Epiſcopos & alios Cardinales faceret immaniſſimè trucidari,ſecum ſuper hoc,ut æſtimo, Diabolo diſpenſante. Cui ſucceſſit in Papatu Bonifacius Papa IX, pulchræ ſtaturæ, ſed vitioſi ſubjecti. Nemo enim unquam in ſede Apoſtolica legitur præfe-

Urbanus VI.

Boniſacius IX.

diſſe, qui adeo publicè & inverecundè ſymoniæ vitium præſumeret exercere, ſcandalizando indifferenter propter pecuniæ quæſtum, valde, multos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & aliorum ſtatuum Eccleſiaſticos prælatos ordinando, necnon clericos & ſacerdotes, omnia vitiosè faciendo, qui etiam fratres ſuos marchiones, & duces ac comites fecit, eos ultra modum ditando ac etiam exaltando. Qui fuit ætatis quadraginta annorum, vel circà, dum eligebatur in Papam. Cui ſucceſſit Innocentius Papa VII. in quo virtutes & vitia militabant. *Innocentius VII.* Fuit enim magnus ſimulator, & bleſus, & carnali affectione ſimiliter ardens. Suos ſtatim in divitiis temporalibus ſublimavit, nec, quam vovit & juravit ſe facturam unionem, in Eccleſia generali facere curavit. Qui dum eligeretur in Papam, ſexageſimumquintum complevit annum, ut audivi. Cui ſucceſſit præſens dominus Gregorius Papa XII. modernus in Papatu, qui ſeptuageſimum annum peregerat, dum aſſumeretur in Papam. *Gregorius XII.* Sed qualiter ipſe cum ſuis conſanguineis, & circa eandem unionem per ipſum faciendam ſe hactenus habuit & habet, ſatis clarum eſt. Et hi quatuor ultimi eleëmoſynas non dederunt, quod eſt ſignum damnationis, & peſſimum in prælato: quia nemo ſine charitate ſalvatur, ut prima Joannis tertio in Epiſtola dicitur, videlicet, Qui habuerit ſubſtantiam mundi hujus, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Item, Gloria epiſcopi eſt opibus ſuis pauperum neceſſitati providere. Et ſic eſt finis hujus operis recollecti & completi per me Theodoricum de Niem, literarum Apoſtolicarum abbreviatorem in Luca, anno Domini M. CCCC. VIII. die penultima menſis Julii.

EPISTOLA CONSOLATORIA AD quendam valde tribulatum, in qua tangitur præſens ſtatus Curiæ Romanæ & Urbis, per M. Theodoricum de Niem directa,

CAPUT XL

DIlectiſſimo amico ſuo domino N. Canonico baſilicæ principis Apoſtolorum de Urbe. Gratia vobis & pax in adverſitatibus conſolari. Seneca docet, Nihil tam ſubitum fiat, ſed totum antè proſpicias. Nam qui prudens eſt, non dicit, Non putâram hæc fieri, quia non dubitat, ſed expectat, necnon ſuſpicatur & cavet. Et rurſus idem, Cujuſcunque facti cauſam inquire, & cùm initia inveneris, exitum cogitabis. Scito in quibuſdam te perſeverare debere, quia incepiſti: quædam verò nec incipere oportebit, utpote in quibus perſeverare ſit noxium: nec tibi dabis impetus liberos, ſed circumſpicias, quò eundum ſit, & quouſque. Hæc ille. O' mi chariſſime frater, ſi hæc in mente ſollicitè revoluas, invenies, quid in hac temporis anguſtia, te conſulente, facere oportebit. Anxiè à me in hac perplexitate poſtulas tibi poſito dari conſilium, quòd apud temetipſum perſpicaciùs rimādo ſingula poteris invenire. Et pro certo res magnæ ſunt, & nimiùm intricatæ, quibus concurrentibus inſimul agitaris. Aſſeris enim, quòd licet dominus tuus dominus Cardinalis ſancti Angeli de Hambaldis vulgariter nuncūpatus, natione Romanus, hoc anno pro domino Gregorio Papa duodecimo, poſt ejus receſſum ab Urbe ibidem officium legationis exercens, quorundam malignorū perſuaſionibus inductus, imo veriùs ſeductus, ſub colore clero Romano quandam pecuniæ ſummam ſatis magnam per eum ipſi clero pro expenſis ſtipendiorum impoſitam, etiam per violentam captionem & detentionem in carceribus multorum ex hujuſmodi clero & alios modos illicitos, urgente tamen habendi neceſſitate, quomodolibet extorſerit, in hoc tamen dicto domino Cardinali, cujus tunc etiam Camerarius & captivus commenſalis eras, prout exiſtis, verbo, nutu, vel facto nullatenus conſenſiſti, imo ſæpe, quòd illud nefarium eſſet, ſibi ejusq; ger-

germano Laurentio dixiſti: propter quod nonnunquam ab eiſdem fratribus & aliis eis in hoc conſentientibus verba injurioſa, perſecutiones & improperia reportaſti. Veruntamē quia ea de cauſa dominus Ladislaus rex Siciliæ quibuſdam æmulis eorundem dominorum Cardinalium ejus fratris procurantibus, matrem domini Cardinalis & etiam uxorem Laurentii prædictorum & quoſdam alios de ſtirpe ipſorum fratrum in eadem Urbe nuper ceperit, dictamque uxorem ad civitatem Tratenenſem haud longè à Roma in Campania maritima miſerit, & ibi eam, necnoc in ipſa Urbe matrē, & alios ſecum captivos hujuſmodi adhuc detineat. O libidinis velata nequitia, quæ nunquam pervenit ad finem, ſeviſſimæ injuſtitiæ habens arma. O' ingenioſe grætæ prædæ palliata captivitas. O' Laurenti tu in Pi.ſis, quòd pinguis eſt panis Chriſti, & præbet delitias, cū eodem fratre tuo Cardinali deguſtas: ſed ipſa uxor tua genere nobilis, ætate florida, formaque venuſta extra Urbem ipſam à mari ad mare à te diſtans, ac peregrina placido carcere detinetur: ſed aliqui beatos ſe putarent, ſi carcerem cuſtodirent. Conſulo, ne turberis, nempe iſta captivitas non eſt vulnus ad mortem. Certè Paris raptam Helenam, quia elegantis formæ fuit, non mactavit, ſed ingenti & debita honorificentia ſtudioſiſſimè pertractavit. Cæſar etiam capta Ægypto cum regina Cleopatra ipſam reginam ſibi conſervabat amicam. Recordare deniq;, mi Laurenti, & age pœnitentiam in cinere & favilla. Nam in hyeme proximè lapſa, ut hîc querula de te fama eſt, conturbaſti ſanctos Dei penè, & habitantib. in ipſa Urbe omnibus gravis duruſq; ſtimulus extitiſti, non judicando, nihil eſſe tam magnum, quod perire non poſſet, & talis ſæva feritas & immanitas beluæ à communi vita ſegreganda eſt. Sunt.n. tales homines non re, ſed nomine. Nam ſecundum Senecā, Quid intereſt, utrùm quis ab homine ſe convertat in beluā, aut ſub hominis figura immanitatem beluæ gerat? Nec ſilebo, Laurēti, quaſi meritò in te fixa jacula magis ſuſtineas patienter: nempe vice quadam, puto, potenter tunc crapulatus à vino, filiam unicam & nubilem, ó Laurenti, impotenter exteri N. de Calabria, vicini tui, temerè rapuiſti, nec cōtentus ea ſolus abuti, ſed illam per te humiliatam juxta Romanam ſpurcitiē etiam ſtupri cauſa quibuſdam aliis eadem hyeme tradidiſti. Et ecce reddidit tibi Deus repentè retributionem,

tionem,quam aliis tribuiſti. Juſtum enim eſt,ut,in quo quis delinquit,in eo puniatur, & diſcat in authorem pœnam redire ſuam. Dic mihi, rogo, cur inconſultè fugiens ab eadem Urbe partem corporis tui, ſcilicet eandem uxorem tuam poſt te in eadem Urbe dereliquiſti? Sed nunc redeundo ad propoſitum querelarum,etiam, ô dilecte mi N. quòd frater tuus B. noviſſimè,non tamen ſibi ipſi in aliquo,de quo certus ſum,malè conſcius,ſed videns tot & tanta ſiniſtra contra eundem dominum Cardinalem,& Laurentii ſuorumq́; prędictorum, quibus ſpeciali amore coniunctus eſt, ſtatum & honorem,à malevolis acceptari,ab eadem Urbe ſpontè receſſit animo non redeundi ad illam,interim quòd talia negotia diriguntur in ipſa, timesq́; matrem tuam non ætate provectam & debilem corpore propter tuam & prędicti germani tui abſentiam ab Urbe, ipſam dolore conſumi, nec ſis auſus redire illuc temporibus iſtis,& ſi fortè illuc fortuitò venires, cogereris exolvere,quæ non rapuiſti,& ultra hæc tibi cumulus curarum & dolorum, quibus propter præmiſſa quateris indeſinenter,accreſcit:quia, ut ſcribis, dictus dominus tuus de te gerens,& meritò,fiduciam ſingularem,licet libenter ab ipſo recederes,tamen te ab eo recedere non permittit. Et ſi apud eum officio ſuadente diutiùs remanebis, licet nihil ſiniſtri contra ſtatum dicti domini Gregorii Papæ duodecimi unquam machinatus fueris, nec machinari proponas, times nihilo minùs,quòd ipſe dominus Gregorius forſitan aliquo apparente, qui Eccleſiaſtica beneficia,quæ obtines in Urbe prædicta, & non abſq; magnis periculis & laboribus acquiſiſti,ab ipſo poſtulabit incunctanter,de illis providebit eidem, quodq́; rex ipſe hæreditates & bona temporalia,quę poſſides,fiſco ſuo confiſcabit, & ſi forſan dictum dominum tuum iſtis de cauſis licet juſtè dimiſſis, ab ipſo de ingratitudine notaberis,& ſi in Romana curia tuis ſtipendiis ſtare velles,quia nihil de prædictis beneficiis & bonis actu percipis, non haberes, de quo decenter vivere poſſis in illa. Et ſi ad Romam per mare vel per terram tempore illo fortè redires, times incidere in manus piratarum, vel latronum ,quib. hujuſmodi mare terraq́; extra territoriumSenenſe uſq; ad eandem Urbem iter quaſi ubiq; repletur,ſicq́; Scyllam cogitans evitare ſubitò caderes in Charybdim:nec vides aliquod remedi-

medium,qualiter conſultè,tot & tantis accumulatis tibi inſimul adverſitatibus(heu)prudenterq́; occurrere poſſes. Turbaris igitur erga plurima,nec reperis in tot tantisq́; adverſitatib. conſolamen. Nec ego,Deo teſte,oportunè ſcio tibi cõſulere in præmiſſis,ſed ſua leo, ut in Deo ſpẽ tuam reponas, dicendo cum ſancto Job. Si bona ſuſcepimus de manu Domini,mala autem quare non ſuſtineamus ? & cum ꝓpheta, Mihi autẽ adhærere Deo bonũ eſt,& ponere in domino Deo ſpem meam. Sis quoq; conſtantis animi:dabit .n. Dominus citò,ut ſpero,in his omnib. cũ tentatione ꝓventum. Cõſulo etiam, ut ad fortitudinem, firmitatẽ & patientiã in eiſdem adverſitatib. ſtudioſè recurras:quoniã ſæpe,me vidente,multis in ipſa Urbe calamitoſis fuiſti turris fortitudinis & optim⁹ conſolator Foritudo .n.eſt virtus,quæ nec adverſis incurſib. fatigatur,nec proſperitatis blandimento elevatur. Et firmitas etiam virtus eſt,omnia æquanimiter portans. Sicq́; patiẽtia eſt virtus & vis animi, contumeliarum & omnis adverſitatis impetus cum tranquillitate ſuſtinens. Hæ tres ſorores tecum ſint ſemꝑ,nec eas deſeras aliquando:ſic, te adjuvante Domino,triſtitia nullatenus in te ꝑvalebit,nec tẽpeſtas tribulationũ te ſubmerget in imo. Fateor tamen, ꝙ dictæ adverſitates utiq; multæ ſunt & magnæ,ſed potens eſt Dominus, ſi fiduciam ſpemq́; firmam ponas in ipſo,te ab omnib. illis ſubitò liberare. Mirum admodum, quo colore dictus rex de Urbis ejuſdem tẽporali dominio ſe intromittit, niſi ꝗa vidẽs tot ſchiſmata in Eccleſiis Dei & Romano imperio (proh dolor)nũc vigere,cogitet in ſe ipſo,ꝙ bonũ ei ſit,aqs ſic exiſtentib.turbidis,in ipſis ſua retia mittere ac piſcari. Dicitur etiam hîc, quòd ꝓdictus rex,ſub eo prætextu ſeu colore,ꝙ præfatus dominus Gregorius ipſum nuper deputaſſet ſupremum advocatum,ſeu rectorẽ ꝓvinciarum terrarum ejuſdem Eccleſię in Italia,voluit Viterbium & urbem veterem Montemflaſconem, Cornetũ & quaſdam alias civitates & terras in ꝓvincia patrimonii ſancti Petri in Tuſcia conſiſtentes intrare. Sed quia de hoc privilegio dicti domini Gregorii Papæ habitatoribus earundem civitatũ & terrarum ſuper hoc requiſitus per ipſos habitatores non oſtendit, unanimiter ſibi contradicentes armigeros,quos rex ipſe illuc in magna copia ad capiendũ per ſe poſſeſſionem realem dictarũ civitatum & terrarum noviſſimè deſtinavit, admittere noluerunt : unde rex

ipſe iratus nec advertens illud prudentis eloquium, videlicet, quæ conceſſerit fortuna, temperet juſtitia: quæ juſtitia invenerit, temperet moderantia : ſed ut paſſionum ſectator (quia fortes ſunt, non qui faciunt, ſed propulſant injurias) per ſuos ſatellites depopulatus eſt fructus & ſegetes eorundem pauperum habitantium in civitatibus antè dictis, ac etiam valde multos ipſorum in campis, paſcuis & agris repertos interfici, membris mutilari & malè tractari fecit, ac etiam pleroſq; eorum captivavit, & captivos adduxit, & adhuc detinet captivatos, necnon in maximo numero eorundem habitatorum equos, vaccas, boves, oves & alia animalia ſecum in prædam ſimiliter abducendo, & alia multa ſæva in eoſdem pauperes per ipſum injuſtè oppreſſos inhumaniter perpetrando, & perpetrari faciendo: quodq; rex ipſe etiā nuper impoſuit & voluit barbarico more ſeu jugo, quod ex qualibet ei ſubjecta æde tributum unius floreni inſtanter ſolvatur eidem. Multas etiam violentias & damna inferunt Romanis ſtipendiarii regis ejuſdem in fœno & vineis, ac etiam deſtruendo & comburendo portas earundem vinearum, præſertim juxta burgum ſancti Petri conſiſtentium, necnon domos, & ſimiliter ædificia conſiſtentia in burgo prædicto, necnon alia multa flagitia intus Urbem ipſam, & extra impunè committunt, ut de his omnibus hîc fama laborat, & forſan ita ſe habet veritas: talia enim tales facere conſueverunt, tacentibus & diſſimulantibus illis, qui meritò hæc & ſimilia diſſimulare non deberent: de quibus dicendum eſt illud Socratis, Nil poſſe eſt mortuum vivere, nihil curare hoc eſt inſanum eſſe. Præterea dictus dominus Gregorius ſeu Camerarius ejus pro ipſo die Mercurii decimotertio hujus menſis Junii privavit dominum Antonium patriarcham Aquilegienſem, tibi notum, patriarchatu Aquilegienſi, occaſione ſumpta quòd commune ſervitium, quod reſtabat Cameræ Apoſtolicæ per ipſum perſolvendum, integrè in ſtatuto ſibi noviter termino non perſolvit, & hoc contigit de mane circa horam Tertiarum. Sed ipſe dominus Gregorius Papa ipſo die infra prandium fertur dixiſſe, quòd ſibi de privatione illa non conſtabat. Veruntamen eadem die ſcriptæ, &, ut fertur, tranſmiſſæ fuerunt diverſæ literæ Apoſtolicæ extra eandem jam ſæpiùs dictam Curiam ad ſuffraganeos ejuſdē Patriarchæ, quòd ſub magnis pœnis in eiſdē

bullis

bullis expreſſis,ei nullatenus obedirent,& ſimiliter ſubditis ſuis,ne de fructibus & emolumentis Patriarchatus ſui reſpõderent eidem. Et pridie ad inſtantiam dicti regis tranſtulit inſcium & invitum dominum Martinum Epiſcopum Cajetanum,etiam tibi notũ,ab Eccleſia Cajetana ad quandam aliam Eccleſiam Cathedralem, imparem & modicam, cujus forſan etiam poſſeſſionem non habebit: ac eidem Eccleſiæ Cajetanæ præfecit illũ Dominicũ Joannis fratrem ordinis minorum,qui noviter dictũ ordinem ꝓfeſſus,&ut continuò apud nos temporibus iſtis,ut nuncius dicti regis, in eadem curia conſervatus,extitit, prout etiam hodie converſatur. Et eodẽ tempore,quia dicebatur, quòd dominus Joannes Proſet archidiaconus Norfalſiæ in Eccleſia Sareſbyrienſi dominis Cardinalib. q. etiam actu ſunt in Piſis,ibidem locutus extiſſet,ipſum licet abſentem & non vocatum privavit omnib. beneficiis ſuis,quæ valent ultra tria millia florenorum aureorum,ut dicitur,annuatim,& de illis certis ſibi incognitis ꝑſonis motu proprio providit in Anglia. Nec vult conferre monaſteria, prioratus & beneficia Eccleſiaſtica, q̃ vacarunt nuper per obitum domini Angeli Epiſcopi Oſtienſis,in Piſis vita functi, qui multi ſunt numero, niſi per ejus privationẽ. Item paratus videtur eſſe ad privandum alios prælatos & clericos beneficiatos, qui dictorum dominorum Cardinalium exiſtentium in Piſis inſiſtunt obſequiis,ut hìc fertur. Unde hodie hìc fuit affixa portis palatii Apoſtolici quædam ſchedula,ſcripta & ſigillata per eundem dominum Camerarium, in qua citantur generaliter de mandato dicti domini Gregorii omnes& ſinguli hujuſmodi prælati, &beneficiati actu in Piſis exiſtentes in hujuſmodi obſequiis dominorum Cardinalium prædictorum,quòd die Martis proximè futura perſonaliter Lucæ compareant,ad videndum ſe declarari omnibus Eccleſiis ac dignitatibus, officiis,perſonatibus,canonib. & præbendis & aliis beneficiis Eccleſiaſticis, quæ qualitercunq; obtinent, ſe fore privatos. Et ecce hodie ex errorib. errores in Eccleſiæ politia generantur,& adeo intricati ſumus, ꝙ neſcimus,in quo nos vertere, aut cui credere debeamus. Nam conſcientiarum &rerum pericula ex inteſtino cleri bello,ſeu ex ſchiſmate,ubilibet adaugentur.Nonne etiam vides, qualiter hoc durante ſchiſmate exaltati ſunt Veneti & Florẽtinenſes,q. dũ illud inciperet, permaximè oppreſſi fuerunt?

Veneti quidem per tunc regem Hungariæ, ac Januēſes, necnon Florentinenſes præfati per tunc Gegorium Papam undecimum, ſibiq; adhærentes, & plures Imperii nobiliſſimæ civitates in Italia ipſis Venetis & Florentinenſibus in prædampoſtea devenerunt, quia ſuprema mundi dominia, quaſi jam ſub incerto poſita, diſtribuuntur. Fertur etiam hic quòd dictus rex per edictum, ſeu præconem in ipſa Urbe prędicta præconizari nuper publicè fecerit, quòd in omnibus ordinibus clerici habentes poſſeſſiones & proprietates in eadem Urbe, ad illam infra certum brevem terminum redire perſonaliter debent, alioquin extunc eo ipſo tanquam banniti, & ut hoſtes Romanorum habeantur, & bona eorum ſint dictæ Urbis Cameræ confiſcata. Quod edictum etiam me afficit, & timeo valde pro eo, quòd ſequor dictam Curiā, & ad Urbem per me vel alium propter notoria viarum pericula accedere non audeam, omnia bona mea mobilia & immobilia quæ Dei dono in dicta Urbe habeo, perdere in momento. Et licet aliqui familiares mei dicta bona in mei abſentia cuſtodiant in Urbe prædicta: veruntamen propter earūdem viarum nota pericula nullus eorum auſus eſt ad me, ut credo, accedere, ſeu venire. Sed Dominus, cujus ſumus in vita & in morte, nos in tot perplexitatibus poſitos citò conſolari dignetur. & hæc mala meritò patimur, pro eo quòd in tempore ſtatuto nuper facta non extitit unio diu optata in Eccleſia generali. Etutinam nobis non oriantur etiam exinde diſpendia graviora. Hæc omnia mala dudum in ęnigmate prævidi, ut patet in quibuſdam Epiſtolis ſuprà ſcriptis Et ó ſi oportuno tempore tot malis tunc exiſtentibus præ foribus, & quæ jam paſſim in executione ponuntur, congrua tunc appoſita extitiſſent remedia, juxta illud,

Principiis obſta ſerò medicina paratur, &c,

Sed quia in adverſis ſolatium eſt, non meruiſſe, quod patimur: ac remedium malorum, futura ſpes bonorum eſt: igitur patienter agamus, & clamemus ad Dominum unanimiter deprecantes, ut nos liberet à laqueo venantium, & à jugo importabili Pharaonis. Vale feliciter, & quod ſors fert, feramus æquo animo. Juſtitia eſt enim, ne contra ſtimulum calcitremus. Scriptæ Lucæ, die XVI. menſis Junii prædicti. Theod.

Epi-

EPISTOLA DELUSORIA OFFIcialium Romanæ curiæ, Pontificum coquinæ, & Curtiſanorum de ſtabulis, ac omnium principum pedeſtris ordinis actu in Piſis morantium, ad dominum Gregorium Papam, & ejus novos Cardinales,

CAPUT XLI.

NOs Dei gratia Officiales Romanæ Curiæ, Pontifices coquinæ, Curtiſani de ſtabulis, omnesq; principes pedeſtris ordinis, judices à JESU Nazareno rege Judæorum, ad univerſitatem earum fidei, necnon cauſæ infrà ſcriptæ ſpecialiter deputati, Angelo Corario ſpiritum conſilii ſanioris, & citò meritum conſequi de patratis. Nuper ad audientiam noſtram, quod dolenter illubenterque referimus, fama veridica & clamoroſa id ad nos deferente, pervenit, quòd furia tua, quæ uſque ad altiſſimas nubes cæli aſcendit, prava multa & deteſtanda in ſubverſionem Chriſtianæ religionis perficienda concepit, & quòd tu ſub nomine JESU Chriſti, in operibus verò Belial, nova retia tendis, quibus credulam turbam fidelium involvere, & involutam concludere machinaris. Jam enim mundus, cui ex doloſis tuis actibus ruina imminere dinoſcitur, ſe ultrà ſuſtinere non valens, ſuſpiria ſua geminat, voces ſonoras multiplicat, ac lamentabiles ejulatus ac miſerandas querelas effundendo, pedibus noſtris affuſus judicium flagitat ac vindictam. In pluribus nanque tuam perfidiam accuſans, multa adverſus illam dicit teſtimonia. Imprimis impetit de perjurio, de hæreſi, de petulantia, & multorum aliorum criminum enormitatibus te fore teſtatur irretitum. Aſſerit enim te virum ſãguinum, honoris proprii prodigum, carnalibus affectionibus mancipatum, & tam ſpiritualium, quàm temporalium rerum, quãtũ ad rempublicam pertinet: generalem ſubverſorem. Non ambulas ante Dominum, ſed factus es præcurſor damnandi Antichriſti, qui in hunc mundum veniſti, non pacem, ut juraſti, mittere, ſed gladium, & in quatuor angulis percutere domũ Dei, cujus etiam columnas quatis quotidie, dum prælatos improvida diſpoſitione comminuis & tranſponis, qui illius

domus eſſe dignoſcuntur ſolida fundamenta. Et cùm hoc ſolus potens non ſis perficere, ſcelerata conſpiratione Benedictum alterius partis Papam in partem ſollicitudinis convocaſti, nec ille deeſt tuis incœptis, imo velut operoſus collega ſumma cum ſollicitudine tibi aſſiſtens, ſimili factionis genere laborioſè officium ſuum exagitat & fatigat, reges privat, prælatos deponit, non adhærentes ſibi excommunicat, volentes unionem anathematis corona percellit. Quid multa? Tibi & factis tuis ſimilis in omnibus amoribus ſui conſortis, in nullo autem contrarius conſpicitur dejerare. O dementes & inſipientes corde, quid agitis? Creditis humanum genus excæcatum, ut illas colluſiones non videat? O ſophiſtarum omnium impudentiſſimi, creditis ante oculos tot Philoſophorum falſitatis enthymematibus vos ſecurè poſſe ſtultizare? Erratis, miſeri, erratis. Nemo enim eſt tam lippo viſu, qui facta veſtra apertiſſimè non cognoſcat. Et fulminate igitur, patres ſancti, proceſſus, fulminate ſententias de levitate verborum compoſitas, & cujuslibet exeçutionis effectum parturituras: quilibet illos audiet, ſed nullus omnino curabit: nec ſolùm non curabit, ſed inſuper irridebit. Ad te igitur, Angele, revertimur, in quem mundus inſtigationum ſtimulis exacerbatus, ſuprà ſcripta crimina intentans, ut antè narravimus, in accuſationem tui debitè conſurrexit. Nos verò quamvis ab initio latēter conſideraremus greſſus tuos, quibus, ut ſanctus, iter Domini ingreſſus, viam veritatis te ambulare nugabaris, non eo minùs tamen nil præproperè, nil temerè agere cupientes, more ſapientum, qui nihil de rebus dubiis indiſcuſſè diffiniunt, expectavimus, donec & oculis videremus, & manibus palparemus, qui de tuis exceſſibus invaluerat, clamorem fore completione operis conſumatum: ſed cùm modò, ut ita loquamur, veritate verius cōperimus, te in tenebris & in umbra mortis ambulare, & non quæ Dei ſunt, ſed quæ propria, & nepotum, attendere, & tecum trahere in perditionem credentem Chriſto multitudinem univerſam: meritò igitur contra te inſurgimus juſtæ ultionis judices, ut tenemur, & congregati in unum, maturo præhabito conſilio decrevimus cōtra tuam inſolentiam fore procedendum, ut putà illi, qui vitia extirpare, mundumq; liberare erroribus ex officii noſtri debito ſumus utiq; obligati. Authoritate igitur illius, cujus vices in terris nunc gerimus,

mus,tibi diſtrictè præcipiendo mandamus,quòd die Martis proximè ventura in diluculo Lucæ in loco,quo pro tribunali ſedere contigerit,compareas indilatè ad videndum te nomine,quod abominanda uſurpatione profanas, indignum judicari,qui cum ſis profeſſione Arrius,ſeu æternum omnium ſeculorum dedecus,te duodecimum Gregorium nominaſti.Item ad videndum examinari, an veſtis & infula & alia,quæ tu geſtas,Pontificum inſignia ad te ſpectent', an potiùs ad alium te vita meliorem.Item ad videndum declarari,te fore ebrioſum,delirum hereticum publicum, Eccleſiæ Dei deſtructorem & hypocritam maledictum. Et quia tu non priùs auditarum privationum inventor es, compareas dicto lòco & tempore ad videndum te privari, imò veriùs declarari privatum eſſe omnium honore,& tua prætenſa dignitate:aliàs non obſtante tua abſentia, quam divina ſupplebit præſentia Ad dictas declarationes in tuam contumaciam,quantùm de jure poterimus,procedemus: dabimus etiam & pronunc damus Chriſti fidelibus,imo datam &jàte oſtendimus licentiam ab obedientia tua protinus recedendi,omnesque tibi aliquo fidelitatis vinculo aſtrictos omninò fore abſolutos,pragmatica ſanctione diffinimus.Inſuper cùm conſentiens & operans pari pœna veniant puniendi, tibique omnino adhærere notoriè ſit peccatum, prout juris ambiguitas in hoc non exiſtit ulla, privamus omnes tuos fautores,receptores & defenſores: & primò illum Gabadeū tuum Camerarium,de cujus infeſtis conſiliis tuá procedunt nefaria opera,qui teſtam tuam calvam phantaſiis implendo rotat & rotatam præcipitat confundendo.Item privamus de renibus tuis deſcendentem tuum primogenitum Gabrielē. Item privamus medicum inutilem, tuum protonotarium Utinenſem,qui juxta tarditionem Galeni herbas temperatas venenis tuæ fatuationi potativum inſaniæ miniſtravit,& cerebellum tuum transformavit in petram.Privamus etiam illum monachum dæmoniacum,legatum infernalem Raguſinenſem,qui ſuper nudus brachia incedit contra legitimas Canonum ſanctiones.Privamus & hos tres apoſtatas,dataeq; fidei fractores,Henricum ridentem, Laudonenſem ſemper violentum,& Tudertinenſem malè videntem:univerſos item & ſingulos fratricellos ubilibet terrarum conſtitutos, omnesque alios tibi adhærentes,quacunque præfulgeant digni.

gnitate. Datæ in Curia noſtræ reſidentiæ noſtro authentico ſub ſigillo, die decimoſeptimo menſis Julii.

BULLA CONVOCATIONIS CONcilii generalis dicti domini Gregorii Papæ XII.

CAPUT XLII.

GRegorius,&c.ad futuram rei memoriam.Cùm tota noſtræ mentis intentio ſit,Chriſtianorum eccleſiam integraliter reunire,palpato per experientiam rerum magiſtrā, quòd per viam renunciationis,obſtante iniquorum malitia, id efficere hucuſque nequivimus,quàm purè & ſincerè obtulimus,& in eadem perſeverantes perſtitimus,&adhuc perſiſtere non deſiſtimus, ſecundum formam & intentionem noſtri voti & juramenti,neſcientes divini ſecreta conſilii,ſæpenumero per effectum dejurantis (quia vanæ ſunt cogitationes hominum)ad viam juribus& antiquis conſuetudinibus approbatam non convertimus , generale Concilium, quòd omnes vias ad unionem includit nullam penitùs excludendo,quòdq;congregare ſolius Ro.Pontificis eſſe dinoſcitur,ſine cuius authoritate factumnon concilium,ſed conventiculum,aut conciliabulum dicitùr,& diffinitur nullum exiſtere,ad feſtum ſanctum Pentecoſtes immediatè ſequentis,& in provincia Aquilegienſi,vel Hexarchatu Ravennatēſi,divino auxilio invocato, de fratrum noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolica,præſentium tenore indicimus , & etiam convocamus,perApoſtolica ſcripta mandantes venerabilib.fratribus noſtris univerſis,&ſingulisPatriarchis,Archiepiſcopis,& Epiſcopis & dilectis filiis, electis & aliis eccleſiarum prælatis,ac reliquis in prælaturis & dignitatib. conſtitutis,qui ſolent ex dignitatibus,aut prælaturis eorum in hujuſmodigeneralibus Conciliis intereſſe , quatenus ad id ſe perſonaliter in eiſdem loco & tempore transferant debito, ſcituri locum,quem ex eis duxerimus eligēdum:quem quidem locum nunc expreſſè determinare &denunciare nequivimus,propter varias circumſtantias,quibus locus talis unitatis& pacis debet meritò circumcingi.Et quoniam peſtiferum hoc ſchiſma tolli veriſimiliter non ſperatur,neque dari inte-

integritas unionis populo Chriſtiano cum effectu ſine dominorum temporalium voluntate,quorum honor & ſtatus tangitur,chariſſimo in Chriſto filios noſtros Rupertum Romanum &alios reges & nobiles viros,duces,principes,cæterosque potentatus,necnon communitatum & univerſitatũ regimina principalia requirimus,monemus & exhortamur in Domino,quatenus ad idem Concilium perſonaliter veniant,aut aliquos viros ſolennes, doctos ac Deum timentes tranſmittant,ut fiat,Deo adjuvante,pax & unitas eodem in populo Chriſtiano.Nulli ergo,&c.noſtræ indictionis,mandati,requiſitionis, monitionis & exhortationis infringere, &c,Si quis autem hoc,&c Datæ Lucæ,VI.Nonis Julii,Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LITERA, IN QUA EST ALIQUALIS deſcriptio de ſucceſſu Papæ & ſuorum Cardinalium in itinere à Luca verſus civitatem Senenſem,

CAPUT XLIII.

CHariſſimo ſocio & amico N. Canonico Leodienſi,ſalutem.Quicquid,& ſicut poteſt amicus pro amico,cõmodi & honoris,venerande amice chariſſime, quia frequenter pulſatis ad hoſtium tugurii mei deprecantes,ut occurrentia vobis ſcribam in Curia noſtra, & quia vobis ex conſueto tãquam juſta petenti denegare non poſſum,præmittens illud Petrarchæ,videlicet,Raro admodum ſpei noſtræ exitus reſpondent,ſæpè præmeditata deficiunt, & inſperata contingunt:mirum potiùs,ſi quid aliter accideret, ſiquidem ratio principia rerum regit,evẽtum fortuna moderatur. Unde Ovidius,Non ſemper eodem vento carina vehit. Nam modò trahimur Borea,modò currimus Euro,ſæpè tument Zephyro linthea,ſæpè Notho.&c.Erubeſco ſiquidem patris verenda detegere,tamẽ ea,quæ apud nos publicè divulgata ſunt, æſtimo diu apud alios latère non poſſe.Hinc eſt,quòd dominus Gregorius Papa XII,mẽſis præſẽtis decimaquarta die ab hac civitate receſſit,& ſerò ad caſtrum Mõtis Caroli Lucanẽſis diœceſeos uſque pervenit , ibi pro illa nocte quievit, ac ipſo

ipſo cum ſuis Palatinenſibus in eodem caſtro recepto, ſui comites ſeu ſequaces, extra illud ſub dio cubarunt, cælum pro tecto, & terram pro lecto, ut hîc fertur, habentes. Et quia territorium dicti caſtri ut communiter fertile eſt boni vini, de eo immoderatè bibentes ipſi Palatinenſes, quia etiam tempus applauſit, valde inebriati fuerunt, ita quòd una voce omnes Gaudeamus in Domino, decantabant: mane facto ab inde receſſerunt, non puto charitate, ſed adhuc vino repleti. Cujus ſignum hoc eſt: nam ſubdiaconus domini Papæ & ipſius conſanguineus nuncupatus Victor, qui bajulabat crucem argenteam coram ipſo Papa, ut moris eſt, negligenter amiſit, nuda haſta ſeu baculo, qui ſic faciliter amitti non potuit, ſibi duntaxat remanente. Et dum tranſirent aliqualiter ulteriùs per invia, inceperunt in nemoribus Lucanenſibus, veluti omnes improvidi pene per duo miliaria & ultrà oberrare: unde contigit, quòd mula, quæ corpus geſtabat Dominicum ante ipſum dominum Papam, prout etiam fieri conſuevit, ut æſtimo, nõ bene recta, neq; directa per iter ad quoddam foſſatum cecidit adeo graviter, quod quaſi mortua penè duabus horis jacebat in ipſo. Sed tandem rediviva beneficio, quem geſtabat, Salvatoris, qui homines ſalvat & jumẽta, cùm non modico labore multorum auxiliantium à foſſato hujuſmodi trahebatur, & ſic illis duobus diebus Papalis exercitus ſatis modicum iter egit. Sed eadem die ſecunda venientes ad Territorium Florentinenſium, in quodam caſtello pernoctabatur ibidem: ubi illa nocte ſuper locum, in quo poſitus erat, dominus Papa prædictus requievit, cometa diu apparuit. Unde Papa prædictus, ſuiq; comites ſtupefacti magnam partem noctis illius duxerunt inſomnem. Quæ autem ex hujuſmodi mirandis indiciis ſubſequentur, inſtans tempus declarabit. Die Lunæ autem proximè præterita, prædicti dominus Papa, & ſui comites verſus Senas iter ulteriùs agentes, non tamen credentes putantéſve pro tunc, quòd ad civitatem Senenſem pervenire debebant. Sed dum perveniſſent ad quoddam caſtrum etiam Florentinenſium, diſtans ab eadem civitate Senenſi ad dexteram manum, iter capere & verſus Marchiam Anchonitanam progredi vellent, prout ipſe dominus Papa hìc in Luca exiſtens, paulo ante ipſius receſſum in diverſis ſchedulis portis ſui palatii affixis publica-

cavit. Sed die Martis ulteriùs progrediens idem Papa adhuc per dictum territorium Florentinenſe, & paucis Curialibus remanentibus ſecum, occurrentem ſibi nunciū de ipſa Marchia venientem in itinere habuit, ſibi ingratum novum referentem, verbo literisq; oſtendentem quorundam dominorum de Malateſtis, qui ſunt præſtantiores in eadem Marchia, videlicet in effectu, quòd ipſi domini præfatum dominum Papam, ejusq; comitivam, quòd tranſitum per eorum terras facerent, aſſecurare non poſſent. Nihilo minùs ſi eodē domino Papæ per illas tranſire placeret, ſibi ſuisq; in tempore cautiſſimè provideret. Intellexit etiam eadem die præfatus Papa, quòd dominus Balthazar Cardinalis ſancti Euſthacii, legatus ſedis Apoſtolicæ in Bononia, quadringentas bullas ipſius domini Gregorii in ejus deſpectum in foro publico infra paucos dies antè Bononiæ conburi feciſſet, quodq; aſſociatus mille quingentis equitibus bene armatis & magno numero baliſtariorum & peditum armatorum, civitatem & diſtrictum Bononienſem exiviſſet noviſſimè, & ad quid faciendū, ipſe dominus Papa cognoſcere poſſet: propter quod gentes armorum ipſius domini Papę & dicti Curiales ipſum aſſociare verſus eandem Marchiam nolebant. Unde idem dominus Papa in timore & dubio poſitus & incertus, an ulteriùs ire, an retrocedere poſſet tutè, ſicq; ſtando, ad dictum caſtellum, quod diſtat ad duodecim miliaria ab eadem civitate Senarum, ut præfertur, eadem die pervenit, ibi tunc, ut puto cum magna inedia per triduum ſtando. Interim rogavit Senenſes, tractavitque cum eis, ut iterum eum ad aliquod tempus recipere vellent: qui miſericordia moti, & propter amicitiam, quam in hyeme præterita ſecum, ut æſtimo, contraxerant, ipſum per octo dies duntaxat receptarunt, tamen ſub ea conditione, quòd propter ipſum cum aliqua communitate, vel potente, guerras aut diſcordias nollent inire. Sed iſtis ſic ſtantibus, ærarium dicti Papæ fuit exhauſtum, nec etiam fefellit in ipſo domino Papa, videlicet,

Ipſe licet venias Muſis comitatus, Homere:
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.

Nec multum advertebatur ibi apud importunos hoſpites illud Evangelii, ſcilicet, ait ad illos, Et nihil tuleritis in via,

neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, & neque duas tunicas habeatis, Lucæ 9. ſed potiſſimè illud practicabatur ibidem,

Apporta tecum, ſi vis comedere mecum.

Et verificabatur etiam apud ipſum dominum Papam ſuosq́, collaterales,

Nummus in auxilio comes optimus eſt peregrino.

Unde auxiliatores Florentinenſes theſaurizantes patri patrum ab eiſdem hoſpitibus anguſtiato, tamen ſuper hoc ſatis blandè rogati, per eundem patrem ſeptingentos florenos mutuarunt, de quibus ſolutis debitis dictis hoſpitibus verſus eandem civitatem Senenſem die Veneris proximè præterita tranſitum faciens, ac in ea non modica civium alacritate, ac etiam cum decenti pompa receptus, apud domum fratrum ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini in eadem civitate remanſit. Interim verò, videlicet eadem die Lunæ huc venerūt domini Militenſes & de Branchatiis Cardinales de Piſis, & pluribus diebus hîc ſteterunt, ſollicitantes dominos Neapolitanos & Laudenſes Cardinales, qui hîc remanſerunt, dum ipſe dominus Papa ab hinc recederet, ut præfertur, ut placeret eiſdem ſecum venire ad civitatem Piſarum, & ibi cum collegio dominorum Cardinalium tractare materiam jamdiu inceptæ unionis in eccleſia generali faciendæ. Sed quid in hoc concluſerint hi prædicti quatuor domini Cardinales ad invicem, certò non cognovi. Dicitur tamen, quòd concurrunt in eadem voluntate, & laborant apud Florentinenſes prædictos & etiam dominum hujus loci pro convenienti & decenti loco, in quo poſſent inſimul convenire ac morari & eandem unionis materiam pertractare. Quo quidem loco habito, videbitis fulgura & etiam coruſcationes ac ſpiritus procellarum inter hujuſmodi, videlicet dominum Gregoriū ex una, & Cardinales ex alia, de pharetris ſuis emittere, ſcilicet citationes, monitiones, declamationes & alia multa (niſi me fallat opinio) ſtupenda: in quibus nolo, annuente Domino, reperiri, ſed ad tempus aliquod conveniens ab iſtis partibus declinare, donec forſan Altiſſimus, à quo omnia bona

pe-

procedunt,poſt iſtam auram admodum turbidam & nebuloſam tempus ſerenum nobis, non noſtris meritis, ſed ſua gratia miniſtrabit. Et die Veneris proximè præterita dominus Cardinalis Burdegalenſis etiam de Piſis huc venit, cum quo diu & multum fui locutus, ſed eadem die tranſivit verſus Petram ſanctam& ulteriùs transfretare voluit,ut dicebat, ad Gaſconiam,unde venerat:& quòd poſt hoc regem Anglię intenderet perſonaliter viſitare. Et alia notatu digna ad præſens mihi non occurrunt. Vale diu & feliciter,prout opto. Scriptæ Lucæ,die XXIII. menſis Julii.

Tuus Theodoricus de Niem.

CONCLUSIO HUJUS opuſculi,ſive Nemoris,

Caput XLIIII.

Qualiter autem paſſim hoc ſchiſma per ſeipſum pervenit ad majorem cofuſionem,& proceſſibus pœnalibus,dudum per ipſos de Papatu tunc etiam invicem certantes, ſcilicet per unum in alterum, ſibiq; adhærentes promulgatis, propter temporis diuturnitatem, quo dictũ ſchiſma viguit, derogatur, & nec hîc, nec ibi curantur, inter alia multa,cauſa unitatis omiſſa, etiam liquet ex iſtis. Nam multi proceres & magnates Germaniæ, qui ſunt de adhærentibus domini Gregorii Papæ duodecimi ducunt in uxores nobiles dominas de Francia, & Gallia & econtrà : tacentibus & diſſimulantibus noſtræ partis & adverſarii,ſcilicet Antipapę, Epiſcopis, prælatis & presbyteris : ac etiam plerique Cardinales & cæteri Eccleſiaſtici prælati ac clerici, tum dictæ parti adverſæ publicè adhærentibus, dictis non obſtantibus proceſſibus, converſantur, ſeque mutuis honoribus prævenjunt, ac iſti illos, ac è converſo illi noſtros tales appellant,& pro talibus habent & reputant, qualem quisque illorum & iſtorum in ſtatu & gradu qualicunque Eccleſiaſtico ſe gerit & appellat, ac ſi dicti proceſſus noſtri vel illorum, ac ju-

ra communia non obſtarent, ſicque in tot & tantos errores tandem in hoc ſchiſmate devenimus: quod ſubtiliter intuendo remanebit in dubio, quid ex his contrariis ſalubriter eligere, aut cui revera eorundem certantium adhærere ſecuriùs poſſis: ſicque omnes Chriſtiani, de quo ſummè dolendum eſt, quaſi absque veris ac certis capitibus, ſcilicet Papa & Imperatore Romano, tandem non absque divino myſterio perpetuò prærordinato, hodie remanet, ut lamentabiliter dicere poſſint, Veros Romanum Pontificem, ac regem ſive Cęſarem non habemus. Alia etiam valde multa, quæ dicta & ſcripta ſunt in hujuſmodi materia unionis, infra illud breve tempus, quo ipſe dominus Gregorius præſedit ſedi Apoſtolicæ, forſan etiam notabilia & digna commendare chartulis non curavi, ne volumen fieret importabile, atque legentibus tædioſum. Poterunt tamen, ut æſtimo, ipſi legentes ex illis, quæ ſcripta ſunt in hoc libro, bene cognoſcere, quoniam verum eſt illud, Cogitationes hominum vanæ ſunt, & illud Prophetæ verificari etiam penes illos, ſcilicet, Ego dixi in exceſſu meo, Omnis homo mendax, & rurſus illud, Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. Videbunt etiam in hoc volumine illud legentes, quomodo eccleſia militans in ruina & rerum ſummo diſcrimine ſit poſita ſub incerto, & ut (proh dolor) in aliquibus fidelium partibus vehementer incipiat fides Catholica denigrari. Et quid reſtat amplius, niſi quòd piſcatoris navicula tamdiu ventis & procelloſis maris agitata fluctib. ſcilicet hujus diuturni ſchiſmatis, ad optatum jamdiu portum nequeat pervenire? Sed eos, qui ſunt principaliter in cauſa, quare temporibus iſtis ipſa diu ſperata unio facta non fuit, nec adhuc inclinantur ad illam, prout toties jurarunt & voverunt, quòd eam facere vellent, ponat Dominus, ſicut Zedechiam, & ſicut Achab, quos fixit rex Babylonis in igne, pro eo quòd non fecerunt juſtitiam in Iſraël, & locuti fuerunt verbum in nomine Domini mendaciter, & pereat memoria eorum cum ſonitu, ſicq; infelicitas in viis eorum, quia viam pacis non cognoverunt, nec eſt timor Dei ante oculos eorum: & ponat eos Dominus in clibanum ignis, & in ira ſua comburat eos, & devoret eos ignis, fructum eorũ de terra perdat, & ſemen eorum à filiis hominum, quoniam

cogita-

cogitaverunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire. Omnibus autem diligentibus ipſam unionem, &c, ut fiat citò, fideliter cooperantibus, ſit gratia & miſericordia & pax à Deo patre, ac JESU Chriſto domino noſtro, qui eſt benedictus in ſeculorum ſecula, &c.

Supplico igitur hoc legentibus, ut ſi quæ forſan diſplicentia ipſis in hoc Nemore invenient, ne mirentur, quia illa eſt communis ſylvarum conditio, ut nunc in vepres, nunc in rubeta ſeu dumos quandoque incidant tranſeuntes: libentiùs enim omnibus grata ſeu placita conſcripſiſſem, ſi hoc, quam tranſcurri, materia præbuiſſet.

SEQUITUR COMPENDIOSA CONclusio Cardinalium exiſtentium in Luca, quomodo in hoc facto ſchiſmatis etiam ipſi convocant Concilium generale, in quo intendunt ad electionem unius novi ſummi Pontificis procedere, ſive prædictus dominus Gregorius & adverſarius ejus Antipapa illuc in ſtatuto termino veniant, ſive non, cum dato Operis,

CAPUT XLV.

POſt hoc prædicti domini Cardinales in Piſis congregati, longum proceſſum fecerũt contra iſtos duos, ſcilicet dominos Gregorium & Benedictum, & volunt celebrare concilium generale, quod incipiet in feſto Annunciationis beatæ Mariæ virginis, & ad illud citabuntur ipſi duo contendentes de Papatu, & ſive venient, ſive non, ad electionem unius ſummi Pontificis procedere volunt: & illud Concilium erit in Luca, vel in Piſis, ſeu alio loco congruo & proprinquo, ſuper quo habendo ipſi domini Cardinales jam laborant. Et quia dictus proceſſus eſt multùm longus, & nondum publicatus, & ſic non habet adhuc datum certum, licet ipſius copia ſit penes me, eum præſentibus nolui annotare, nec hoc expediret pro eo, quòd ille omnibus Chriſticolis citò publicabitur in diverſis Provinciis atque regnis.

Datum Operis.

Hoc Opus novum recollectum & completum eſt per me Theodoricum de Niem clericum Lucenſis Diœceſeos, anno Domini milleſimo, quadringenteſimo octavo, die vigeſimoquinto menſis Julii, regnante Domino noſtro JESU Chriſto, cui ſemper eſt laus, honor & gloria & poteſtas: cujus regnum eſt ſine fine,
Amen.

LAVS DEO IN AETERNVM.

ACVTISSIMI
IVRISCONSVLTI
FRANCISCI ZABARELLIS CARDINALIS FLORENTINI, QVI VIXIT Circa annum Domini 1406. de ejus temporis Schiſmate Tractatus longe appoſitiſſimus: ex quo obiter cum de congregandis Synodis, Cæſaris nę ea hodie partes eſſe debeant, tum de plerisq; aliis, quæ à Pontificiis hucusque damnantur, pia ejus ſęculi judicia prudens Lector deprӕhendet.

ESAIÆ. II.

REPLETA EST TERRA EJVS ARGENTO ET AVRO, ET NON EST FINIS THESAURORUM ejus. Et repleta eſt terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta eſt terra ejus Idolis.



ARGENTORATI.

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopol.

ANNO M. DC. IX.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTOPHORO, DUCI IN WIRTENBERG & Deck, Comiti Montiſpeligardi &c. Domino clementiſs. Lucas Schroteiſen LL. Licenciatus S. D.

NON DUBITO ILLUSTRISSIME *Princeps, quin exorituri ſint in continenti, qui cum in alìud allatos textus, & rationes, ad præſens inſtitutum, accomodari videbunt, truncaturam legum, mutilatorumque Canonum, atq; adeo in univerſum detortæ ſententiæ criminis reum me deferre, calumniariq; ſatacturi ſint. Iis igitur primum reſpondeo, quod cum major pars hujus tractatus, canonum autoritate nitatur, quorum dicta generalia eſſe, & revera ad præſens inſtitutum multo etiam quam ad ipſius Zabarellis propoſitum accommodatiora fatendum eſt: me hic non tam Zabarellem, quam ipſos potius in commune canones juriſq; autoritates afferre. Deinde, quod ex ipſa lectione deprahendi poteſt, neque omnino eam autoris intentionem eſſe, ut in una hac negocii ſpecie prorſus ſe contineat, quinimo hunc illi, mea ſententia, potius ſcopum fuiſſe, ut immoderatam Romanorum pontificum licentiam, & effrenem illam dominandi libidinem, quò ad ejus fieri poſſet, coerceret, taxaretq;. Quæ ſi extra propoſitum erunt, habebunt fortaſſis quod non injuſte querantur æmuli. Cæterum Illuſtriſſime princeps, miſſis hiſce, cum nuper Celſitudinis tuæ patruus, Illuſtris Dominus Georgius, Princeps Virtenbergenſis, hac tranſiturus, adverſa valetu-*

dine correptus, per aliquot dies incumberet, offerẽq́; illi levandæ moleſtiæ cauſa, quem inter non cõtẽnendæ vetuſtatis monumenta repererã. præſentẽ Tractatũ: ut eſt non modo rara juſticiæ cõmendatione, ſed & prudentia incõparabili inſignis heros, & qui nihil prius habeat quã ut ex animo Chriſtianæ Reip. bene velit: ut eſſet quo põtificiorũ rabies, qui vel ſacrilegiũ ducũt, alii præter quã ſuo põtifici congregandorũ Cõciliorũ poteſtatẽ attribuere, cõprimeretur: adendi hujus tractatus autor fuit. Et ſane ex omni præteritæ ætatis Jurisprudẽtia, ad cõvincendã refellendãq; Põtificiorum frõtẽ, vix quiſquã ſolidius firmiũſq; pro tẽporis rerumq́; præſẽtium cõditione quicquã adduxerit. Ut enim illi hodie omnia quãtumvis juſte, & ad rẽ dicta, perpetuo hoc quaſi præjudicio premunt, quod nova, quodq; ex inveterato in Rom. ſedẽ odio prolata ſint: Ita viciſsim vetuſsimi, ejuſdẽq; popularis ſui teſtimonia, extra omnẽ hujus culpæ ſuſpicionẽ agnoſcere, acceptareq; cogẽtur. Scripſit enim hic autor circa annũ Domini milleſimũ quadringẽteſimũ ſeptimum, ante Cõſtantienſis cõcilii tẽpora. Idq; eò ſincerius, quo minus habuit, quem nominat imperſtringere, aut offendere poſſet. Siãte ſcilicet Papatu per annos triginta ſex, ſub crudeliſsimo ſchiſmate, & pertinaciſsima avariſsimorũ hominũ laniena. Sub id igitur tẽpus Zabarellis hic, acerrimi judicii vir, & q fere poſt omnes alios (quod in iure civili poſtea Jaſõ præſtitit) male ſarta hiulcaq́; juris canonici elimaverit, caput & frõtẽ ejus ſciſſuræ, qua Eccleſia Chriſti infeſtabatur obſervãs liberrime in degeneres Pontificũ mores & inſanã regnãdi libidinẽ eſt invectus. Neq; ſolũ ſi externa hæc Chriſti Epiſcopos excæcaſſent, Imperatori Rõ. convocandi pios habendarũ Synodorũ facultatẽ conceſsit, Sed ipſos etiã Põtifices examinãdi & inquirendi de eorũ doctrina, & moribus ius Cæſarib. cõpetere, cõprobavit. Et quod maximũ eſt magiſtratui politico autoritatẽ omnino deponẽdi

etiã deturbãdiq; Rom. põtificis. ſi indignũ debita fũctione cõmittat, adſcribere eſt auſus. Quæ ſi quis hodie põtificiis adulatorib. obtrudat, nec in prõptu vindicẽ ſuũ, authorẽ. q extra noſtrorũ tẽporũ curricula ſit poſitus, ſi ſtat, õnino ex proprio capite cõminiſci. & blaſphemias loqui cõvincetur. Verũ ita divina ꝓvidẽtia cõparatũ eſt, ut ſẽp inſignia mẽdacia, inſignes etiã perinde redargutiones excipiãt. Quid enim de Pet. Ferrarieſe ſex illa aſſẽtatorũ, qui ante annos pl' minus cẽtũ triginta octo vixiſſe ꝓbatur, reſpõdebit? Is in tãtũ papomaſtygẽ ob inſignia jã tũ ſũmorũ põtificũ flagitia ſe præſtitit, ut ingenue Imp. & Principes noſtros ad hæc inſenſatos, tãtũ nõ fũgos & ſtipites appellarit. Extãt hæc eius verba in for. Reſpõ rei convẽ. Et ſic nota quot modis iſti Clerici illaqant Laicos & Juriſdictionẽ ſuã ampliãt. Sed heu miſeri Imperat. & Prin. ſeculares, qui hæc & alia ſuſtinetis, & vos ſervos Eccleſiæ facitis, & mũdũ p eos infinitis modis uſurpari videtis, nec de remedio cogitatis. Quia prudẽtiæ & ſapiẽtiæ nõ intenditis &c. Et longe appoſitiſ. in for. act. confeſſ. ꝓ ſervit. in verbo plenã, & õnimodã. &c, ubi nunq̃ chriſtianæ Reip. cõſuli poſſe affirmat, niſi ꝓrſus omnẽ civiliũ rerũ adminiſtrationẽ, ceu fomitẽ hui mali à ſe ablegent Pontifices. Et ut ipſe dicit, donec Cæſari q Cæſaris eſt. & Deo q Dei eſt, reſtituatur. Ut ꝑfecto non ãbigendũ ſit, quin ſi in noſtra hæc tẽpora uiri illi incidiſſent vidiſſẽtq; calamitoſũ totius Chriſtiani nominis ſtatũ, & quaſi triumphãtẽ interea de publica miſeria Rõ. Pontificẽ, non modo abrogãdi Pontificis, verum etiã univerſi Pontificatus abolendi facultatẽ pio Cæſari contuliſſent. Ex quib. certe cnſtat, ea quæ hodie contra pontificiã inſolentiam dicuntur, neq; nova neq; priſcis etiam illis temporibus incognita fuiſſe Hæc igitur Illuſtriſſime princeps, tanquam quæ ad vehementiſſimas huius ſæculi concertationes ceu paradoxa, pontificiis illis pe- penibus ex ſuis authoribus proponi poſſint, cum quod

aliàs eruditis Principibus illa dicare conveniat, tum quod inter cæteras elegantiſsimas tuas virtutes veri perquirendi, colendæq́; juſtitiæ ſtudium præemineat Illuſtriſsimo nomini tuo conſecrare, dedicareq́; volui. Perinde addictiſsima obſequia, & paratiſsimam meam erga Celſitudinem tuam diligentiam, hac ratione conteſtari cupiens. Valeat Illuſtriſsima Dominatio tua in multos annos. Argentorati, pridie calend. Septemb. Anno 1545.

SEQUI-

SEQUITUR Tractatus.

VNITATEM ECCLESIÆ FIRMITER tenere ac vendicare debemus omnes Catholici.24.q.1 c.loquitur.Sed maxime Epiſcopi qui præſident in eccleſia,ut ibi, ſic etiam Doctores juris,maxime Canonici,qui in dei Eccleſia debent afferre fructum oportunum,de elec.c.ex eo li.6. & quadam præcipua cura teneantur Unitatem eccleſiæ quærere & conſervare. Qua de cauſa motus ego Franciſcus de Zabarellis,de modis ſopiendi peſtiferum ſchiſma quod eſt in dei eccleſia, nonnulla colligere ſtudui,quæ ſubjicio.

Quærimus itaque quibus modis provideri poſſit, ut ſit in eccleſia unicus Romanus pontifex, cui Catholici omnes pareant, & non duo uti nunc de facto. Itaque redemptoris cujus agitur cauſa,præſidio poſtulato, reſpondeo ut ſequitur.Quæritur autem primo, ſi contingat eſſe contentionem inter duos de papatu,utroque aſſerente ſe Papam,&alterum invaſorem,quis ſit judex? Reſpondeo quod Concilium.ut notatur 79.Diſt.c.ſi duo.in gloſ pri.& videtur bene probari ibi in litera cum dicit quod ille erit Papa, quem judicium & Univerſitatis conſenſus elegerit.Nam nomine univerſitatis debet intelligi univerſitas totius Chriſtianitatis, cum Papa ſit univerſalis Pontifex,ut de major.& obedi. c.ſolitæ, & de translatione Epiſcopo. c. 1. & duobus ſequentibus. Et quod ad Concilium ſpectet judicare de hoc,eſt 2.q.7.c. Nos ſi incompetenter. §. Item ſymacus. Nam in tanto negocio ſynodalis arbitrii eſt ſequenda præſcriptio. & 17. di. c. Concilia. §. hinc etiam , & licet ibi non exprimatur omnino de tempore, quod tunc eſſet Schiſma in Papatu , tamen bene exprimitur ibi quod erat Schiſma contra Papam. In Canonicis autem legitur quod tunc fuit Schiſma ex eo quod Laurentius contendebat de Papatu cum Symaco. ad hoc facit quod notat Archidiaconus & Joannes And. de Hær. in fi. lib. 6. ubi dicunt quod

cum

cum Papa accuſatur de hæreſi competens judex eſt concilium, quod idem eſt, quia ex quo ſurgit altercatio, & dubii probabilitas, non poteſt dici eccleſia plene reformata, & neuter poteſt bene adminiſtrare argu. de translatione. c. 2. Eſt ergo eccleſia Univerſalis quaſi vacans arg. dicti capit. Cum autem vacat eccleſia poteſtas Univerſalis eccleſiæ videtur reſidere in ipſa tota eccleſia quæ eſt fidelium congregatio, de Conſec. diſt. 1. c. eccleſia. de bigamis. c. debitum. & de elec. c. fundamenta lib. 6. Sic etiam dicunt philoſophi quod regimen civitatis conſiſtat penes congregationem civium, vel ipſius congregationis partem valentiorem, quæ ſententia colligitur ab Ariſtotele tertio Politicorum c. 8. & conformiter dicendum eſt, quod regimen orbis penes congregationem hominum totius orbis, vel ipſius partem valentiorem conſiſtat. Ita ergo & regimen univerſalis eccleſiæ vacante Papatu, conſiſtit penes ipſam eccleſiam Univerſalem, quæ repræſentatur per Concilium generale, & ipſo Concilio congregato, penes ipſius Conſilii partem potiorem, l. di. c. Domino ſancto. ad fi. Nam etiam ad ipſum Concilium non conveniunt omnes Catholici, ſed perſonæ præcipuæ, puta Epiſcopi & alii prælati eccleſiaſtici qui præſunt magnis locis, ut magni Abbates habentes dignitatem quaſi epiſcopalem, per hoc quod eleganter dicit Innocent. de majo. & obedient. c. fin. in rebus & negociis univerſitatum requiruntur Rectores, vel pars idonejor C. de jura. calum. 2. §. ſin autem. ff. de condi. & demon. l. municipibus. & ext. de procur. c. fin. Sed in hoc non oportet inſtare quia periti canonum communiter in hoc conveniunt. Secundo quæritur præſuppoſito, quod ad Concilium ſpectet tale judicium.

Quis habebit congregare Concilium? Reſpondeo quod olim Imperator congregabat Concilium. Sic congregavit Conſtantinus, ut legitur 16. diſ. c. habeo librum. Item Juſtinianus congregavit ſextam Synodum c. di. ibi exequente &c. Item ſynodus Nicena facta eſt mediante Conſtantino. 15. diſt. c. ſancta. & ibi legitur de multis aliis Conciliis, quæ facta ſunt mediantibus Imperatoribus, & alibi legitur quod Conſtantinus præſederit in Concilio Niceno. 11. q. 1. c. Continua. Item Carolus Imperator conſtituit Concilium cum Adriano 63. diſtio. c. Adrianus, & de

pluri-

pluribus aliis Imperatoribus legitur, quod Concilia congregarint. Poſtea conſtitutum eſt quod ad ſolum Romanū pontificem ſpectet talis congregatio 2.q.7.c.Ideo 17.diſt. c.1 & c. Concilia §. hinc etiam. Et hoc quando eſt unicus Papa, ſic loquuntur illa jura. Quando autem ſunt plures qui contendunt de Papatu, ſicut nunc ipſi contendunt, debent congregare Concilium ad ſollicitudinem Imperatoris, Dicto.§. hinc. Intereſt enim ipſius Imperatoris, ut ſit pax in Romana civitate, ut ibi. & ſic fortius intereſt, quod ſit pax in toto orbe, in quo eſſe non poteſt ſtante in contentione Papatu, quia ut in Evangelio dicitur: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur. Et quod ad Imperatorem ſpectet, talis ſollicitatio eſt, quia eſt advocatus & defenſor Eccleſiæ. Vel dicendum eſt, quod ipſi qui de Papatu contendunt debent congregare, ita tamen ſi ſint in poſſeſſione obedientiæ, ita quod gerant ſe pro ſummis pontificibus, & ita etiam habeantur à Catholicis, quisquis ab ea parte quæ ſibi favet, quo caſu tenentur congregare ſuas obedientias ad eundem locum, & ambæ ſic congregatæ ſunt Concilium, & ſecundum hoc debet intelligi. §. hinc præalleg. in eo quod ibi Symacus, qui ut prædixi, cum Laurentio de Papatu contendebat, congregavit ſynodum. quod intelligendum eſt, quòd Symacus erat in poſſeſſione Papatus, quo ad ampliorem partem Catholicorum, Si autem non eſſent in poſſeſſione obedientiæ, vel ſi nollent congregare, quis habeat congregare, dicetur in ſequenti quæſtione.

Tertio, quæro ſi contingat quod duo electi ſint in poſſeſſione Papatus, vel quod ipſi quamvis ſint in poſſeſſione, & congregare poſſint Concilium, ut in proxima quæſtione, tamen nolint, quis congregabit? Reſpondeo, quod collegium Cardinalium, quia cum ſit in poſſeſſione eligendi Papam, de elec. c. ubi periculum lib. 6. per conſequens ad eos ſpectant, omnia quæ ſunt ad electionem conſequentia, de elec. c. cupientes. §. ad hæc & §. Si vero, lib. 6. Ad hoc 65. diſt. c. fin. & quod ibi notatur in gloſ. Item in iis quæ concernunt electionem Papæ, collegium Cardinalium repreſentat univerſalem eccleſiam, & ejus vice funguntur, ut infra in 8 quæſt. Nam hoc caſu non ſubeſt remedium, ut deputetur Uiſitator eccleſiæ vacanti, quo caſu ipſe Viſitator talem convocationem faceret, quemadmodum eccleſiæ Metropolitanæ,

litanæ, & ſi vocandi ſunt comprovinciales Epiſcopi, ipſe Viſitator convocat, ut notat Archidia. 7. q. 1. c. Pontifices. & facit 61. diſt. ꝗ obitum &c. c. fin. de. elec. c. is cui. lib. 6. Nam reſpectu eccleſiæ Romanæ, non eſt qui talem deputet. Et ſic remanet penes collegium talis poteſtas. Si tamen videretur utile Collegio deputare Vicarium ſeu adminiſtratorem ſede vacante, ut facilius expedirentur ea quæ imminent pro electione unius ſummi Pontificis, hoc poſſent, per ea quæ dicuntur infra eo. q. quia poſſunt omnia præparatoria, ſeu conſequentia ad electionem, nec in hoc reſiſtunt juri: non enim poteſt limitari collegium Cardinalium ſicut limitantur inferiora Collegia, quibus hoc prohibetur. de ſupplen. negli. præl. c. fi. li. 6. & hoc quia collegium Cardinalium, non habet ſuperiorem ad quem recurratur ut in dicto c. finali. Sed oppone ad ſuperius dicta de convocatione Concilii, videtur enim obſtare Clement. ne Romani. de elect. ubi irritatur quicquid facit Collegium Cardinalium, de iis quæ ſpectant ad Papam dum vivit. Convocatio autem generalis Concilii ad ſolum Papam pertinet ut ſupra in proximo dubio. Ad quod reſpondeo quod cum illud. c. excipiat ea quę permittuntur Collegio in pręalleg. c. ubi. §. idem. ſtandum eſt illi. § ibi enim prohibentur Cardinalibus, non ea quæ cōtingunt electionem, ſed alia extrinſeca, præcipitur enim, ut de alio negocio ſe non intromittant, niſi in caſibus, de quibus ibi, & hoc ut vacant accelerandæ proviſioni. Cum ergo convocatio generalis Concilii ſit, hoc caſu neceſſaria, ut perveniatur ad habendum unum ſummum Pontificem, merito ad collegium Cardinalium pertinet, tanquam quid annexum & acceſſorium proviſioni. nec dicitur prohibita, imo permiſſa in dicto. c. ne Romani, hæc enim ſunt de iis, quæ melius expediuntur ſede vacante, vel quaſi vacante quā non vacante, ut, in ſimili notat Inno. ne. ſe. va. c. 1. Si autem contingat, quod collegium Cardinalium ſit diviſum, & nō concordat in tali convocatione, vel ex quacunque cauſa non faciat talem convocationem ad quem tunc ſpectet, dicitur in ſequenti quæſtione.

Quarto, quæro ſi eveniat, quod collegium Cardinalium ſit diviſum, & non concordat in convocando Concilium, vel ex quacunque cauſa non convocet, ad quem ſpectabit talis convocatio: Reſpondeo, quod ad Imperatorem. caſus

videtur

videtur 65. diſt, c.fin.ubi negligente illo, ad quem devolvitur congregatio vicinorum Epiſcoporum, pro ordinandis Epiſcopis locorum, proprii populi convocant convicinos Epiſcopos. Proprie autem Imperator repræſentat totum populum Chriſtianum, cum in eum translata ſit juriſdictio & poteſtas univerſi orbis. ff. de orig. jur. l. 2. §. noviſſime. C. de veteri jure enucliando l 1.§. Cum enim. loco ipſorum ergo populorum habet congregare Concilium, & ſi « revolabit ad. «. quia extremitas retrahitur ad principium 35. diſt. c. ab exordio, ut enim dixi in ſecunda quæſtione, convocatio conciliorum ab initio fiebat per Imperatorem, ſed poſtea reſervata eſt Papæ, deficiente igitur ipſo Papa, ſeu non convocante, deficientibusque iis qui ſuccedunt loco Papæ, ſcilicet Cardinalibus, ſeu non convocantibus revertimur ad jus priſtinum. Sic dicimus in ſimili, quod cum quis non poteſt conſequi juſticiam, à ſuperiore licitum eſt ſibi ſua authoritate ſua recuperare, ut eleganter notatur prima diſt. c. Jus gentium in glo. & per Innocent, de reſtitut. ſpol. c. olim. 1. & per hoc etiam dicimus de milite Vaſallo, cui licet in defectum juſticiæ ſibi conſulere & dominum deprecari. & hoc evenit, quia in defectu Magiſtratus revertimur ad jus priſtinum ante conſtitutos Magiſtratus, quo tempore cuique licebat jus ſibi dicere. Confirmatur hoc, quia congregatio Concilii de ſui natura fit ut ibi agatur de iis, quæ ſpectant ad fidem Catholicam, ut ſi qui Chriſtiani ex Catholicis erraverit in fide, per Concilium corrigantur, & in eodem Concilio ſtatuatur quid tenendum ſit. Sic in Nicena Synodo damnatus eſt Arrius. In ſecunda Conſtantinopolitana Macedonius. In tertia Epheſina Neſtorius. In quarta Calcedonenſi Euticetis. hæc leguntur 15. diſt. c. 2. Fuerunt autem prædicti damnati de variis erroribus in fide, ut ibidem legitur. Sed cum agitur de fide, Imperator poteſt intereſſe Concilio, non ad potentiam oſtendendam, ſed ad fidem confirmandam, ut diſt. 96. c. Nos ad fidem, & intereſt ſuo jure non ex gratia Concilii, per id quod ibi dicitur in litera. In eo quod Imperator dicit intereſſe volumus. Nec mirum, quia in tantum eſt Imperatoris fidem defendere, quod ſi Papa eſt de hæreſi ſuſpectus, poteſt ab eo exigere ut indicet, quid ſentiat de fide, 25. q. 1. c. ſatagendum, juncto eo quod ibi notant Laurentius & Archidi. in ver-

bo ſignificavimus. Ex his infertur, quod Imperator eſt pars Concilii. Cum ergo defuit papa vel Cardinales, qui ſubrogantur Papæ in congregatione Concilii, ut dictum eſt in præcedenti quæſtione, ad ipſum Imperatorem, qui pars poſt prædictos eſt præcipua, Concilii ſpectat congregatio, per hoc quod notat Innocent. de major. & obed. c. 1. ubi dicit, quod qui majoris eſt dignitatis in eccleſia, vel ſi non eſt ibi dignitas, ille qui majoris eſt ordinis, vel ſi ſunt æqualis ordinis, ille qui prius eſt ordinatus, debet nominare, vel eligere, vel vocare capitulum, eo caſu quo deficit is ad quem de jure vel conſuetudine ſpectat convocatio. Ad hoc. ff. de fide. inſtru. L fi. & 17. diſt. c. fin. quæ jur. alle. ibi Inno. & faciunt eo quia dicunt ſervandum eſſe ordinem in prælationibus, id eſt, in honoribus. Nec quempiam moveat quod Imperator eſt Laicus, ut ex hoc putet in conveniens quod ſe intromittat de Clericis, nō. n. ſemper prohibetur judicare de Clericis: ſed tunc prohibetur, quando non ſubeſt ratio ſpecialis. Nam propter ſpecialem rationem permittitur, ut ratione feudi, de for. compe. c. veram. de ap. c. Romana § debet, lib. 6. Cum eo quod ibi notatur in gloſ. Hoc autem caſu ſubeſt ratio ſpecialis imo ſpecialiſſima, ne fides Catholica ruat quod nimium periclitatur diu permittendo pluralitatem in ſummo pontificatu, in quo maxime eſt Imperatoris, & præcipuam poteſtatem habet, ut ſupra e. q. Nam permittere plures in Papatu, eſt offendere illum fidei articulum Unam ſanctam Catholicam & c. ut notatur 7. q. 1. c. non autem, quod etiam dixi ſupra, & probatur 24. q. 1. c. loquitur, & ſpecialiter cum agitur de Papatu conceſſa eſt, poteſtas laico principi ſuper Clericos, ut in obſervatione conclavis, de elec. c. ubi. 1. lib. 6. & in Clemen. c. Ne Romani. §. Porro, ubi etiam permittitur principi laico, ut compellat Cardinales ingredi conclave. Et quanquam expoſitores non aperiant ibi quomodo poſſint cogi ad ingrediendum conclave, Ego tamen in ſecūda quæſtione dixi, quod ſicut poſtquam ſunt in conclavi, compelluntur indirecte expedire electionem, ut in. c. ubi. §. verum, ubi coguntur per ſubtractionem victualium: ita etiā poſſunt cogi, ut ingrediantur ab initio. vel ſi omnes ſunt egreſſi, ut reingrediantur, ut non ſit melior conditio Cardinalium non parentium, quàm non ſe offerentium ad ingrediē-

dum

dum conclave, ar. de. poſtu. c. 1. nam permiſſo conſequenti, permittitur antecedens, de offi. de leg. c. 1. & c. præterea, & compelluntur indirecte modo prædicto. & per hoc tollitur quod poſſet opponi de. e. c. ubi. §. 1. Ad prædicta eſt, quia ſi perſiſteremus in eo quod nonnulli putant, ut indiſtincte diceremus nulla caſu licere alicui congregare Concilium generale, niſi Papæ, poſſet fides multum periclitari, finge ſicut aliquando accidit, quod Papa eſſet hæreticus, quo caſu certe ad Concilium ſpectat judicare. 17. diſt. §. hinc etiam 2. q. 7. §. Item ſymacus al. ſub. §. Item cum Balaam. & notat Archidi. tit. de hær. c. in fidei. lib. 6. ſi Papa non vellet congregare Concilium, fugiens judicium de ſe fieri, ut facile contingere poteſt, ſtaret eccleſia ſub hæretico cum maximo periculo fidei catholicæ, tunc ergo dicendum eſt ꝑ̃ præmiſſa, quod Papa requiretur congregare Concilium, & ad hoc tunc ſollicitabit Imperator ar. dicti. §. hinc etiam. & ſi hoc non fecerit, Cardinales congregabunt, vel Imperator modo prædicto, ne per indirectum impediatur tale judicium, quod directe non poteſt Papa impedire, puta ſtatuendo, quod non poſſit accuſari de hæreſi, quia per hoc periclitaretur tota eccleſia, ut notat gloſ. quam non inveni alibi 40. diſt. c. Si papa. Non debet ergo licere indirecte, quod directe prohibetur ar. de procur. c. tuæ. Eſſet enim maximum abſurdum, ſi diceretur hoc caſu Deum dimiſiſſe eccleſiam ſine regimine, ut in ſimili dicit Innocen. de re judi. c. ad Apoſtolic. ad fi. lib. 6. Nam hoc caſu Catholici, ſi ſub heretici regimine diu permitterentur, contingere poſſet, quod ipſe crearet ſuos complices Cardinales, & illi poſtea de ſe ipſis crearent Papam hæreticum, & ſic contingeret, quod ſcriptum eſt, quoniã qualis rector domus, tales & habitantes in ea. Nã id quod dogmatiſſat princeps, facile amplectuntur ſubditi 11. q. 3. c. præcipue, & de voto. c. magnæ. Poſſet ergo niſi Deus aliter ſuccurreret, tota eccleſia perduci ad errorem, quod tamen non eſſet fatendũ, cum eccleſia non eſſet nulla 24. q. 1. c. à recta &. c. pudenda. Oravit enim redemptor noſter pro eccleſia, ne fides ejus deficiat. 21. diſt. c. 1. Et ipſe redemptor voluntate labiorum ſuorũ non fraudabitur, ut dicit gloſ. notabilis in c. à recta. præalle. Non eſt autem alius magis idoneus Dei miniſter ad obviandum, ne hoc accidat, quam Imperator qui advocatus eſt, &

defenſor eccleſiæ, ut ſupra in ſecundo dubio. Male vero patrocinaretur permittendo quantum in ſe eſt, eccleſiam labi in hæreſim. & quanquam fortaſſe non habeant Clerici gratum, quod Imperator in his ſe intromittat: Credendum tamen eſt, quod boni Clerici & fideles laici hoc haberent acceptum, videntes quod Papa & collegium Cardinalium negligerent, vel non facerent convocationem, nulla tamen moti cauſa rationabili, quæ etiam cauſa non congregandi non poſſet longo tempore ſubeſſe, etiamſi non contingant errores præmiſſi. Item etiam fieri poſſet convocatio per alios, quàm per ipſum Imperatorem, ut in ſequenti quæſtione. Quid autem ſi Imperatore convocante Concilium contendentes de Papatu uterq; vel alter, prohibeat prælatos ſibi obedientes accedere? dicã infra q̃ſtione 7.

Quinto, quæro de eo quod dixi ſupra quæſtione proxima, quod etiam alii quam collegium Cardinalium, vel Imperator, Papa nolente, convocare Concilium poſſint, qui ſint illi? Reſpondeo, quod duæ partes ipſius Collegii. Nam ut notabiliter dicit Inno. de no. op. nunct. c. 2. Si duæ partes Collegii quomodocunque conveniant, ipſi poſſunt vocare alios, qui cõmode poſſunt vocari. Et ſi non veniunt, ipſi procedunt ad faciendum quod inſtat. Hæc tamen via videtur habere multam difficultatem in hoc, quod duæ partes conveniant, tamen poſſet eſſe modus, quod Imperator vocaret prælatos generaliter pro reformatione multorum ſibi incumbentium, quod poteſt: & tenentur prælati parere, ut notat Inno. de appel. c. cum parati. Et ſic poſſet eſſe, quod convenire duæ partes, quæ vocarent tertiam. Hoc tamen caſu poſſet contingere perplexitas, ſi contendentes de Papatu prohiberent prælatos accedere, per ea quæ notat idem Innocen. in. e. tit. ad quod dicendum, ut inſequenti quæſtione. Videtur etiam poſſe dici, quod negligente utroque Pontifice, & collegio Cardinalium, & aliis modis, de quibus præmiſi non habentibus locum propter impedimenta, poterunt prælati majores unus vel plures facere convocationem Concilii, per id quod notat Innocent. de ma. & obe. c. 1. quod dixi ſupra quæſtione proxima.

Sexto, quæro circa ea quæ dixi in tribus proximis quæſtionibus, ſi contingat, quod facta congregatione Concilii, per Collegium Cardinalium, vel per Imperatorem, vel per duas partes

partes Collegii, contendentes de Papatu, uterque vel alter prohibeant prælatos ſibi obedientes accedere? Reſpondeo quod non teneatur parere. Nam ut eleganter dicit Inno. de ſen. ex.c. inquiſitioni,præcepto Papæ non eſt obediendum, quando ex hoc vehementer præſumitur ſtatum eccleſiæ perturbari, vel alia mala eſſe ventura, peccaret enim obediens cum debeat futura mala præcavere. Item tale præceptum perturbat univerſalem eccleſiam impediendo ejus unitatem ſub uno ſponſo, ut ſupra in quarta quæſtione, ergo non eſt ſervandum ut 25.q. 1.c. quæ ad perpetuam. in tex. & in glo. prima,quia ut ibi colligitur,& notatur, Papa non poteſt immutare eccleſiæ vel impedire,quæ ad perpetuam utilitatem ordinata ſunt. ad idem ea. q. c. ſunt quidam, ubi dicitur, quod ſi Papa vult deſtruere id quod Apoſtoli docuerunt, convincitur errare,debet enim Papa omnes conatus impendere ne univerſalis Eccleſiæ ſalus infeſtetur. 24. q. c. memor. Conſtat autem quòd conſilia ordinata ſunt ad conſervationem fidei Catholicæ, Unde etiam Apoſtoli dicuntur feciſſe concilia, in quibus canones inſtituerunt, de quibus 16. diſ. c. placuit. Et quanta ſit utilitas conciliorum non expedit rationibus oſtendere,cum ipſo facto notum ſit. Nam ſi radicem omnium inconvenientium & malorum,quæ ex multis partibus paſſa eſt eccleſia, conſideremus, tota ſurrexit ab omiſſione conciliorum, quæ ſi congregata fuiſſent ut quondam fiebat, absq; dubio credendũ eſt,quod proviſum fuiſſet & contra mala & ſchiſmata inſtantia,& futura, nec aliud remedium citra dei manum ad ſchiſma inſtans tollendum, & ad eccleſiæ informationem video. Hæc autem quæ ſuperius ſcripſi ſubjicio judicio melius ſentientium:in quibus ſiquidẽ erratum eſt,ſuppleant & emendent: cogitantes quod uniuscujusquisq; intereſt vigilare ſuper iis per quæ fides Catholica conſervetur,quo zelo,ductus & nullo extrinſeco præmio, ut ſcit is cui hoc ſcripſi,tentavi rem hanc licet arduam & per alios intentatam.

Secundus modus eſt,ut contendentes de Papatu,ſ. dominus noſter quem dicimus Inno.ſeptimum,&alius quem alii dicunt Benedictum,committant aliquibus in numero pro ut eis viſum fuit poteſtatem diſcutiendi de jure,uter iſtorum, vel neuter ſit verus Papa, & ſuper hoc pronunciandi, cum hoc,quod protinus cum pronunciaverint, ſtetur ſententiæ

absq; alia contradictione. Ubi videndum an talis commiſſio fieri poſſit: cum videatur fieri præjudicium Cardinalibus ad quos ſpectat electio. de elec. c. licet. Cum ergo Papa non poſſit ſibi facere ſucceſſorem. 8. q. 1. c. 1. & 2. non videtur quod cōtendentes poſſent committere poteſtatem pronunciandi ſuper Papatu, nam contingere poſſet quod pronunciaretur pro eo qui non erat Papa, & ſic ex tali commiſſione videretur dari indirecte poteſtas creandi Papam, quod tamen directe nō liceret. Et magis hic urgeret, ſi ponatur quod neuter iſtorū ſit Papa verus, quod eſſe poſſet, præſupponēdo quod electio Urbani Sexti non tenuiſſet, & ſimiliter p̄ſupponendo, quod Cardinales non bene proceſſerint in eligendo illum quem dixerunt Clementem, ut dicunt plurimi, aſſerentes quod etiam ſi electio Urbani Sexti non tenebat, vel erat caſſanda, propter impreſſionem & metum: tamen ex quo fuit in poſſeſſione Papatus, non potuerunt Cardinales ſe ſubtrahere ab obedientia & alium eligere, ſed debeant prius facere de hoc diſcuti per Concilium, & ideo ſecundum iſtos ante omnia deberet reſtitui quaſi poſſeſſio obedientiæ illi, qui ſucceſſit Urbano ſexto, ſuper quo ad præſens diſputare non oportet. ſed his non obſtantibus, videtur quod præmiſſa commiſſio fieri poſſit. Nam Papa poteſt cædere Papatu, de renunciatione c. 1. lib. 6. Poteſt ergo uterque iſtorum, cum Papa per ſuā obedientiam reputetur, committere poteſtatem pronunciādi ſuper titulo Papatus. Nam ex quo uterq; præſupponitur habere juriſdictionem, poteſt ſuper hoc dare delegatum, cū etiam poſſit quod eſt fortius, libere & ſine cauſa dimittere Papatum, dicto. c. 1. Ad id quod dicitur de Cardinalibus, dic quod non agitur de ipſorum præjudicio, ex quo ſedes non vacat, ſaltem apparenter, per id quod notat Joannes Mon. de hæretic. c. ſuper eo. lib. 6. & quia non eſt veriſimile, quod contradicant tanto bono, quantum eſt quod uniatur eccleſia Rom.

Tertius modus eſt, quod per utrunque contendentem fiat commiſſio, aliquibus tanquam compromiſſariis de jure tātum, vel de facto tantum, vel de jure, & de facto ſimul. Ubi quæro, an hoc fieri poſſit? Reſpondeo ut ſequitur. Et quantum ad compromiſſum de jure, conſtat quod fieri poſſit ſuper matrimonio ſpirituali, de elec. c. Cum inter canones, de arbi. c. ex parte. Compromiſſio aut de facto, dubia eſt, quia

ſuper

ſuper tit. beneficii non poteſt tranſigi,de tranſac.c.ſuper eo. Tamen contra dicitur quod tituli beneficiorum ſint de jure poſitivo,unde talia dicuntur ſymoniaca, quia prohibita, ut notatur 1.q.3.c. ſalvator,de offi. deleg.c.ex parte de pactis. c. cum pridem,& de jurejuran.c.& ſi Chriſtus,in glo.In his autem quæ ſunt de jurepoſitivo,Papa non ligatur, de Conceſſ. præben.c.propoſuit. Et ſic poſſunt iſti qui babentur pro Pôtificibus,non obſtante diſpoſitione juris poſitivi, compromittere etiam de facto ſuper Papatu.Et ſi dicatur quod poteſtas Papæ eſt de jure divino,& non de jure poſitivo,de transla.c.1.2.3.& fin. dic quod hunc eſſe Papam vel illum non eſt de jure divino.Unde non eſt illicitum quod interveniat trãsactio,dum tamen non illicita,ut pro ſedando ſchiſmete alter iſtorum remaneat in Papatu, & alteri aliter conſulatur, pro ut viſum fuerit compromiſſariis. De hoc tamen compromiſſo intelligendum eſt, quod fiat conſentiente utroque collegio Cardinalium,cum ad eos ſpectat eligere Papam &c.

Quartus modus eſt, quod uterque cædat & eligatur iterum alter eorum,vel eligatur alius tertius per utrunque collegium Cardinalium, & hic modus eſſet promptiſſimus ad ſedandum Schiſma, ubi quæſo, án de jure hoc fieri poſſit? Reſpondeo ut ſequitur. Et primo quantum ad ceſſionē conſtat quod poſſunt cedere,ut ſupra in ſecundo modo.Sed quâtum ad electionem de novo faciendam,forte dicet collegiũ, quod eſt cum Innocentio, quod ſolum ad ipſum ſpectet, electio,quia Urbanus fuit in poſſeſſione Papatus. Unde ab eo non potuerunt diſcedere Cardinales , & ipſe tanquam exiſtens in poſſeſſione Papatus,potuit alios creare,& illi habent jus collegii. Ad quod reſpondeo,quod in dubio ex quo uterque haberetur Papa. utrumque collegium habet jus in electione, & maxime ad hoc facit, quia in tali caſu non admittuntur tales exceptiones contra Cardinales,ad excludendum eos ab electione, de elec. c. Ne Romani.in Clement. & exprimitur ibi ratio ne inter Cardinales eſſent diſſenſiones & ſchiſmata, & hoc procedit de ceſſione voluntaria. De neceſſaria vero dicendum eſt, ut in ſequenti dubio.

Quintus modus eſt,ut ſi videatur quod non ſit alius modus æque bonus ad ſedandum ſchiſma, niſi quod cedatur,& alter vel uterque reſiſtat, nec velit cedere: ut fiat compulſio,

& cogantur cædere. Ubi quæro an hoc liceat? Reſpondeo ut, nam quando aliter non poteſt eſſe tuta ſalus eccleſiç, & immineat periculum deſtructionis eccleſiæ, vel magni ſcandali & periculoſi, Prælatus etiam nolens, cogitur cedere. Ita notat Inno, de renun. c. niſi. §. propter malitiam. ad idem eſt quod notatur 7. q. 1. c. ſcias. in glo. &.c. epiſ.de loco. in glo. fin. & utrobique per Archidia. & per eundem 58. diſt. c. 1. & per Oſti de rerum per mu. c. Quæſitum. Et quanquam in prealle. juribus non habeatur ſpecifice de Papa, tamen idem & fortius in eo dicendum eſt, cum ſcandalum quod imminet ex perſona ejus ſit periculoſius quam in alio prælato, quia concernit totam eccleſiam, & publicam utilitatem omnium Chriſtianorum, quæ debet præferri privato commodo, unius vel duorum incumbentium Papatui, cum ſchiſmate & ſcandalo. 7. q. 1. c. mutationes &. c. ſcias &. c. ſequenti. in quibus attenditur, in talibus mutationibus, cauſa neceſſitatis & utilitatis publicæ, non propria voluntas aut dominatio alicujus. Sed contra eſt quod notat Inno. in c. licet. de electione. in verbo noluerunt. ubi dicit, quod nemo cogitur renunciare alicui rei, in qua credit ſe jus habere: & quod nemini facit injuriam qui ſuum jus proſequitur, ad quod dic, quod quis non cogitur renunciare ſimpliciter, id eſt, ſine cauſa, ſed ex cauſa ſic. ut in juribus præalle. Item aliud eſt cogi, ut dimittat unum beneficium ſimpliciter, & aliud eſt cogi ut accipiat aliud. hoc enim facilius dimittere debet. Et ſic faciendum eſt eo caſu, quo Prælatus ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis cogitur cedere. Nam tunc ut dicit Inno. in dicto. §. propter malitiam. dabitur ei bonum Cambium. Sic enim & hoc caſu iſtis providẽdum eſt, unde honeſtum poſſunt ſtatum ſuſtinere. ar. hujus dicti Inno. Sed circa hoc quæro, quis eſt ſuperior qui poſſit compellere, cum Papa non habeat ſuperiorem? Ad quod reſpondeo, quod concilium per ea quæ dixi ſupra in primo modo, vel ſi ſubeſſet difficultas in congregatione concilii, poteſt dici quod hoc faciat collegium Cardinalium, vel etiam Imperator per ea quæ dixi ſupra in primo modo, & tertio, & quarto. Et facit ad prædicta, quia quando iſti Pontifices perſiſtant & nolint cedere, & ſic pro ſua voluntate impediant unionem eccleſiæ, ex hoc cenſebuntur eſſe in notorio crimine ſchiſmatis. ar. 7. q. 1. c. factus. cum duobus ſequẽtibus.

tibus. ſchiſma vero inducit hæreſim, quia Schiſmaticus intendit ſibi conſtituere propriam eccleſiam, & univerſalem impugnare, quæ tamen una eſt. 24. q. 1. c. loquitur. de hæreſi autem Papæ, judicat concilium, ut ſupra in primo modo in primo quæſito. Item de quolibet notorio crimine Papa etiam, qui eſt unicus, ſi eſt incorrigibilis & ſcandalizatur eccleſia, poteſt accuſari, quia cenſetur pro hæretico, notatur in glo. 40. diſt. c. Si Papa, nam hæc incorrigibilitas concernit cauſam fidei, ut in eadem glo. & ad hoc de pœnis. c. fin. & de hæreticis. c. cum contumacia. lib. 6. & ſi contingat, quod iſti tueantur ſe ad potentiam temporalem, poterunt de facto coerceri etiam per ſecularem poteſtatem. ar. de judic. c. cum non ab homine.

Sextus modus eſt, quod uterque horum pontificum cum ſuo collegio decernat quod ſe moriente, vel cedente, non poſſint Cardinales ad electionem alterius procedere, & ſi fiat, quod electio ſit nulla, ſed teneantur adhærere ſuperſtiti, & eum habere pro Papa, vel expectare donec etiam moriatur, vel cedat. & tunc utrunque collegium conveniat Romæ, vel in loco vicino, ſi ibi eſſe non poterunt, ad eligendũ alium. Ubi quæro an hoc liceat? Ad quod reſpondeo, ut ſequitur, & dico quod quanquam iſte modus non tollat ſchiſma in continenti, ſatis tamen eſt quod ſaltem tollit aliquando, & eo citius, quod uterque iſtorum eſt ſenex. Et ſi dubitetur an alter iſtorum cum ſuo collegio poſſit decernere, quod non valeat electio facta per collegium ſuum, dic quod non eſt de hoc dubitandum, cum Papa poſſit ſtatuere de electione ſucceſſoris. 24. diſt. c. In nomine domini. de elec. c. licet. & eo. tit. c. ubi periculum. lib. 6. & in Cle. c. ne Romani. eo. tit. Et ſi quæratur mortuo altero iſtorum, quis reget ſuam obedi. quoſque alter etiam decedat, vel cedat. Reſpondeo quod ordinari poteſt primus Cardinalis iſtius Collegii, vel ipſum totum collegium adminiſtret in iis, quæ non poſſunt commode reſervari in tempus ſucceſſoris. Item ſi opponatur de eo quod contingere poſſet, quod Cardinales unius collegii eſſent plures quam alterius, & ſic ageretur in electione de præjudicio paucorum, reſpondeo quod hoc præjudicium non eſt curandum per eos, ſed ſolum quod bene pro videatur eccleſiæ. Item poſſet ordinari quod electio fieret ad quotas, & in hoc non oportet inſtare,

 quia

quia non eſt tanta difficultas in hoc, quoniam multis modis poſſet provideri. Utilis autem eſſet obſervatio iſtius modi, quod ante omnia tollerentur omnes proceſſus hincinde, & quod liceret invicem tute communicare. Et ſi dicatur, quod hoc ſit dare materiam ut duo videantur eſſe ſimul ſummi Pontifices, contra id quod notatur 7.q.1.c.non autem.in gloſ.ſicut ergo.in eo quod dicit ideo non poſſe duos eſſe Pontifices, quia offenderetur ille articulus. Unam ſanctā Catholicam &c. Reſpondeo, quod non datur talis materia. quia per hoc non approbantur iſti duo tanquam ſint duo ſummi Pontifices ſed uterque admittitur in adminiſtratione tantum. Poſſet etiam ad abundantem cautelam ordinari, quod alter alteri committeret vices ſuas, quod uterque adminiſtret in ſua adminiſtratione, & ſuo jure, & jure commiſſionis ſibi factæ, quatenus expediat. pro hoc eſt quod notat Inno. de præſcript.c.cum ex officii. Poſtquam hoc ſcripſeram audivi conferre, an per ſortes poſſet hoc dirimi, & poſſet inſtari per ea quæ dixi in tertio modo, & ita etiam iſte ſeptimus modus poſſet defendi. Alium & octavum modum attulit caſus, qui noviter evenit, ut ſubtrahatur utrique obedientia, ubi quæro an hoc licet? Ad hoc poſſet inſtari cum dictum ſit ſupra in quinto modo, quod poſſunt in totum cogi ad cedendum, quod fortius liceat, quod minus eſt, ſcilicet, obedientiam ſubtrahere. Ita tamen quod in ſe recipiant illam ad quos principaliter pertinet, ſcilicet Collegium cardinalium, ubi conſiderandum, quod in his quæ concernuut electionem Papæ, collegium cardinalium repræſentat univerſalem eccleſiam, & ejus vice fungitur. 79. diſ.c.Nullus 2.loco.in gloſ. Sicut ergo univerſalis Eccleſia, id eſt, concilium, habet hoc caſu judicare, ut ſupra eo. tracta. q.1. Ita etiam collegium Cardinalium donec congregetur Concilium, habet providere ſuper iis, per quæ facilius perveniatur ad Concilii congregationem: & per conſequens ad uniendam eccleſiam & ſic volentes quod concilium cōgregetur, & videntes quod contendentes perſiſtunt, nec volunt cedere, nec concilium cum effectu congregare, nec aliter providere unde ſequatur unio, poſſunt ab eis diſcedere, quia ſi Cardinales ſtarent ſub obedientia diverſa, non poſſent invicem facile, imo forte nullo modo convenire. Item prælati convocati ad concilium non auderent venire manē-

te

te obedientia,licet ut dixi ſupra in primo modo, non debe-
rent in hoc timere,quod pauci ſunt fortes &expediti.Et pro
hac ſubtractione quæ noviter facta eſt,inducunt aliqui,quia
cũ præſens Schiſma ſit inveteratũ,per triginta annos & ultra,
cenſetur hæreſis.& ſic dum contendentes, cum effectu non
tollunt ſchiſma,ſed potius fovent,hæretici ſunt.ab hæreticis
autem & ſchiſmaticis, & ab unitate eccleſiæ præciſis, debe-
mus recedere, nec eis communicare 24.q.1.c.advocavit & .c.
omnis.ubi ponitur exemplum de Joanne Evangeliſta, qui
cum ingreſſus eſſet balneum, videns Cherinthum inimicũ
veritatis,id eſt,hæreticum &Schiſmaticum,continuo diſceſ-
ſit non lotus.dicens,fugiamus hinc &c.Ad idem e.q.c. quo-
niam vetus.&.c qui dignior,& pluribus ſequentibus.Et ext.
de ſchiſma.c.1.Nec oportet hoc caſu expectare quod per ſen-
tentiam damnetur 19.diſt.c Anaſtaſius, & quod ibi notatur
in gloſ.prima.& plenius in dicto c.1 Dubium tamen reſtat
per id quod notatur 24.q.1.c.didicimus. in glo. 2. ad quam
gloſ.reſponde,quod loquatur de recenti.Secus in ſchiſmate
antiquo,quod tranſit in hæreſim. Et dic quod ideo aliud in
recenti,quia adhuc non proprie dicitur eſſe ſchiſma,quia ta-
lis nondum poteſt dici pertinaciter perſiſtere. 24.q.3. inter
ſchiſma.poſtquam enim perſiſtit tũc dicitur ſchiſmaticus &
hæreticus.dicto.c.in text.& in gloſ.De hoc per Thomam ſe-
cunda ſecundæ.q.40.argum.primo. Et dicitur perſiſtens is,
qui non eſt paratus corrigi &deſiſtere.de ſumma Trinitate.
c.2.ad fi.& in Clement.unica.§.Porro.in verbo pertinaciter.
& ff.de ſuſpec.tutor.l.3 §.tutores.Non ſolum ergo conten-
dentes hodierni ſunt inexcuſabiles,ſed & primi quando hoc
ſchiſma incepit fuiſſent , ſi perſiſtentes non dediſſent o-
mnem operam,ut tolleretur ſchiſma ad hoc 24.q.1.c. Schi-
ſma.& duobus ſequentibus.& tunc iſti dicuntur Schiſmati-
ci,ſeu nutritores Schiſmatis,& per conſequens hæretici non
ex eo quod acceptarunt electionem de ſe factam , & geſſe-
runt ſe pro pontificibus,cum putaverint electionem eſſe ca-
nonicam,ſed ex eo quod in Papatu perſiſtentes, nec facien-
tes ea per quæ reintegretur Eccleſia, tenent quantum in eis
eſt eccleſiam in Schiſmate per hoc. Quia non intereſt
multum an Petrus vel Joannes ſit Papa,ſed plurimum quod
unus ſit Papa,cum una ſit Eccleſia,quæ in plura dividi non
poteſt. dicto.c. Schiſma. ad fi. unde debent dare ope-

ram

ram ut habeatur unicus paſtor.arg.79. diſ. c. Si duo. Et ſi nulla jura de hoc reperientur, quilibet tamen ſane mentis hoc diceret quod duobus exiſtentibus in adminiſtratione Papatus, nec curantibus cum effectu, quod perveniatur ad unionem, licitum eſt Catholicis ab eis tanquam deviantibus à lege dei, & à via recta diſcedere: & omni cura pro unione eccleſiæ laborare, ne ex inveterato ſchiſmate contingat eccleſiam periclitari, quia non poteſt dici eccleſia in qua Schiſma eſt. 24.q.1.c.pudenda ad fi. & licet non poſſit eccleſia extingui, ut ibi, tamen manifeſtè conſtat quod ex hoc Schiſmate, graviſſime laborat, unde deberent contendentes magis de publica ſalute, quam de ſua prælatione ſolliciti eſſe.arg de renun.c,niſi.§.pergravi. Item eo ipſo quod major pars Catholicorum ab obedientia contendentium receſſit, cenſendum eſt quod recte, quia ut proxime dixi, eccleſia nō poteſt extingui, & ſic etiam non poteſt errare. 24.q.1.c. à recta. & dicitur eccleſia, fidelium congregatio. de Conſec. diſ. 1.c.eccleſia, & notatur in gloſſ. in dicto c. à recta. ad hoc ſupra in primo modo.q 1. & q.4. circa finem. Cum ergo major & potior pars catholicorum ab obedientia receſſit, ſic receſſiſſe dicitur tota eccleſia, quia quicquid major pars univerſitatis facit, tota univerſitas feciſſe dicitur. ff. ad municipalem. l. quę major. & de his, quæ fiunt à majori par. cap. c. 1. Et in hoc non refert quomodo ventum ſit ad hanc ſubtractionem, ſicut & alibi in congregatione univerſitatis ſufficit quod duę partes convenerint, nec refert quomodo. ut notat Inno. de no.op.nunci.c.2. & eſt id quod dixi ſupra in prin. quod debet incipere hęc ſubtractio ab iis ad quos pertinet, ut à collegio Cardinalium. & ſic attendimus initium, quia non licet privatis per ſeditionem ab obedientia deſiſtere. Sed attento fine, præcedit quod proxime dixi. Nam ex quo major pars univerſitatis Catholicorum ſic ſentit, cæteri debent ſic ſentire, & opinari quod à ſpiritu divino ducatur, cum ut prædixi, eccleſia tota non poſſit errare, & major pars accipiatur pro tota: unde cum diſcors ſententia in conciliis invenitur, illius concilii tenetur ſententia, cujus potior eſt authoritas. 50. diſ. c. Domino ſancto. ad fin. Oppone ad hæc, quia Papæ authoritas videtur eſſe ſupra concilium. 17. diſt. c. nec licuit. cum multis capit. ibi notatis. non enim concilia legem eccleſiæ Romanæ præfigunt, ſed concilia per eccleſiæ Romanæ autho-

thoritatem facta ſunt,& robur acceperunt.de electione c.ſignificaſti.facit quod notatur de cap.ll.mo.c.fin. Sed hic nõ diſputatur de Eccleſia Romana, ſed de Papa. Aliud autem Papa,aliud ſedes Apoſtolica.de reſcriptis.c.ſi gratioſe, li. 6. Nam ſedes errare non poteſt.24.q.1.c.quodcunque. in gloſ. ſi Papa 19.diſt.c.Anaſtaſius. & notatur in gloſ.24.q.1.c. a recta,quod dicitur ſedem apoſtolicam errare non poſſe, videtur intelligendum accipiendo ſedem pro tota eccleſia,id eſt, congregatione fidelium.dicto.c.à Recta.in gloſ.Item ad notata in dicto c.fi.de cap.mo.dic quod debent intelligi ſecundum ea quæ dicam infra eodem contrario. aliàs non procedunt.Item in caſu noſtro agitur de fide, quæ periclitatur in hoc Schiſmate,ut ſupra e.arg.Cum autem agitur de fide,ſynodus eſt major quàm Papa.19 diſ.c. Anaſtaſius. in glo. 15. diſt.c.Sicut ſancti.in gloſ.ultima,Et in eo quod dixi, aliud Papam,aliud ſedem Apoſtolicam, videtur intelligenda ſedes Apoſtolica,pro Eccleſia Romana, quæ non cenſetur eſſe ſolus Papa,ſed ipſe Papa cum Cardinalibus, qui ſunt partes corporis Papæ, ſeu eccleſia quæ conſtituitur ex Papa tanquam ex capite,& ex Cardinalibus tanquam membris. de pœnis.c.fœlicis.lib.6.& facit illud. c. maximè in verſiculo, quis enim,in eo quod dicit eccleſiam Romanam ſubjici caſibus,id eſt.periculis,cum fit injuria alicui Cardinali. & hoc quod Cardinales ſint partes corporis Papæ,tenet etiam Laurent.de celebra.miſſarum,Cle.ult. ibi 2. notabili. Ad idem eſt quod notatur de offi.le c.penult. in gloſſ.fi. ubi dicitur, quod legati de latere, dicuntur ſoli Cardinales, quia pars corporis Papæ intelliguntur Arg. de ſent. excom. c.ad eminentiam.Ubi conſiderandum quod licet dicatur Papa habere plenitudinem poteſtatis, non debet tamen ſic intelligi quod ſolus poſſit omnia.Sed intelligitur quod Papa,id eſt, eccleſia Romana quæ repræſentatur in Papa, tanquam in capite,& Cardinalibus, tanquam in membris. hinc notabiliter dicit Jo.Mo.de hæreti.c.ſuper eo lib.6.quod cum Celeſtinus V.contulerat multas Abbacias & epiſcopatus,& ſuperiores dignitates ſine conſilio fratrum & Cardinalium, tales collationes fuerunt caſſatæ,præſertim quia cœtus Cardinalium eſt in hac quaſi poſſeſſione, quod ardua negocia ſint cum eorum conſilio tractanda. unde in multis juribus dicitur de fratrum noſtrorum conſilio. Et licet princeps ſit

ſolut-

ſolutus legibus, tamen ſecundum eas vivere decet. C.de legibus.l. digna vox.ff.de leg. 3.l. ex imperfecto. inſt. quibus mod.teſt.infir.in fine.9.diſt. c juſtum. & omnem indocentiam in principe, qui eſt omnium director, ab eſſe oportet, ut dicit idem Joan, Mo. in c nemo poteſt ad inpoſſibile. lib. 6. & de arbi. c. contingit.ibi,dico notabili tertio. Ad idē eſt quod dicitur lib. 1.ſententiarum,diſt. 42. ubi dicitur deū omnia poſſe præter ea ſola,per quæ dignitas ejus læderetur: ergo nec Papa,cujus poteſtas divina eſt detransla.c. 1. & per totum.per hoc infra q. ſequenti. Item quo ad præmiſſa poſuit idem Joan. Mo.additionem,ut refert Joan.an.in dicto. c.ſupra eo Et in additione illa dixit per Benedictum 11. fuiſſe ſuſpenſa ſtatuta quæ Bonifacius octavus absque fratrum Concilio dederat Marchianis, quia tangebant ardua, licet multa valde juſta eſſent in eis, dicens, quod defectus in perſona facientis,vel in modo,reddit factum inutile. de conſti. c.eccleſia.ff.de rebus eorum l. magis §. Si æs alienum.& idē de reſti. ſpo. c. Piſanis. Ex his infertur quod prædixi, ſcilicet quod id quod Papam dicitur omnia poſſe, intelligitur quando facit conſilio habito cum fratribus. unde ut dicunt Laur. & Arch 25. q.1. c. ſunt quidam. Papa ſine Cardinalibus non poteſt concedere legem generalem de univerſali ſtatu Eccleſiæ. quod eſt notandum. & facit c. quæ ad perpetuam. & quod ibi notatur in gloſ. prima. Quid ergo erit, ſi contingat in his arduis Papam à Cardinalibus diſcordare? dic ut in ſequent quæſtione. Quæro circa hoc, ſi inter Papā & Cardinales ſurgit diſcordia,ſicut nunc evenit,quia Cardinales à cōtendentibus de Papatu ſe ſubtraxerunt,ſaltem pro majori parte utriuſq; collegii,& aſſerunt quod per contendentes ſtat, quo minus tollatur Schiſma. dic quod oportet cōgregare eccleſiam. i. totam congregationē Catholicorū, & principales miniſtros fidei, ſcilicet prælatos, qui totā congregationem repræſentant. Videtur tamen quod ad concilium ſint vocandi etiam alii. 3.5.q. 5. c. ad ſedem. poſt princip.ibi convocatis &c. ubi colligitur quod vocandi ſunt Epiſcopi & Clerici & judices. ſicut ergo tunc factum eſt, ita & nunc fieri debet: & ſuccedit ratio, quia in generali concilio determinantur dubia juris, ut ibi & de conſang. c. non debet. Ergo debent ibi eſſe Juriſperiti. & eſt ille text. ſingularis. ad tres caſus, in quibus etiam laici debent intereſſe Cōciliis

ciliis ſcilicet, ubi tractatur cauſa fidei, vel matrimonii, quia tales cauſæ eos ligant, & notatur per glo. in fin. de his quæ fiunt á præl. & :. ubi colligitur Regula, quod ubicunque tractantur cauſæ quæ eos tangunt, quod debeant intereſſe, quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, ut eſt regula quod omnes, lib. 6. & hæc congregatio appellatur Concilium. ſic enim legimus in actibus Apoſtolorum c. 15. quod cum eſſet ſeditio & diſcordia, an oporteret converſos ad fidem Chriſtianam circumcidi, quibuſdam aſſerentibus, quod ſic, aliis autem contra, miſſum eſt ad Apoſtolos & presbyteros in Jeruſalem: & ſuper hoc convenerunt in Jeruſalem Apoſtoli & ſeniores, & facta eſt magna congregatio. & illud quod placuit Apoſtolis & ſenioribus, cum omni Eccleſia, fuit ſancitum. & ſic reſponſum his qui diſſidebant. ex quo exemplo colligitur quid hodie agendũ ſit. Quod enim tunc geſtum eſt per illos qui ſpiritum ſanctum miraculoſe ſuſceperant. debemus credere quod Deo inſpirante factum ſit. quod etiam patet ibi in epiſtola ſequẽti. Et in hoc etiam apparet quod licet Petrus fuerit princeps Apoſtolorum, tamen plenitudo poteſtatis non fuit in eo ſolo, imo ut patet in loco memorato, Petrus in concilio tanquam unus in congregatione corregnavit, & poſt ipſum Jacobus Apoſtolus. nec reſponſio fuit data ſub perſona Petri, ſed congregationis. unde epiſtola incipit, Apoſtoli & ſeniores fratres iis qui ſunt Antiochiæ, & infra, viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis &c. Et hinc mos antiquus habuit, quod omnia difficilia terminabantur per Concilium, & crebro fiebant. Poſtea vero quidam ſummi pontifices, qui magis ad modum terrenorum principum quam Apoſtolorum, Eccleſiam rexerunt, non curarunt facere concilia, ex qua omiſſione prodierunt multa mala. ut ſupra. Et ex hoc apparet, quod id quod dicitur, quod Papa habet plenitudinem poteſtatis, debet intelligi non ſolus, ſed tanquam apud univerſitatem, Ita quod ipſa poteſtas eſt in ipſa univerſitate tanquam in fundamento, & in Papa tanquam in principali miniſtro, per quem hæc poteſtas explicatur. ita tamen, quod præcedat clavis diſcretionis. ut eleganter dicit Inno. de jurejur. c. quinto. Et idem Inno. de voto. c. quod ſupra. exponens illud quodcunque ligaveris &c. dicit quod Papa ſuper omnes juriſdictionem & poteſtatem habet

tem habet de jure,ſed non de facto,Et notat Hoſti.de tranſlat.Epiſ.quod judicando & ſolvendo valet quod agit, clave non errante.& ſic intelligendum eſt quod dicitur, 24.q.1.c. quodcunque.& quod poteſtas Papæ ſit in ipſa eccleſia,probatur 93.di.c.legimus. ubi dicit Hieronymus quod orbis major eſt urbe.& ibi colligit gloſſa, quod ſtatutum concilii præjudicat ſtatuto Papæ.& idem notatur 9.q.3.c. Nemo ad hoc.19.di.Ita Dominus. ubi dicitur quod Chriſtus commiſit ſalutem univerſitatibus omnib.Apoſtolicis: Ita tamen quod in Petro principaliter collocavit. Ubi nota quod non dicit totaliter,ut alii excludantur,ſed dicit principaliter, ut ſic plenitudo poteſtatis ſit in univerſitate ipſa, & per ſingulos exerceatur,ſed principaliter per Petrum. Non tamen ita per Petrum,ut ei etiam erranti ſtandum ſit. Unde legitur ad Galat.2.quod Paulus in faciem reſtiterit Petro, quia repræhenſibilis erat.2.q.7.c.Paulus.1. Ex his infertur quod poteſtatis plenitudo eſt in Papa,ita tamen quod non errat, ſed cum errat,habet corrigere concilium, apud quod ut prædixi,eſt plenitudo poteſtatis tanquam in fundamento.Neque in hoc poteſt Papa per ſuas conſtitutiones,vel alio modo facere reſiſtentiam,quia hoc eſſet ſubvertere eccleſiam, de quo ſupra quia ut ibi dixi, Papa non poteſt immutare univerſalem ſtatum eccleſiæ.24.q.1.c.memor & de conceſ.præben.c.propoſuit. in glo.nam contra: ſed potius debet uſque ad animam&ſanguinem confirmare.30.q.1.c. ſunt quidam. quod exponit Laurentius uſque ad omnes conatus, & facit dictum.c.memor.&25.q.1.c.Quæ ad perpetuam,Nam neq; poteſt Papa diſpenſare in eo per quod decoloratur ſtatus univerſalis Eccleſię.1.q.7.c.& ſi illa. Nam ex hoc convinceretur errare.dicto.c.ſunt quidam in fine.Quę jura ſunt notanda,quia male conſiderata ſunt per multos aſſentatores, qui voluerunt placere Pontificibus per multa retro tempora, & uſque ad hodierna ſuaſerunt eis quod omnia poſſent, & ſic quod facerēt quicquid liberet etiam illicita,& ſic plus quam deus.Ex hoc enim infiniti ſecuti ſunt errores, quia Papa occupavit omnia jura inferiorum eccleſiarum. Ita quod inferiores pręlati ſunt pro nihilo.Et niſi deus ſuccurrat ſtatui eccleſiæ univerſalis,eccleſia periclitatur.Sed favente deo,ſperatur de reformatione, ſi ut dicitur conſtitutum congregabitur in eccleſia concilium.In qua congregatione non oportebit

De concilio Auenionenſi. xxj

De duobus conciliis Eccleſiæ Gallicanæ, Lutetiæ celebratis ſub Carolo VI. tempore viceſimiſecundi ſchiſmatis. xxij

De aliis duobus Conciliis Eccleſiæ Gallicanæ, Bituricenſi & Lugdunenſi, quorum alterum fuit celebratum pro pragmatica ſanctione publicanda, alterum pro tollendo ſchiſmate ſub Carolo VII. rege Gallorum. xxiij

De

xxiv *De concilio Aurelianenſi habito pro pragmatica ſanctionis conſervatione.*

xxv *De duobus conciliis Eccleſiæ Gallicanæ, quorum alterum Turonibus, alterum Lugduni anno milleſimo quingenteſimo decimo, & undecimo celebratum fuit.*

xxvj *Concluſio ſecunda partis.*

TERTIA PARS,

Quæ comprehendit ſchiſmata ab VIII. usque ad XXIII. item aliqua de futuro ſchiſmate XXIIII. & horribili perſecutione Eccleſiæ Romanæ.

Cap. I *De ſchiſmate octavo.*

ij *De nono ſchiſmate.*

iij *De tempore decimi & undecimi ſchiſmatum, quæ authoritate Ottonis primi ſublata fuere.*

iv *De duodecimo ſchiſmate per Ottonem tertium ſublato.*

v *De decimotertio & decimoquarto ſchiſmatis, quorum tempore Hieroſolyma ab infidelibus eſt capta.*

vj *De ſchiſmate decimoquinto per Henricum tertium Imperatorem ſedato.*

vij *De ſchiſmate decimoſexto, nato ex ſuperbia Hildebrandi monachi Cluniacenſis iura imperii opprimere, atque ad ſe violenter transferre conantis.*

viij *De decimoſeptimo ſchiſmate ex iniuſtis Paparum querelis contra Imperatores nato.*

ix *De decimooctavo ſchiſmate.*

x *De ſchiſmate decimonono.*

xj *De vigeſimo ſchiſmate ſub Friderico Barbaroſſa, quod annos ſeptendecim duravit.*

xij *De vigeſimoprimo ſchiſmate, quod eo tempore fuit, quo Curia Romana in Galliis Avinione commorata eſt.*

xiij *De viceſimoſecudo ſchiſmate omnium longiſſimo ac pernicioſiſſimo, quo durante Bohemi in hæreſin prolapſi, ab Eccleſia Romana deſciverunt.*

xiv *De viceſimotertio ſchiſmate omnium noviſſimo.*

xv *De horribili ſchiſmate viceſimoquarto futuro.*

IN

IN JOHANNIS MARII BELGÆ HISTORICI, QUONDAM CHRISTIANISSIMI GALLORUM Regis Ludovici duodecimi Librum,

DE SCHISMATUM ET CONCILIORUM Eccleſiæ univerſalis differentia, deq; Conciliorum Eccleſiæ Gallicanæ præſtantia & utilitate,

PROOEMIUM.

TRIUMPHUS, honor & laus immortalis ſit illuſtriſſimis ac laudatiſſimis Principibus, qui fideli vinculo concordiæ devinciuntur, omnibusque eorum ſociis, amicis & confœderatis, qui publicæ orbis Chriſtiani utilitati ſtudent: uti hodie faciunt Maximilianus Cæſar Auguſtus, rex Germaniæ, & Ludovicus XII. Chriſtianiſſimus rex Francorum, unà cum celebratiſſima conjuge ſua Anna, regina Franciæ & principe Britanniæ. Qui quidem Ludovicus glorioſè in Ultramontanos, hoc eſt, Italos contendit: quorum qui boni ſunt, laudem merentur: alii verò perverſi, faſtuoſi, rebelles, deſertores, felicitatis Gallicæ oſores, perturbatores & hoſtes ſunt publici commodi. Perturbatores quidem, quia pacem feliciſſimis auſpiciis Margaritæ Auſtriacæ unicæ Imperatoris Maximiliani filiæ in civitate Imperiali Cameracenſi conſtitutam turbant. Hoſtes verò ideo, quia, quantum in ipſis eſt, malignè impediunt, quò minùs laudabiles & pii dictorum principum conatus contra Turcas aliosq; infideles, ſuum effectum ſolenni juerejurando in Cameracenſi pacificatione promiſſum ſortiantur. Nam cujus authoritate confœderatio illa dirigi, promoveri, fulciriq; deberet: ille, quantumvis ſu-

premum Eccleſiæ caput, cum inſigni ſua ignominia, populiq; Chriſtiani indignatione ſe eſſe jactet,ei directò, palàm atq; ſecretò contrarius exiſtit. Faxit verò Deus,ut tandem reſipiſcens ad meliorem mentem redeat,& à cœptis ſuis perverſis deſiſtat.

Ut verò hæc materia comeliùs intelligatur,ſalutem, & gratiam opto omnibus ſubjectis,fautoribus atque amicis dictorum principum,omnibusq; hiſtoricæ veritatis ſtudioſis, quæ in hoc Commentariolo, quantum materiæ ſubjectæ ratio tulerit, exponetur: hac ſimul proteſtatione præmiſſa, me nihil Eccleſię Romanę in integritate ſua ſubſiſtentis,nec Pontificum & clericorum ſanctè ac religioſè viventium authoritati derogaturum. Inter hos ſiquidem multi inveniuntur,ut hincinde in hiſtoriis legere, pauloq; pòſt videre eſt, qui contraria via incedentes, corruptiſſima vita ſua ſchiſmatis ac diviſionibus,quemadmodum boni conciliis & reconciliationibus, occaſionem dedere: inter quæ non exigua differentia deprehenditur. His verò ſic obiter præmiſſis rem ipſam aggrediemur.

PRIMA PARS,

In qua præcipua Concilia univerſalia in Eccleſia Catholica,cum ſeptem primis ſchiſmatis, deſcribuntur.

DE CONCILIORUM UTILITATE, *ac fructu : & diviſione totius Operis,*

CAPUT I.

INITIUM perturbandi omnia, inquit Platina in vita Gregorii X. à Venetis ortum eſt. Communi quoque proverbio jactatur,Non eſſe malum,unde quid boni non oriatur. Quare ſi Veneti ſunt au hores diſſenſionis inter Eccleſiam Romanam& Gallicam,nos videbimus unde proventurum Conciliorum fructum

fructum minimè exiguum, ut ex authoritate deſumpta ex decreto ſeſſionis Concilii Baſilienſis patebit, cui Julianus Cardinalis ſancti Angeli, legatus ſedis Apoſtolicæ, anno ſalutis M. CCCC. XXXI. præſedit.

Frequens (ibi dicitur) generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici præcipua cultura eſt: quæ vepres, ſpinas & tribulos hereſium, errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus præmiſſa diſſeminat atq; fovet. Hæc præteritorum recordatio, & præſentium conſideratio ante oculos noſtros ponunt.

Cùm itaq; conſiderarem, multis videri rem valde novam per Venetos, qui inter populus totius orbis maximè formidabiles ſunt (ut in hiſtoria mea de ipſis Lugduni edita oſtendi) diſſenſionem, quaſiq; belli aperti incendia in ſupremum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, & Gallicæ Eccleſiæ patronū ac protectorem, ali: ad hæc quoq́, complures mirari, unde tam magna & obſtinata audacia Papæ & Chriſtianiſſimo regi tanta tamque excelſa confidentia venerit: quò clarè perſpiceretur fons & origo arrogantiæ miniſtrorum Eccleſiæ Romanæ, & quòd hæc non ſit nova, ſed quaſi prædictrix & & vates maximi iſtius futuri viceſimiquarti ſchiſmatis, de quo tot tantaq́; veterum prophetarum, Sibyllarum & Aſtrologorum vaticinia inveniuntur, ſimulq́; cognoſceretur, intolerabilem atq; immenſam ambitionem Eccleſiæ Romanę præbituram occaſionem ejus perſecutionis: ideo, Deo auxiliante, in hoc præſenti Opere principaliter ſuſcepi trium rerum tractationem: quarum prior erit demonſtratio, quomodo opes Eccleſiæ datæ, maximè à Conſtantino Magno, & ſucceſſoribus ejus, Pipino, Carolo Magno, Ludovico Pio, & aliis, etſi primò ſub ſpecie ſanctitatis, probitatis & caſtitatis ſint partæ, nihilo minùs tamen poſtea peſſimos fructus produxerint, nimirum ſuperbiam, arrogantiam, faſtum, hæreſin, principum contemptum, tyrannidem in ſubditos, impudentiam, aliaq; ejus generis vitia complura, quæ poſtea generalium Conciliorum neglectū invexere. Hæc verò omnia ſimul ſchiſmata, diviſiones, factiones & ſeparationes in populo Chriſtiano excitarunt: quæ multorum malorum, afflictionum, tribulationum & perſecutionem in populo Chriſtiano occaſio fuere.

Ut itaq; dictis incommodis occurreretur, neceſſitas exegit ut principes ſynodos, concilia & conventus virorum, probitate, ſanctimonia, eruditione & authoritate excellentium cogerent. Quorum conciliorum univerſalium pręcipua in Eccleſia Catholica, unà cum ſeptem primis ſchiſmatis, in prima parte deſcribentur.

Secunda pars operis continebit declarationem, ſi non omnium, ad minùs tamen principalium, meliorumque tam particularium, quàm univerſalium conciliorum, quæ in Eccleſia Gallica celebrata fuere, cum commonſtratione utilitatis atque honoris, quæ inde ad rempub. & Eccleſiam redundarunt.

In tertia parte comprehentur ſchiſmata ab octavo usq; ad viceſimumtertium jam præteritum, & fiet mentio de viceſimoquarto, futuro multò majore cæteris omnibus, deq; horribili & admiranda perſecutione, quam Eccleſia Romana ſuſtinebit. Poſt quæ tranquillitas & pax totum mundum excipiet, Evangeliumque complebitur, dicens, Unum ovile & unus paſtor.

LIBER HIC PRÆCIPUE EX TRIum authoritate, vel teſtimonio, extruitur,

CAPUT II.

TRia præcipuè Eccleſiæ univerſali magnum damnum attulere: nimirum ambitio avaritię mater, omiſſio ſeu neglectus conciliorum generalium, legitimi matrimonii ſacerdotum in Eccleſia Latina prohibitio: de quibus ſingulis amplè fuſeque in toto hoc Opere dicetur. Ad quæ tamen tam in genere, quàm in ſpecie conſtabilienda, adduco tria teſtimonia omni contradictione majora: quorum primum eſt Papæ Pii ſecundi, Senenſis patria, qui, teſte Platina in vita ejus, graviter dicere ſolebat, Virtutes clerum ditaſſe, vitia pauperem facere: ſacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias, majori reſtituendas videri.

Secunda authoritas eſt Gaguini hominis tam Theologię, quàm hiſtoriæ cognitione præcellentis, qui in vita Caroli VII. his verbis ſententiam ſuam explicat: Vetuſtiſſima

enim contentione de univerſali concilio, utrum majus ſit, hactenus inter Eccleſiaſticos perſeverat, quo, mea ſententia, factum eſt, ut generales ſynodos cogere Pontifices detrectent. Formidant enim ſuam tam latè patentem, ne dicam, uſurpatam authoritatem Conciliorum decretis cohiberi. Itaq; ea eſt hodie illorum ſublimitas & amplitudo, ut, parvi habitis regibus, licere eis omnia glorientur.

Tertia authoritas eſt Platinę nobilis hiſtorici, qui eleganti ſtylo vitas Pontificum deſcripſit. Hic verò in vita Benedicti quarti dicit, Sanctitate enim & doctrina, quæ non, niſi magnis laboribus conſumataq; virtute comparantur, Pontificum decus ſine ullis opibus primò quidem auctum eſt inter tot hoſtes, obſtinatosq́; perſecutores Chriſtiani nominis: mox verò, ubi cum ipſis opibus laſcivire cœpit Eccleſia Dei, verſis ejus cultoribus à ſeveritate ad luxuriam, peperit nobis tanta luxuria peccandi hæc monſtra, hæc portenta. Quas memorabiles ſententias nobiliſſimus orator Gallicus Alanus Chartier in fine libri, qui Exilium inſcribitur, tanta elegantia reddidit, ut majori non poſſet. Quare lectorem, qui eas lingua populari cognoſcere volet, ad eum remittimus. Nos de primo ſchiſmate dicere incipiemus, ex quo fons & origo omnium aliorum cognoſcetur unà cum turbis & confuſionibus, quibus tanquam ſalutaria remedia & antidota, concilia adhibita fuere.

DE TEMPORE PRIMI SCHISMAtis in Eccleſia Catholica, & de perſecutionibus Chriſtianorum, conciliisq́;, quæ eo durante fuere: de Conſtante, ac Conſtantino Magno ejus filio, & nonnulla de donatione per eum Sylveſtro Papæ facta,

CAPUT III.

Vulgariter quaſiq; quotidie accidere videmus, ut pleraq; mala originem atque principium ſuum à malis & perverſis hominibus ducant: id quod apparet in Novato presbytero & Cardinale Romano, qui primus deteſtãda ſua ambitione & hypocriſi integritatẽ Eccleſię Romanæ violavit.

Nam cùm ſub prætextu ſanctitatis, gravitatis, conſcientiæque ſtrictæ pietatis ſtudio ferventis, ad dignitatem Papalem aſpiraret, cum complicibus ſuę ſectæ contra Cornelium Epiſcopum Romanum duos Antipapas ſuſcitavit, unum Romę nomine Novatianum, alterum in Aphrica Nicoſtratum, ſeque à communione EccleſiæRomanæ ſejunxit, unà cum diſcipulis ac ſectatoribus ſuis, Mundi nomine, hoc eſt ſancti, puri & immaculati, aſſumpto. Magna quoq; obſtinatia defendit, Apoſtatas, hoc eſt, à fide deficientes, ut divus Petrus, multiq; alii metu martyrii poſtea fecere, & hodie, qui Mammeluci vocantur, faciunt, nunquam, etiam pœnitentes, in gremium Eccleſiæ recipiendos: id quod directò cum Evangelii doctrina pugnat.

Ad extirpandum hunc errorem Romæ concilium ſexaginta Epiſcoporum coactum eſt, in quo Novatus cum ſuis Patrum ſententia condemnatus eſt. Nec invenitur, quòd priùs ullum cõcilium in eccleſia ſit celebratum, niſi fortè id ſit, quod in primitiva Eccleſia per Apoſtolos & diſcipulos Hieroſolymis eſt habitum.

Novato ergo ſic condemnato, Cornelius Papa in ſuo ſtatu permanſit, etſi ab Antipapis cõtra ſe per Novatum electis ita vexaretur, ut tandem in exilium pulſus, & ſub Dacio Tyranno martyrii corona inſignitus ſit, poſtquam Romæ præſederat annos duos & dies tres. Unde cùm ad ultimum ſupplicium duceretur, omnem theſaurum Stephano Archidiacono ſuo reliquit & commendavit.

Usq; ad hoc tempus nulla ambitio, vel æmulatio, de Pontificatu extiterat, ſed res, meo judicio, jam eò pervenerat, ut Pontifices, qui antehac in humilitate & paupertate vixerant, diteſcere, & theſauros ex bonis collatis Eccleſię colligerę inciperent. Neq; etenim Pontifices ullas terras vel villas poſſederunt: id quod inde colligo, quòd Papa Fabianus theſauros ex donatione utriusq; Philippi, patris & filii, qui primi Imperatorum Chriſtiani fuiſſe perhibentur, habuit. Cujus rei declarandæ gratia breviter iſtorum duorum Imperatorum hiſtoriam attingemus.

Philippus, primus ejus nominis Imperator Romanus, natione Araps, anno Domini CC. XLVI. regnare incepit: nimirum, poſtquam Gordianũ Imperatorem, dominum ſuũ, proditionę interfeciſſet. Etſi verò hac proditione in propriũ

domi-

dominum ſit uſus, nihilo minùs primus fuit imperatorum Romanorum, qui Ethnica idololatria relicta ad fidem Chriſtianam converſus, & ſacri baptiſmi fonte tinctus eſt cum filio ejuſdem nominis: tandem tamen uterq;, tam filius, quā pater, eandem mercedem recepere, quam domino ſuo Gordiano imperatori ſolverant. Siquidem à Decio tyranno, natione Pannone, ipſorum ſubdito atq; cliente, trucidati ſunt.

Fabianus XXI. Pontifex Romanus patrem & filium ſacri baptiſmatis fonte abluiſſe ſcribitur. Cùm itaq; Decius eos citra modum quàm crudeliſſimè perſequeretur, omnem theſaurum Fabiano dederunt, qui, ut veriſimile eſt, minimè exiguus fuit. Quare Decius, tam cupiditate theſauros iſtos adipiſcendi, quam indignatione, quòd Fabianus eos abſcondidiſſet, poſt primam perſecutionem Chriſtianorum ſub Nerone factam, per totum imperium Rom. ſeptima excitata, papam Fabianum XXI. poſt divum Petrum, in numero Pōtificum martyrum primo, crudeliſſimo martyrio affecit: deinde Cornelium, cujus ſuprà facta eſt mentio, Agathamq́, Apolloniam, aliosq́; cōplures, qui minimè præſtare poterant, quod papa Fabianus ſub ſpecie religionis Chriſtianæ theſauros Cæſareos intervertiſſet. Hoc immenſum & admirabile odium tyranni Decii conceptum contra Chriſtianos in ſuis ſucceſſoribus duravit longiſſimo tempore. Nam Imperator Valerianus, ſucceſſor Galli, octavam perſecutionem inſtituit, martyrioque Sixtum primum, & ſanctum Laurentium ejus Diaconum, qui pauperibus theſauros Eccleſiæ diſtribuerat, Hippolytum aliosq́; complures, decoravit. Deinde quoque Imperator Aurelianus, natione Dalmata, XXXII. Imperator Romanus, ac fundator urbis Aureliæ in Galliis ad Ligerim, & Genevæ in Allobrogibus ad lacum Lemannum ſitarum, ſucceſſorq; Imp. Claudii II. novam contra Chriſtianos perſecutionem publico mandato promulgavit.

Hanc ſubſecuta eſt dicima, omnium ſæviſſima, authoribus Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ex Dalmatia oriundis, quæ duravit per ſpacium X. annorum. Diocletianus (qui ſe, ut Deum adorari, ſuisq́ue pedibus oſcula præberi volebat, quemadmodum & Papæ barbaricum faſtum regum Perſicorum imitantes) in Oriente exercitio crudeliſſimæ hujus perſecutionis, Maximianus verò in Occidente præerat: tamque horribilis cædes & laniena Chriſtianorum

eſt facta, ut vix verbis exprimi queat. Nam intra triginta dierum ſpacium ad XVII. millia hominum graviſſimo acerbiſſimoq; martyrio trad·ta leguntur: ita, ut ferè tota fides Chriſtiana in Britannia majore, quæ hodie eſt Anglia, & in Gallia fuerit extincta, & omnes noſtræ religionis libri combuſti.

Nec hiſce hoſtis generis humani contentus, circiter hoc tempus hæc tanta mala quoq; diſſeminatione hæreſium accumulavit. Primum hoc ſchiſma, fons & origo omnium malorum fuiſſe videtur. Sabelliani namq; hęretici, qui Chriſtum filium Dei eſſe negabant, & Manichæi, qui duo principia conſtituebant, unum bonum & alterum malum, exorti fuere unà cum aliis. Quare contra Paulum Samoſatenum, qui virginitati Mariæ refragabatur, concilium Antiochiæ eſt celebratum. Aliud quoq; C. & XC. Epiſcoporum in regno Neapolitano iiſdem de rebus inſtitutum.

Durante hac decima perſecutione, quæ per Maxentium filium Maximiani uſq; ad tempora Conſtantini Magni eſt cõtinuata, Marcellinus, & Marcell⁹, Melchiades, ſinguli tres Rõ. Põtifices. Agnes, Anaſtaſia, Barbara, Creſpinus, Criſpinianus, Chriſtophorus, Coſmas & Damianus, Catharina, Lucia, Margarita, Georgius, Maximilianus, Quintinus, Blaſius, Mauricius cum legione Thebea, Vincentius, & aliis innumeri martyrium ſubeuntes, in numerum ſanctorum relati ſunt. Sunt inter Hiſtoricos, qui ſentiunt, Imperatores ideo tanto furore in Chriſtianos debacchatos, quòd exiſtimarint, vel ipſis ſuggeſtum fuerit, eos incantatores, magos, aliisque vetitis artibus deditos eſſe. Et ob id Pagani ſacerdotes confinxerunt, falſoq; principibus perſuaſerunt, Chriſtianos palatium Imperiale in civitate Nicomediæ artibus magicis ſuccendiſſe. Verumenim verò Platina, non ignobilis author, in vitis Pontificum aliam diverſamque rationem aſſignat, & authoritate Euſebii allegata, dicit, Perſecutiones non aliunde, niſi ex Divina ultione proceſſiſſe: maximè ea de cauſa, quòd Chriſtiani, & præcipuè Eccleſiaſtici, ſub colore & prętextu fidei ac religionis Chriſtianæ, tanta arrogantia, tanto odio, contemptuque vicinorum laborarint, ut impoſſibile fuerit Paganis, qui rerum potiebantur, eos ullo modo ulteriùs ſufferre. Ideo nemo miretur, ſi principes noſtri temporis ſimi-

ſimiliter affecti ſint erga clerum, præſertim cùm eum ſuperioribus ſimilem eſſe videant.

Poſtquam itaque ex ſuperiùs relatis videmus, quomodo mobiles atque caduci theſauri Imperatorum Philipporum à Fabiano Papa interverſi, occaſionem præbuerint ſchiſmati contra Cornelium ex citato, & quòd Novatus Cardinalis ex ambitione & avaritia, primò hypocrita, deinceps hæreticus factus, duos Antipapas, nimirum Romæ Novatianum & Nicoſtratum in Aphrica contra Cornelium ſuſcitarit, indeq; infamia notato, atq; publici concilii authoritate à conatu deiecto, magnæ atq; acerbæ ꝑſecutiones in Eccleſia evenerint: faciliùs veritas noſtræ intentionis probari poterit, quæ eſt, ut demonſtremus, Donationem dominiorum temporalium, quam ſibi à Conſtantino Magno Papæ factam eſſe prætendunt, fuiſſe cauſam aliorum ſchiſmatum, quæ poſt donationem prætenſam in eccleſia acciderunt. Libenter his verbis utor, ꝙ ſint, qui ſentiunt, Donationem iſtam nunquam factã eſſe, maximè Laurentius Valla Romanus, vir ſingularis cum eruditionis, tum libertatis in ſcribendo, qui de hoc peculiarem librum mira audacia conſcripſit, in quo rationes tales allegat, quæ minimè refutari poſſe videntuur. Verumtamẽ communis opinio, & poſſeſſio, qua Pontifices gaudent, ſatis hanc donationem confirmare videntur. Quare ego affirmare auſim, illam potiùs cauſam mali, quam boni fuiſſe, & ꝙ ex ea Diaboli inſtinctu venenum, quo Eccleſia infecta eſt, ſit ſeminatũ, & ꝙ poſt donationem iſtã, ſanctitate ac pietate Eccleſiaſticorũ languefacta, diminuta & magna ex parte extincta, ea ſchiſmata, certamina, & contentiones inter Eccleſiaſticos & ſeculares generarit. Quæ omnia cũ falſam & impiam Mahometiſtarum ſectam ex hæreſi Arriana prognatam, tũ quoq; alios in Eccleſia calamitates & tribulationes non ſolũ ſuſcitarunt, ſed & promoverunt adauxeruntq́;, & primævam Pontificũ ſanctitatem ac religionẽ extinxerunt: id quod ita ꝓbari poteſt. Conſtantinus Magnus anno Domini CCC. XVIII. à Sylveſtro Papa eſt baptizatꝰ, eſtq; cõmunis opinio, qua à lepra curatus per Papã Sylveſtrũ Conſtantinus dicitur, falſa & ementita, ut Platina in vita Adriani expreſsè ſcribit. Baptiſmo verò aſſumpto, Conſtentinopolim à ſe fundatam conceſſit, ut imperium Orientale contra Perſas id infeſtantes defenderet. Porro verò uſq; ad baptiſmũ Conſtantini tri-

ginta tres Papæ vitæ ſanctimonia clari fuerunt, qui omnes martyrium ſubierunt,ut religionis Chriſtianæ doctrinā ſuo ſanguine confirmarēt,quorū primus D. Petrus,ultimus Melchiades antecesſor Sylveſtri,fuit. Ab hoc tempore,ex ſententia probatiorū hiſtoricorum,in ſede Romana habuimus C. XCIIII. Pontifices,exceptis Antipapis. Ex hiſce verò omnibus nullus martyrio affectus legitur,prçterquam unus,nimirum Felix II. qui de conſilio Conſtantis Imperatoris filii Cōſtantini Magni capite plexus eſt. Neq; tamen nego poſt Sylveſtrum,qui Confeſſor,non autem martyr,fuit,multos fuiſſe Pontifices vitæ ſanctimonia ac integritate præclaros. Sed ante quàm ad alia progrediamur,utile mihi eſſe videtur,Cōſtantini Magni genealogiam exponere,idq; ideo, quòd magnum quendam Doctorem (ſalvo ejus honore) in ejus deſcriptione erraſſe videam,dum ſcriptū reliquit,Nobiliſſimā fœminam Helenā,matrem ejus,filiam fuiſſe Tabernarii, non diſſimili penitùs ratione,qua Virgilius Didonem Æneæ amore captam fuiſſe refert.

Quidam quoq; alii literis prodidere,Helenam fuiſſe mendicam & ſervam:id,quod mihi neutiquā veriſimile videtur, habita ratione cùm inſignium virtutum,quibus ornata fuit, tum quoq; rerum præclararum,quas agit,utpote quòd ſanctam Crucem invenit,tot monaſteria in diverſis mundi partib. extruxit aliaq; bona quàm plurima præſtitit,quę omnia in fœminam tenuioris conditionis ac ſortis minimè cadūt. Ut itaq; vera ejus origo intelligatur, recurrendum eſt ad veritatem antiquorum Annalium Angliæ,quæ hæc eſt: Regnāte in Anglia rege Cloël,quiLoceſtrem condidit, Conſtans Cæſar Hiſpaniam ac Gallias provincias adminiſtravit. Cùm verò tempore regis Britanniæ Aſclepiadoris inſula ea ab Imperio Romano defeciſſet,Cōſtās de ea recuperāda cogitavit.

Porro verò Conſtans cum Galerio conſorte ſuo eodē anno regnare incepit,quo Diocletianus & Maximianus libera voluntate ac ſponſe ſeſe ab Imperii gubernatione abdicātes, vitę privatæ atq; tranquillæ ſeſe dediderunt,quam ne Pontifices quidem noſtri temporis ita amplecterentur. Cùm itaq; Conſtantinus & Galerius Imperium inter ſeſe dividerent: Conſtans,qui natura moderatus eſſet, provinciis Galliæ & Hiſpaniæ contentus fuit,& ſi in diviſione per ſortem illi Italia & Aphrica quoque ceſſerint.

Hic

Hic verò & id ſciendum eſt,quòd Conſtans natus fuerit ex filia Imperatoris Claudii ſecundi. Ut itaq; Diocletianus homo cautus atq; verſutus, cum ſibi affinitate devinciret, Conſtanti Theodoram filiam uxoris Maximiani Cæſaris in matrimonium dedit,ex qua ſex liberis ſuſceptis, eam repudiavit,duxitque Helenam unicam majoris Britanniæ regis filiam,& ex ea Conſtantinum, poſtea dictũ Magnũ,ſuſtulit.

Cæterum cum Cloel,rex Britanniæ majoris,cognoſceret, Conſtantem imperatorem eum grandi exercitu ad ſubigendam eam adventare, cum ipſo congredi,deq; fortuna periclitari metuens,Conſtanti legatos de pace acturos obviam miſit offerens ſe ei tributarium fore,quemadmodum alii cõplures ſuorum anteceſſorum à temporib. Julii Cæſaris Romano imperio fuiſſent.Conſtãs,qui natura benignus ac placidus eſſet,conditionibus hiſce auditis, facilè iis acquievit, pacemq; cũ rege fecit.Vix verò quinque ſeptimanis exactis poſt pacem conſtitutam,rex Cloel è vita deceſſit,nullis poſt ſe liberis,niſi unica filia Helena hærede regni relicta,quæ & moribus & forma perquàm eleganti erat. Hãc itaque Conſtans ſibi matrimonio juncta, ſe regem majoris Britanniæ nominavit.Et hæc cauſa eſt,ob quam reges Angliç uſque in hodiernum diem coronam inſtar diadematis Imperialis geſtant.Filium Conſtãs ex Helena habuit poſtea Magni cognomine decoratum,totius mundi Monarcham.Obiit verò Cõſtans,Galliæ & Hiſpaniæ Imperator, majoriſque Britanniæ rex,Eboraci:& ob inſignem clementiam ac pietatem, vana gentilium ſuperſtitione,numero divorum aſſcriptus eſt.

Conſtãtinus,cognomine Magnus,primò rex majoris Britanniæ,deinde vigeſimusoctavus Imperator Romanorum, regnare incepit anno reparatæ ſalutis trecenteſimo octavo. Ad imperii Occidẽtalis faſtigium evectus eſt,cùm in regno ſuo Britanniæ eſſet.Maxentius autem,filius Maximiani, ſe Romæ pro Imperatore gerebat:quo,quantumvis Conſtantino affinitate jũctus eſſet, in acie devicto,hic,qui virtute excelleret,& alios duos tyrannos,Licinium & Maximinum,Orientalis imperii occupatores,oppreſſit, ſoluſque totius mũdi imperium tenuit.Cæterùm tantis bellis civilibus feliciter confectis,ipſe,qui adhuc gentilium religionem ſectaretur, exemplo anteceſſorum ſuorum Chriſtianos perſequi cœpit, A quo tyrannico tamen incœpto mirabili ratione retra-

ctus,

ctus & ad fidem Chriſtianam converſus, à Sylveſtro Papa, qui in cavernis montis Soractes metu perſecutionis delitescebat, ſacri baptiſmatis fonte aſperſus eſt.

Porrò ad Sylveſtrum quod attinet, ipſe fuit Papa XXXIIII. patria Romanus, vir vitæ integerrimę. Quare Deus quoque eum elegit, qui Conſtantinum Imperatorem ad fidem Chriſtianam converteret. Relicta ergo Conſtantinus idololatria gentilium, omnes tyrannicas perſecutiones, quæ contra Chriſtianos uſque ad id tempus exerceri ſolitæ erant, ſuſtulit: templa Chriſtianorum Catholicorum aperiri, gentilium phana claudi, ſignum Crucis, tanquam victorioſiſſimum, per totum mundum coli mandavit: &, ne quis Chriſtianorum ad ultimum ſupplicium ob fidē raperetur, vetuit. Quæ admiranda mutatio haud dubiè ex ſingulari Dei miſericordia accidiſſe videtur, maximè reputanti, quòd paulò ante tempora iſta nemo, niſi qui certum capitis ac vitæ periculum adire voluiſſet, vel ſe Chriſtianum profeſſus, vel ſignum ſanctę Crucis publicè fabricatus eſſet: ſed habiti erant Chriſtiani tanquam infames, omniq́ue ſcelerum genere polluti, indigni honoribus atque muneribus publicis.

Jam verò, Deo permittente, Papa honore æquali regibus fruitur, omniq́ue perſecutionis periculo liberatus, ſumma ſecuritate gaudet. id, quod licet ex animo Eccleſiæ gratulandum videatur, tamen ſunt, qui diſputent, ac ſentiant, id ſingulari arte atque aſtutia Diaboli, hoſtis generis humani, factum: qui cùm non alia ratione ſanctimoniam Paparum corrumpere poſſet, quorū triginta duos è manibus ſuis forti conſtantia & tolerantia perſecutionum atque martyrii evaſiſſe videbat, cogitarit eos, aliosq́ue Eccleſiaſticos hamo divitiarum atque hæreſium, quæ ex ſuperbia & inflatione ſciētię profluunt, in ſua retia pertrahere, ſpe certa, ſe majorem eorum partem hiſce duobus facillimè in ſuam poteſtatem redacturum. Et ad id quidam allegant, in die donationis ſolēni, vocem horribilem in aëre auditam, quæ dixerit, HODIE Venenum in Eccleſia ſeminavi. Non tamen pro vera hiſtoria hæc affirmare auſim. Ut verò ad Conſtantinum revertar, non ſolùm is Sylveſtro ampliſſimum honorem, ac ſecuritatem metus expertem tribuit, ſed & eum purpura & veſtimētis imperialibus ornatum voluit, eiq́ue coronam imperialē pretioſiſſimis gemmis illuminatam impoſuit: quam tamen

Papa juſta ac religioſa moderatione & humilitate abnuit, nec alia capitis ornamenta petivit, quam mitram Phrygiam ex ſerico albo, qua hodie adhuc utuntur Cardinales & Epiſcopi Romæ in proceſſionibus ſolennibus, non autem ipſi Pontifices.

Sed cùm Sylveſter humili ac religioſa recuſatione unam coronam, quam ſibi Conſtantinus ex poteſtate Imperiali cõferre volebat, rejecerit: ipſi authoritate privata triplicem rapuerunt, cum tiara, qua Perſici reges olim uti conſuevere, quæ inſtar cuculli eminet, & plurima in ſe continet inſtar ſtellæ Phrygionis.

Et certè plus Pontificum amplæ ſummæque fortunæ admirationis, quàm vita moreſque ſanctitatis habere videntur. Ideo quoque Platina hiſtoricus minimè contemnendus in vita Hadriani primi irridet Papam Paulum Venetum cognominatum Superbum, quòd nimiùm ſeſe efferret pompa ornamentorum, eumque vocat non Deum terreſtrem, ut communiter Papę appellari volunt, ſed Deam Cybelem Phrygiam, atque turritam, non mitratam: ea de cauſa, quòd Papa iſte Venetus, cùm peregrinantibus ſeſe in anno Jubileo videndum exhibere volebat, pigmentis faciem tingeret atque fucaret, & magis veſtimentis muliebribus, quam viro convenientibus, uteretur. Unde etiam divus Auguſtinus in libro de Verbis Domini reprehendit arrogantiam Paparum, qui ſe deos appellari patiuntur: Qui vult videri, inquiens, Deus, cùm ſit homo, non imitatur illum, qui, cùm Deus eſſet, pro illo factus eſt homo. Præterea Platina in vita Johannis VIII. expreſsè ſcribit, Sedem rubeam in templo Johannis Lateranenſis, in qua Papa ſe collocat, ut ejus genitalia explorentur, non eſſe factam, quemadmodum vulgus ſentit, ad hoc, ut ſciatur, an vir ſit Papa, vel fœmina, ſed ut commonefiat, ſe eſſe hominem mortalem. Verba Platinæ hæc ſunt: Sciat Pontifex, ſe non Deum, ſed hominem eſſe: eamq; ſedem perforatam vocat ſedem ſtercorariam.

Verum enimverò opes atque divitiæ hujus mundi tantopere hominibus placent, eorumque ſenſibus abblandiuntur, ut etſi Sylveſter Papa coronam auream ſibi ab Imperatore Conſtantino oblatam recipere abnuerit, non tamen tã teneræ ſtrictæq; conſcientiæ fuit, ut alia majora, reditus videlicet, terras, regiones dominiaque Imperii Romani, quæ,

ut

ut aliqui dicunt, Conſtantinus ei dedit acceſſit, non accederet. In quo primò hæc difficultas oritur, quòd ut & antè meminimus, inveniantur, qui donationem iſtam factam fuiſſe negent. Altera difficultas in eo eſt: an, ſi ea donatio facta fuerit á Conſtantino, illa in præjudicium ſucceſſorum ejus valeat? Ego ab hiſce diſputationibus abſtineo, tanquã quarum occaſione quis facilè in ſuſpicionem hæreſeos labi poſſit, ut in Bohemis videmus: tum etiam, quòd alias multi viri ingenio præſtantes in iis diſcutiendis verſati ſunt: inter quos Laurentius Valla, nobilis Romanus, & orator vehemens, omninò tuetur falsò atque perversè hanc donationem confictam. Ego, ut ſeſe res habeat, neſcio: attamen ſaniori ſententiæ libens acquieſco.

Ad extremum Sylveſter Papa primum Concilium generale in urbe Bithyniæ Nicea, nunc à Turcis occupata: celebrari curavit contra hæreſin Arrij pullulaſcentem, quæ affirmabat quidem Trinitatem perſonarum, ſed unitatem eſſentiæ negabat. Huic concilio interfuerunt trecenti & octodecim Epiſcopi, ejusq; authoritas tanta eſt, ut ſacroſanctis Evangeliis æquiparetur. Hiſce ſic breviter expeditis, nunc ad alia ſchiſmata & certamina, quæ primum hoc ſubſecuta ſunt, deſcendemus: expoſituri, quomodo hæreſes multiplicatæ, imperii eccleſiæq; calamitates accumulatæ ſint, & quę concilia pro Eccleſiæ reformatione ſint celebrata.

DE TEMPORE SECUNDI SCHIſmatis in Eccleſia, quod duravit uſq; ad duodecimam perſecutionem, deq; hæreſibus & calamitatibus, quibus interea Eccleſia conflictata eſt,

CAPUT IV.

POſt Sylveſtrum, cui donationem à Conſtantino factam eſſe diximus, duo ſolummodo Pontifices, nimirum Marcus & Julius à ſchiſmate & diſſenſionibus immunes fuere. Interea hæreſis Arriana magis magisq; invaluit, qua Conſtans Imperator filius Conſtantini Magni infectus fuit. Quamobrem imperio poſt mortem patris ad pſum devoluto, undecimam perſecutionem contra Catholicos inſtituit Julio Papa in exilium miſſo: cui

Liberius

Liberius & Felix, contrarii ſibi invicem, competitores Papatus ſucceſſere. Liberius etſi hæreticus eſſet, tamen favore auxilioque Conſtantii Imperatoris Pontificatum obtinuit, ſedique annos ſedecim, menſes ſeptem, dies tres præfuit; numeratus verò primus inter Papas, qui infames, ſchiſmatici & fautores hæreticorum contra Catholicos fuere, cùm ob Papatus ambitionem, tum ut Imperatori Conſtantino juniori placeret infecto Arriana hæreſi, quæ omnium peſſima, ſæviſſima, deterrimaque fuit inter has, quæ unquam exortæ fuere, & fere Mahometica ſecta deterior. Epiſcopi ſiquidem & ſacerdotes Arriani, reliquos Epiſcopos, ſacerdotes atque Catholicos miranda & inaudita crudelitate perſequebantur, maximè in Aphrica & Hiſpania, Vandalis ibi dominantibus.

Cæterùm ut ad propoſitum revertar, Verus atque Catholicus Papa Felix tredecimo menſe Papatus juſſu Conſtantis Imperatoris capite truncatus eſt, ultimus inter Martyres, ut Hiſtorici narrant. Interea aliæ hæreſes hinc inde pullulavere: ut Donatiſtarum, qui Catholicorum baptiſmum reiterabant: & Eumoniorum dicentium, Chriſtum non eſſe ſimilem patri naturá, ſed gratiá: Macedoniorum negantium, Spiritum ſanctum æqualem eſſe patri & filio. Quibus Eccleſiæ calamitatibus acceſſit duodecima Chriſtianorum perſecutio Juliano Apoſtata Imperatore authore introducta. Fieri verò potuit, meo judicio, ut tyrannis & defectio iſta profluxerit ex peſſima vita & diſſenſione, quam in noſtris eccleſiis eſſe vidit.

DE TEMPORE TERTII SCHIſmatis, & rebus quæ eo durante in Eccleſia & Republica accidêre: deq; Conciliis eius temporis,

CAPUT V.

SEcundum ſchiſma ſtatim ſubſecutum eſt tertium, inter Papam Damaſum Hiſpanum & Urſicinum Cardinalem adverſarium & competitorem ejus: quorum contentio in ipſo templo vi armisq; deciſa eſt, ita ut utrinq; cædes maxima facta ſit. Tādē Damaſus ſuperior extitit, & Urſicinus, qui ſe p Antipapa geſſerat, Epiſcopatu Neapolitano cōtent' fuit

Hic itaque jam facile videre eſt, quantum detrimentum & corporis & animæ, eccleſiæ ac Chriſtianitati nimis liberalis ac prodiga Conſtantini donatio attulerit, cùm manifeſta armorum vi, cæde & ſanguinis effuſione Apoſtloica ſedes cōparatur. Sic ergo Damaſus primus Papa fuit, qui manu armata ſedem Apoſtolicam Petri occupavit. Nihilo minùs tamen ſanctus glorioſusque Confeſſor habetur. De adulterio vehementer accuſatus, ſolenniter ſe purgavit. Hieronymi ſcripta primus approbavit.

Circiter hoc tempus ab Alarico, rege Gothorum, Roma capta atque deſtructa eſt. quę res maxima ſcandala in Eccleſia Chriſtiana peperit. Ethnici ſiquidem, qui Pagani vocantur, Chriſtianis hanc calamitatem imputantes, fidem Chriſtianam in contemptum odiumque adducere conabantur, dicentes: Hoc malum ideò Reipublicæ veniſſe, quod Imperatores Romani veterem deorum cultum ac religionem dereliquiſſent. Ut itaque huic errori obſiſteretur, tantiſque calumniis reſponderetur, divus Auguſtinus libros de Civitate Dei compoſuit.

Præterea, ne quid tantis turbis deeſſet, inimicus generis humani, & hoſtis eccleſiæ, complures hæreſes excitavit, quarum præcipua erat Pelagiana: ſic dicta ab inventore & magiſtro ejus Pelagio, qui falsò docebat, Hominem etiam, non præcedente Dei gratia, poſſe mereri remiſſionem peccatorum: Nec curandum de baptiſmo, aliiſque eccleſiæ ſacramentis. Ad quem errorem reprimendum concilium generale ducentorum & vigintiocto prælatorum Carthagine indictum eſt: in quo ſcientia & virtus præclara Auguſtini cumprimis emicuit.

Imperii Romani majeſtas atque potentia hoc tempore miſerabiliter imminui, decreſcere, ac ruere cœpit. Vandali ſiquidem, gens Germanica, cum rege Genſerico, & Huni cum rege ipſorum Attila, qui ſe flagellum Dei nominabat, ſeſe in varias Imperii Romani provincias effuderunt omnia ſine diſcrimine deſtruentes & depopulantes. Saxones quoque idololatræ majorem Britanniam acquiſiverunt: incolis, qui veri Chriſtiani erant, inde ejectis Nec interea à Judæis ceſſatum eſt, quorum ſynagoga librum, quem Thalmud nominant, componere incepit, continentem doctrinæ genus perverſiſſimum, ac Evangelicæ religioni omnino contrarium.

De-

DE TEMPORE QUARTI SCHISMATIS, quod circiter quinquaginta annos continet: De Eccleſiæ calamitatibus, & Conciliis contra hæreſes, eo durante, celebratis,

CAPUT VI.

INter tertium & quartum ſchiſma quatuor ſolummodo Pontifices contentionum expertes fuere, Syricius ſcilicet, Anaſtaſius, Innocentius & Sozimus. Poſt eos verò incepit quartum in Eccleſia ſchiſma inter Bonifacium primum & quendam Eulalium Cardinalem presbyterum. Cauſa diſſenſionis fuit, quòd clerus in duas factiones diviſus eſſet, quarũ una elegit Bonifacium Romanum, filium ſacerdotis Jucundi, in Palatio Julii: altera verò Eulalium in Baſilica Conſtãtini. Quare Honorius Imperator, filius Theodoſii, qui Mediolani tunc erat, intellecta, ad preces uxoris ſuæ Placidæ, & filii Valentiniani Cæſaris, utrunq; Antipapam Roma pepulit. Bonifacius tamen ſeptimo poſt menſe revocatus, ſolusq; Epiſcopus Romanus conſtitutus eſt.

Intra tempus hujus quarti ſchiſmatis usq; ad quintum Prædeſtinatorum hæreſis initium cepit, affirmans, Nihil in hoc mundo bona opera prodeſſe ſanctis ad vitę æternæ adeptionem: Deum etenim ab æterno conſtituiſſe qui damnandi, vel ſalvandi ſint. Præterea intra tempus hoc magnum illud & univerſale concilium Conſtantinopoli eſt celebratũ, imperantibus Gratiano & Theodoſio, & Romæ præſidente Damaſo, contra Macedonii errorem, ejusq; ſequacium negantium, Spiritum ſanctum eſſe Deum.

Deinde tertium concilium univerſale congregatum eſt in urbe Epheſo, mandato Theodoſii Imperatoris & Papæ Celeſtini, contra hæreſin Neſtorii negantis, Virginẽ Mariã matrẽ eſſe filii Dei. Dum verò hæc gerũtur, tota Gallia, Hiſpania & Aphrica horribili inundatione conplurium gentium barbaricarum, utpote Gotthorum, Viſigotthorum, Oſtrogotthorum, Vandalorum & Alanorum vaſtatæ ſunt, eccleſiis paſſim deſtructis atq; direptis. Hoc etiam tempore undecim millia Virginum, quæ memorantur, Coloniæ martyrium ſubjerunt.

Celebratum quoque eſt quartum concilium generale in civitate Chalcedonenſi,ſita in Aſia minore,quæ hodie Anatolia dicitur: ubi fuerunt quingenti & triginta Epiſcopi authoritate Martini Imperatoris & Leonis Papæ I. convocati, ad refutandam hæreſim Eutychis Abbatis Conſtantinopolitani,qui aſſerebat, In Chriſto ſalvatore noſtro poſt aſſumptam humanam carnem tantùm unam eſſe naturam, videlicet Divinam. Qua hæreſi authoritate concilii ſublata, alia Acephalorum exorta eſt,quæ decretis atq; Canonibus concilii hujus contradicebat.

Alio quoque malo atque incommodo hujus temporis calamitates accumulatæ ſunt.Nam Papa Anaſtaſius ſecundus, Romanus,in hæreſin prolapſus eſt, & reputatur pro ſecundo Papa infami poſt donationem Conſtantini: favit enim Eutychianis & Neſtorianis,quemadmodum Liberius, cujus ſuprà meminimus, Arrianorum partes fovit. Ut verò hæréticus eſſet,nihilo minùs primus Paparum imperatorem Anaſtaſium ſibi cognominem anathematis fulmine ferire auſus eſt,quòd alteri cuidam hæretico, Achatio nomine, cômunicaret.Sed tandem hic Papa juſto Dei judicio miſerrimum vitæ exitum ſortitus eſt. Nam dum ventrem exoneraret(omnibus Hiſtoricis id atteſtantibus)inteſtina in latrinam effudit,poſtquam ſedem Apoſtolicam occupaſſet ſolummodo annum & unum dies vigintiquatuor.

DE QUINTO SCHISMATE, ET conciliis pro extirpatione hæreſium ac unione Eccleſiæ celebratis,

CAPUT VII.

QUintum in Eccleſia ſchiſma circiter annum Domini CCCC. XCIIII. ſtatim à morte papæ Anaſtaſii infamis incepit, exortumque eſt inter duos competitores, Symmachum &Laurentium,quorum prior clero diſſentiente in baſilica Conſtantini, alter in eccleſia Mariæ novæ electus eſt. Unde tantus tumultus,tamq; gravis diſcordia nata eſt inter Senatum populumque Romanum in factiones diviſos, ut

omni-

omnium concilio hæc controverſia ad Theodoricum regem Gotthorum tunc Ravennæ reſidentem, deferenda fuerit: qui utraque parte patienter audita, ac jure utriusque cognito, Symmacho Sardo papatus dignitatem contulit, & ut Laurentius tanto æquiùs ac patientiùs ſententiæ contra ſe latæ ſtaret, Epiſcopatum Nicenæ accepit. Et ſic hoc quintum ſchiſma citra majores motus Theodorici regis virtute ſedatum eſt.

DE SEXTO SCHIſmate,
CAPUT VIII.

INter eoſdem ſextum ſchiſma exortum eſt. Nam quatuor annis exactis, quidam ex clero novarum rerum ac contentionum cupidi, auxilio Feſti & Probi ſenatorum Romanorum freti Symmachum ſubmovere conati ſunt, Laurentio ejus adverſario revocato. Quare Theodoricus rex ita commotus eſt, ut ſtatim quendam Petrum Altinum Epiſcopum Romam mitteret, qui ſedem Apoſtolicam pro ſe obtineret, aliosque duos pelleret. Verùm Symmachus, concilio centumviginti Epiſcoporum coacto, tam probè atque conſtanter de omnibus criminibus objectis ſeſe purgavit, ut in ſede Apoſtolica remaneret. Nihilo minùs tamen hac de cauſa in populo Romano tanti motus atque tumultus ſæpiùs exercere, ut non ſolùm laici & ſacerdotes mutuis inter ſe cædibus graſſarentur, ſed & nec manus à virginibus ſacratis cohiberentur: ac niſi Fauſtus Conſul armata manu Probino authori omnium malorum ſeſe oppoſuiſſet; deteriora ſubſecuta fuiſſent. En, bone Lector, prima bona, quæ ex donatione Conſtantini provenere.

DE SEPTIMO SCHIſmate,
CAPUT IX.

JUſtiniano II. Imperatore Auguſto Conſtantinopoli regnante, ad ſedem Pontificalem evectus eſt Siſinnius, vel potiùs Sozimus II. patria Syr', circa annū Domini 606. Cōtra quē

exurrexit Antipapa nomine Dioſcorus, qui vi dignitatem Papalem occupavit. Unde ortum eſt ſeptimum ſchiſma, & miranda diſſenſio in eccleſia Romana, quę longo tempore, etiam inter ſucceſſores Gregorium II. Romanum & alium quendam Sigiſmundum, viguit atq; duravit. Quare hoc tempore fides atque religio in Oriente valde deficere cœpit.

Hoc quoque tempore Pontifices fimbriam ſuam extendere,& cornua adverſus Imperatores ſuperbiùs erigere cœperunt. Nam hic Gregorius, ſecundus poſt infamem Anaſtaſium eſt, qui Imperatorem Leonem quartum anathemate ferire,& vectigaliũ receptioni ei interdicere auſ⁹ eſt,quòd adorationem imaginũ per omnes eccleſias ſuas abolere vellet,dicens: Eam idololatriam eſſe, Papa acriter renitente. Unde gravia certamina, miræque contentiones poſtea inter Imperatores & Pontifices renovatæ ſæpiùs fuere. Porrò hiſce diſſenſionibus flagrantibus, Sarraceni ex Aphrica profecti,Hiſpanias invaſerunt,& ex eo tempore regnum Granatæ poſſederunt, donec quòd Catholicus rex Ferdinandus id, ipſis vi inde ejectis, recuperavit. Proceſſerunt quoque inde uſque ad Gallias, ſed virtute Caroli Martelli repulſi ſunt, Invenitur in hiſtoriis, quòd idem Gregorius ſecundus tempore Quadrageſimæ jejunium ſervari juſſerit, quod Melchiades anteceſſor Sylveſtri vetuerat abrogaratque, ſciens, Id eſſe corruptionem corporis humani, ut Medici atteſtantur.

Et ut calamitates atque ærumnas eccleſiæ continuemus, non longo pòſt tempore, regnante in Galliis Pipino, Caroli Martelli filio, quidam Conſtantinus,ejus nominis ſecund⁹, Papatum vi & armis tyrannicè invaſit, eumque,pulſo Stephano tertio, per annum tenuit:verùm tandem vi rurſus dejectus,ac captus,oculis erutis,in monaſterium,tanquam perpetuum carcerem,detrurſus eſt: in numero Paparum, qui infames habentur,quintus.

Hoc quoque eodem tempore gens Turcica ex Tartaria progreſſa, terras imperii Orientalis invadere cœpit, & ſic Chriſtianitas de die in diem imminui. Nam aliis locis hęreſes pullularunt,invaluerunt que ita, ut ſeptimum conciliũ univerſale Conſtantinopoli cogendum fuerit contra eos,qui affirmabant, Uſum imaginum in eccleſiis idololatricum

eſſe:

eſſe: tum quoque, quòd eccleſia Græca à Romana in aliis articulis Spiritum ſanctum concernentibus diviſa eſſet.

Poſtquam itaque per ſuperiùs relata inſtituti noſtri qualiſcunque demonſtratio eſt facta, quomodo per adundantiam opum, & præcipuè donationem Conſtantini Eccleſia corrupta, à priori ſanctitate receſſerit, nunc explicatis ſeptem ſchiſmatis, & commemoratis conciliis, quæ pro tollendis ipſis celebrata fuere, ut titulus hujus Operis, qui eſt, DE DIFFERENTIA ſchiſmatum & Conciliorum, & maximè de præſtantia ac utilitate conciliorum Eccleſiæ Gallicanæ, eò meliùs intelligatur, pauliſper de ſchiſmatis dicere omittemus, ad ea in tertia parte redituri, ut de Gallicanæ Eccleſiæ Conciliis loquamur, quæ celebrari cœperunt circiter primi ſchiſmatis tempora.

SECUNDA PARS PRINCIPALIS HUjus Operis,

De Conciliis Eccleſiæ Gallicanæ.

DE QUINQUE CONCILIIS Eccleſiæ Gallicanæ celebratis Aureliæ,

CAPUT I.

PRÆCIPUE Hiſtorici tradunt, Clodoveum primum inter Chriſtianos reges Francorum, intra tempus quarti & quinti ſchiſmatis in prima parte hujus Operis ſuperiùs commemoratorum, primum quoque Concilium coëgiſſe Aureliæ anno Domini 486. Conſtantinopoli regnante Zenone Iſaurico, & Papa Felice tertio Romanæ ſedi præſidente: quo tempore in Britannia majore, quam hodie Angliam vocant, rerum potitus eſt rex Artus. Præſedit verò Concilio

cilio Epiſcopus quidem nomine Mellanius. Cauſa indictionis hujus Concilii non eſt relata: veriſimile verò eſt indictã fuiſſe hanc ſynodum pro commodo eccleſiæ & Chriſtianitatis. Cæterùm non (ut putatur) hoc primum Aurelianenſe Concilium fuit, ſed tertium. Primum ſiquidem fuit temporibus Papæ Sylveſtri, eiq; præſedit Martinus: ſecundo Epiſcopus Aurelianus: tertio prædictus Mellanius: quarto Albinus Epiſcopus Andegavenſis: quinto Honoratus Archiepiſcopus Bituricenſis, ut apparet in Decreto diſt. XV. c. ſexto ſynodus.

DE CONCILIO ECCLESIARUM Gallicanarum & Germanicarum, celebrato Herbipoli temporibus Caroli Magni,

CAPUT II.

ETſi Franconia Orientalis Germaniæ ultra Rhenum ſita, nõ ſit pars Galliæ, nec ad eã ſpectet, tamẽ Carolus Magnꝰ, cùm utriq; dominaretur, in Cathedrali Franconiæ civitate Herbipoli concilium prælatorum utriusque nationis coëgit temporibus Papæ primi Adriani, ut Platina ſcribit: quod cõcilium Græci nominant ſeptimam Synodum. Et eſt illic condemnatus error Felicianorum, qui volebant, In eccleſiis Chriſtianorum nullas imagines eſſe tolerandas. Aliquo tẽpore poſt hoc concilium elapſo, Leo tertius, ſucceſſor Adriani, ad Carolum Magnum in Gallias venit conqueſtum de injuriis & violentia ſibi à tribus Cardinalibus, Paſchale, Primicerio & Campulo, illata: qui ipſum indignis verberibus affecerant, dum Litanias olim à Gregorio Magno inſtitutas celebrarent. Qua re Carolus audita, graviter commotus eſt, & armata militum manu Romam contendit, & Papam in ſedem Apoſtolicam reſtituit. Unde nomen Imperatoris & Auguſti Occidentalis imperii meruit, multaq; bona eccleſiæ Romanæ contulit, quemadmodum & antè Pipinus pater ejus fecerat, eorumq; poſteri veſtigiis majorum inſiſtentes, facere non deſtiterunt.

DE MAGNO CONCILIO Aquisgranenſi celebrato temporibus Ludovici Pii, filii Caroli Magni,

CAPUT III.

Aquiſgranum, ubi corpus Caroli Magni humatum eſt, licet incolæ ibi idiomate Germanico utantur, ad Galliam tamen Belgicam ſpectat. Celebratum ergo ibi eſt concilium, cujus Platina in vitis Pontificum, & Gaguinus in ſuis Chronicis, mentionem faciunt, authoritate & mandato Ludovici Pii imperatoris Romani & regis Franciæ, in quo omnes principes atq; prælati ſuę ditionis convenerunt. Elegit verò & confirmavit ibi Ludovicus in præſentia concilii filium Lotharium natu maximum conſortem & collegam imperii, Pipinum ſecundum regem Aquitaniæ nominavit, tertium Ludovicum ducem Bavariæ conſtituit. Cumq; legati Sarracenorum habitantiũ Cæſareæ Auguſtuæ & Barſelonæ in Hiſpaniis veniſſent ꝓ pace petẽnda, eam ipſis conceſſit. Præterea nobiliſſimus princeps in dicto concilio juſſit atque conſtituit fieri librum de Ordine cæremoniarũ Eccleſiaſticarum, eumq; in varia volumina tranſcriptũ, per omnes civitates ac pagos imperii ac regni ſui diſtribui, legesq; ac conſtitutiones in eo cõprehenſas in ſingulis capitibus diligenter obſervari. Is, cui onus libri conficiendi injunctum eſt, Amalarius vocabatur, Diaconus eo tempore, tam notitia inſtitutionum ſacrarum & Eccleſiaſticarum cæremoniarum, quàm ſcientia literarum excellens. Præterea Ludovicus imperator cùm vidiſſet à prælatis & aliis inferioris dignitatis modum ordini ſacerdotali convenientem, cùm in veſtimentorum pompa ſuperflua, tum oſtentatione aureorum annulorũ pretioſiſſimis gẽmis illuminatorũ præteriri, præcepit, ut quisque ea reſtricta imminutaq;, veſtibus humilioribus, ſuæque conditioni convenientioribus uteretur, & ne quis plures annulos, quàm unum, indicem dignitatis futurum, in digitis geſtaret. Quantum ego ex Platinæ hiſtoria cognoſcere poſsũ, Papa Stephanus III. Romanus, ſucceſſor Leonis tertii, huic concilio adfuit. Nam ut furorẽ Romanorũ decli-

naret, venerat ia Gallias,& Imperatorem Ludovicum Pium Aureliis invenerat,qui eum honorificè recepit atque tractavit, & data recedendi Romam licentia ipſum cruce inæſtimabilis valoris donavit, ut eam eccleſiæ divi Petri offerret.

DE DETESTABILI CONCILIO per prælatos Franciæ contra Ludovicum Pium Compendii habito,

CAPUT IIII.

CIrciter hoc tempus aliud quoque concilium Compendii coiit, ſed deteſtabile atque peſtiferum. Unde potiùs conventiculi,quam concilii nomen meretur. Nam factum eſt circa ſuperiorem authoritatem, per perverſos Eccleaſticos ejus temporis, qui impiè contra Ludovicum ſupremum dominum atq; Imperatorem ſuum conſpirarunt. Siquidem ipſi,ut veriſimile eſt,moleſtè & indignè ferentes Ludovici emendationem de inhoneſtis,immoderatis atq;ſuperfluis ornamentis ipſorum in veſtibus ac digitis,contra eum conſpirarunt,parricidialiter filios contra parentem armantes,ita ut patrem captum Sueſſonibus cuſtodiæ mанciparent,conſentiente in hoc facinus Gregorio quarto,Pontifice Romano,idq́ue adjuvante,præter meritum Ludovici Imperatoris in eccleſiam Romanam. Multa ſiquidem beneficia Eccleſiæ Romanæ cõtulerat,multaq́; Paſchali & ſedi Romanæ donarat: præcipuè verò donationem Conſtantini confirmârat,ut Raphael Volaterranus ſcribit.Tandẽ quoq; in abominabili hoc concilio Compendienſi, in quo citra authoritatẽ ſuperioris convenerant,iidem Epiſcopi atq; prælati conjurati ſupremũ dominum , ac principem ſuum condemnârunt , ut relicto baltheo militari, & depoſita dignitate Imperiali , cucullam monachicam aſſumeret,& in ea vitam tranſigeret. O falſa,ô malitioſa, ô Phariſaica hypocriſis ſacerdotalis. Non novum eſt,quòd furioſè conſpires in eos,qui te corrigunt , vel reprehendunt:ſiquidem à capite,videlicet à Chriſto Domino noſtro,initia conſpirationum tuarum deduxiſti. Hæc verò dico de perverſis ſacerdotibus,& narrationem de hoc deteſtabili

con

concilio inſtituo, ut aliis lumē adferam, q̄ felicē exitū habuere. Nā poſt haſce turbas Ludovic⁹ Imperator Divino auxilio & authoritate melioris cōcilii in priſtinū ſtatū eſt reſtitutus.

DE CONCILIO HABITO IN urbe Campaniæ Trecenſi, tempore Ludovici Balbi,

CAPUT V.

TEmporibus Ludovici Balbi filii Caroli Calvi, in Franciam venit Papa Johannes octavus Romanus, elapſus ex tetro & obſcuro carcere populi Romani, qui ipſum oderat, quòd Ludovicum Balbum regem Franciæ Imperatorem coronare voluiſſet, cùm Carolo ejus fratri, regi Germaniæ, Romani propenſiores eſſent. Unde cùm hac de cauſa, tū quòd duos Comites Italiæ, quorum uni Lamberto, alteri Helbarto nomen erat, tyrannicè patrimonium Eccleſiæ occupantes excommunicârat, in Gallias conceſſit, ibique per anni ſpatium permanens, primò Arelate ſubſtitit, inde poſtea Lugdunum migravit, ſuosq; legatos ad regem miſit, petens ut illuc venire vellet. Cùm autem rex gravi morbo Turonibus teneretur, Lugdunum non ivit, ſed aliquo tempore pòſt valetudini reſtitutus, cum Papa ſimul convenit in civitate Campaniæ Trecæ, ibiq; coactum eſt Concilium Eccleſiæ Gallicanæ.

In eo Concilio multa ſancta decreta ſunt facta, quę in jure Canonico inveniuntur diſtinctionem L. c. miror. & XVII. q.c.4. incipiente, ſi quis. Inter alia quoq; ibi decreta Platina refert, Flandris Epiſcopum datum eſſe. Flandria ſiquidem, quæ priùs ſylva Arduenna fuerat, plena paludibus, tunc à populo coli, & frequentiùs habitari cœperat. Unde facilè conjici poterit, eos diœceſi Tornacenſi ſubjectos, quod adhuc hodie agnoſcunt. Præterea Papa Joannes in hoc Concilio Ludovico Balbo coronam Imperialem ſolenniter contulit, eumq; nominavit Auguſtum. Fœminam tamen ejus coronare noluit, etſi vehementer, ut id faceret, rogaretur. His reb. peractis, & Concilio ſoluto, Papa Joannes octavus Romam

rediit,ut Sarracenis Aphricanis,qui hoc tempore partem Italiæ occuparant,occurreret.

DE DUOBUS CONCILIIS RHEmenſibus ſibi contrariis, quorum unum à rege,alterum à Papa indictum fuit,

CAPUT VI.

HUgo Capetus,rerum in Gallia potitus.Concilium prælatorum Gallicorum coëgit Rhemis in Campania. Et quia oderat & metuebat poſteritatem Caroli Magni, cui regnum eripuerat,in hoc Concilio ab Archiepiſcopatu removit Archiepiſcopum Rhemenſem Arnulphum fratrem naturalem Lotharii quondam regis Galliç,in ejus locum ſubſtituto monacho quodam Philoſopho & Necromantico.Cōtra hoc Concilium Papa Benedictus VII. in eadem civitate aliud indixit:in quo, Gerberto remoto, Arnulphus eſt reſtitutus.Gerbertus verò mox adempti Archiepiſcopatus loco Ravennatenſem adeptus,arte Diabolica Pontificatum obtinuit,tandem tamen miſerè interiens. Et hic eſt ille, de quo legitur verſiculus vulgaris,

Tranſit ad R. Gerbertus ab R,fit Papa regens R.

Dignitatem ſiquidem geſſit in tribus locis ab eadem litera R incipientibus.

DE CONCILIO GENERALI IN oppido Arverniæ Claromonte,tempore Philippi primi regis Franciæ,in præſentia Papæ Urbani II. celebrato, deq́ expeditione contra Turcas ex ſententia ejus concilii à Godefrido Bulionio aliisq́ ſuſcepta,

CAPUT VII.

URbanus II.antea Abbas Cluniacenſis, & Cardinalis Hoſtienſis,oratione Petri Eremitæ hominis magnanimi atque cordati,ex diœceſi Ambianenſi nati (qui venerat de Terra

ra ſancta, eique miſerabilem ſervitutem, miſerias & anguſtias, quibus Simonem Patriarcham Hieroſolymitanum alioſq; Chriſtianos Ultramarinos premi viderat, prolixè cõmemorarat) motus, conſtituit omnem diligentiam adhibere, ut terram ſanctam è crudelitate atque tyrannide Turcarum, Sarracenorum, Mahometiſtarum', aliorumque infidelium, in qua à temporibus Heraclii, uſque ad id tempus circiter quadringentos & octuaginta annos fuerat, liberare atque eripere. Itaque cùm hujus inſtituti expediendi cauſa, tū quòd in pace ac tranquillitate cum Romanis indies contra ſe novas ſeditiones moventibus, vivere nequiret, aliiſque de cauſis in Gallias venit: nec diu cunctatus, Concilium univerſale totius Eccleſiæ Catholicæ Claromonte in Arvernis indixit. Cùm ergo in nomine ſancti Spiritus Concilium fuit congregatum, Urbanus lingua Latina, orationem ornatam ac elegantem habuit hujuſmodi.

Exiſtimatis fortè, qui huc loci ad nos acciti conveniſtis, viri Chriſtiani, ſolam fuiſſe rei Eccleſiaſticæ ad normam fidei & religionis componendę cauſam, quæ me ab Urbe venire cõpulerit Fuit equidem in eo aliquid cauſæ, ſed alia urgentior, & qua major ulla dici non poſſit, nec excogitari, nos traxit. Paucos ante annos gens à Perſide Agarena, quam corruptè Sarracenam dicitis, S. civitatem Hieruſalem, ſanctamq; terram invadens, cepit, diripuit, incendit, ſacroſanctum domini ſepulchrum (quod ſine lachrymis dicere nequimus) prophanutum, fœdata etiam Eccleſiæ ſacella, templaque ritus noſtri, aut ſoloæquata ſunt, aut in prophanos uſus commutata. Abacti inde Chriſtiani, pars fragilis & cruciatuum impatiēs, ſaluti abrenuncians, circumciſo præputio, facta eſt Sarracena: pars in fide conſtans, per varios mortis modos lacerati laniatique, ut felix fuerit, quem carnifex appetitum gladio obtruncavit. Mulieres Chriſtianæ in urbibus oppidiſque frequentiſſimę, quas ex veſtris quorundam, qui aſtatis, urbibus & oppidis, devotio ad ſancta inſpicienda & adoranda loca, per tot maria, tot terras traxerat, omnia paſſæ ſunt, quæ dictu obſcœna crudelis Chriſti hoſtis, non ad ſuam magis explendam libidinem, quàm ad Chriſtianorum dedecus excogitare potuit. Ea ſi Chriſtiani, imò ſi viri eſtis, nec æquo audire animo poteſtis, nec patienter tollerare: in quæ omnia, ut illis pro dignitate nominis Chriſtiani providere velitis, majorum

Oratio Urbani de Hieroſolymitana expeditione, quæ extat apud Nauclerum gen. 37.

nes nomen floruit Chriſtianum, quod noſtris temporibus ad parvum Orbis angulum coanguſtari,& quotidie de excidio periclitari videmus. Sed propinquiora attingamus. Carolus ille cognomento Magnus, veſter Germani penè avita origine, veſter Franci rex, veſtrum ingens decus, Hiſpaniis, Aquitania,& ipſis Franciæ finibus incumbentes Sarracenos, infinita mortalium examina deturbavit. Carolus Sarracenos Italia,& (ut fama vos vulgatis) Terra ſancta Hieroſolymiſque expulit. Et quo audebitis pacto poſthac dicere, ſolã eſſe, vel primariam gentem Francicam, quam verè Chriſtianam liceat appellare, ſi in ea, quæ vobis adeſt opulentia, Sarracenos & Turcas, poſt captum inquinatumque Domini ſacrum ſepulchrum, populi etiam Chriſtiani reliquias capi opprimiq; per ignaviam permiſeritis? Expergiſcimini, obteſtamur,& per viſcera miſericordiæ Dei noſtri oramus, viri fortes, orbi Chriſtiano exemplum incitamentumque futuri, arma capite, turmas, cohortes, legiones educite, tam multos habituri ſequaces, quàm id ardenti animo facere oſtendetis. Aderit vobis omnipotens Deus, angelos ſuos ante faciem veſtram, qui dirigant greſſus veſtros, cælo demittet. Capite igitur & arripite arma, Chriſtiani, Dominicum ſepulchrum liberaturi, in quo omnes æternam vobis comparabitis gloriam, tum etiam rerum ſæculi incomparabiles divitias parabitis. Nos denique de miſericordia Dei,& beatorum Petri & Pauli authoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra Paganos venerabilia loca hujuſmodi detinentes arma ſuſceperint, cunctas ſibi prodelictis ſuis renitentias relaxamus. Interim verò eos, qui ardore fidei laborem iſtum aſſumpſerint, ſub eccleſiæ Romanæ protectione, tanquam veræ obedientiæ filios ſuſcipimus, & ab univerſis inquietationibus tam in perſona, quàm in rebus, ſtatuimus manere ſecuros.

Plura dicere parantem, vox omnium, dictu mirabile, unico (ut apparuit) ore prolata excepit: Deus vult, Deus vult. Nec ſolum præſentes, verùm longè lateque progrediens hic ſermo, abſentes etiam pari voto accendebat: nec erat, qui cujuſcunque fuerit vel ætatis, aut ſexus, vel conditionis, aut ſtatus, eſſet memor, ut ab incœpto deſiſteret. Poſtea Papa exercitui Apoſtolica benedictione conſignato, vocem Deus Vult, ab ipſis unanimi ore prolatam, durante expeditione, perpetuam teſſaram eſſe juſſit. Crucem autem humeris ſuis

affi-

affixerũt circiter trecenta millia hominũ,inter quos cõplures fuere,qui terras,civitates,villas,ſuaq; dominia pro pecunia conficienda diſtraxerunt,prout hæc,cùm in aliis Chronicis atq; hiſteriis,tũ verò in hiſtoria Godefridi Buillonii Lothringiæ totiusq; exercitus ducis,latè commemorantur. Nos quoq; alii cuidam Operi à nobis compoſito,ſummariã narrationem & hujus & aliarum ſubſequẽtium expeditionum narrationem inſervimus. Hæc verò expeditio omniũ prima atq; præcipua fuit,quæ in utilitatem atq; honorem Chriſtianitatis redundarit. Unde apparet,hoc conciliũ Claromotanũ dignũ eſſe memoria ac laude,cùm tãta inde cõmoda provenerint ac reſultarint. Verùm nos de hoc ſatis ſuperq; locuti,alia narratione noſtra quoq; proſequemur.

DE CONCILIO TRECENSI CElebrato à Paſchale ſecundo Pontifice Romano, pro reformatione ordinis Eccleſiaſtici.

CAPUT VIII.

POſt concilium Claromontanum, vigente decimoſeptimo ſchiſmate, Paſchalis ſecundus, natione Italus, qui antè monachus fuerat, ab Urbani ſecundi morte Pontifex electus, in Gallias venit ad reformandum Eccleſiaſticos, qui diſſolutiſſimè vivebant, & concilium celebravit, in quo multis clericis ac ſacerdotibus beneficia ademit, eaq; dignioribus & magis idoneis contulit: cleriq; mores, qui peſſimi erant, in melius reduxit, quò miniſterium contemptum uovo cultu ſplendeſceret. Hoc facto in Italiam recurrit. Hic porrò Papa controverſiam de inveſtitura Epiſcoporum aliorumq; Eccleſiaſticorum cum Henrico quarto Imperatore renovavit. Unde cauſa multorum bellorum, magnarumq; contentionum inter ipſum & ſucceſſores ejus eſt orta, ut id in tertia parte hujus Operis oſtendetur.

DE CONCILIO RHEMENSI CElebrato per Calixtum ſecundum, fratrem comitis Burgundiæ, in quo Henricus IIII. Imperator anathematis fulmine percuſſus eſt,

CAPUT IX.

PAſchali ſecũdo Gelaſius ſecundus, patria Cajetanus, ſucceſſit, montis Caſſini Monachus, cujus tempore ſchiſma decimum octavum fuit. Hic multa pertulit, Henrico quarto Imperatore eum perſequente, qui Antipapam Benedictum crearat. Cujus metu Piſis navi conſcenſa, ex Italia fugit, atq; ad PortũmS. Ægidii applicans, regnãte Ludovico Craſſo, in Gallias venit, ac per continentem incedens, multis templis dedicatis, ad monaſterium Cluniacẽſe divertit, ibiq; pleuriſi correptus, vitam finiit.

Gelaſio defuncto, Cluniaci eligitur Papa Guido, natione Burgũdus, Archiepiſcopus Viennenſis, frater comitis Stephani, qui in Terra ſancta obiit, militãs ſub Godefrido Bulionio. Hic Guido poſtea fuit vocatus Calixtus ſecũdus, vir ſanctus ac innocens. Cæterùm etſi certò ſcire nequeo, an hic Calixtus, vel Gelaſius prędictus is fuerit, qui cõcilio Rhemis celebrato Henricum quartum imperatorẽ cenſuræ Eccleſiaſticæ ſubjecit: tamen citiùs faciliusq; credo, Gelaſium fuiſſe eum, quàm Calixtum. Hic nanq; ſanguine Henrico junctus fuit, habenti in uxorẽ filiã regis Angliæ Mechtildã.

Cauſa verò excõmunicationis Henrici, controverſia fuit de inveſtitura Epiſcoporum, & quòd Imperator Antipapã Burdinum, Hiſpanum natione, defenderet. Unde tam hiſce de cauſis, quàm quod Calixtus ope auxilioq; Gallorum ſedem Romanam invito Henrico occupaſſet: hic, qui ratione matrimonii Anglis confœderatus eſſet, Gallis bellum intulit, ac Rhemorum urbem, in qua diris devotus fuiſſet, deſtruere cœpit: verùm cognitis viribus Ludovici Craſſi, cũ inſigni exercitu ei occurrẽtis, ab incœpto deſtitit atq; receſſit, & poſtea inter Papam, Imperatorem & regem pax facta eſt.

DE CONCILIO CLAROMONTAno ſecundo, & alio quodam Rhemenſi, eodem ferè tempore habitis,

CAPUT X.

INnocentius ſecundus, patria Romanus ex Tranſtyberina regione, Pontifex creatus, in Rogeriũ Normannum comitis Siciliæ filium, hæredem regni nuncupatum, ſtatim movet. At verò Guihelmus filius Rogerii Innocentium Papam unà cum Cardinalibus, qui in exercitu Romanorum erant, prælio feliciter habito, capit. Hos autem omnes non ita multo pòſt Rogerius mira modeſtia uſus, unà cum Pontifice liberos facit. Interim verò alium Antipapam, nomine Anacletum Romani crearunt, pulſo Innocentio Romano. Unde decimumoctavum ſchiſma in Eccleſia natum eſt, ut in ultima parte Operis dicetur.

Innocentius itaque Roma pulſus, in Gallias, tanquam ad communem Paparum oppreſſorum portum, confugit, prætendens ſe principes ad ferendum auxilium Terræ ſanctæ cohortaturum. Ludovicus Craſſus, Philippi primi & Berthæ filiæ Florentii regis Friſiorum filius ejus adventu cognito, unà cum uxore & liberis ad S. Julianum prope Ligerim ei occurrit, eumque magno honore ſuſcepit. Conſentiente deinde Ludovico rege, duo Concilia in Galliis celebrata fuere, papa præſente, alterum Claromonte in Arvernis, alterum verò Rhemis in Campania. Divus Bernhardus Clarevallenſis, qui tunc temporis in magna exiſtimatione erat, Papæ in rebus omnibus adfuit, ibique plurima decreta atque ſtatuta facta fuere, quæ in jure canonico continentur. His itaque rebus peractis, cùm Innocentio à Lothario Imperatore ſpes reſtitutionis facta eſſet, Romam, devicto Antipapa rediit.

De

DE CONCILIO VERCELLENSI, celebrato in Burgundia tempore Ludovici Junioris,

Caput XI.

Tempore deciminoni ſchiſmatis, cujus uberior fiet mentio in tertia parte libri hujus, Eugenius tertius, Piſis oriundus, ſancti Anaſtaſii abbas, in monachum antea electus à Bernhardo viro ſanctiſſimo, cùm eum Romani perſequerentur more ſuorum anteceſſorum in Gallias confugit, cùm ut furorem Romanorum tumultuantium declinaret, tum ut principes Chriſtianos ad expeditionem Ultramarinam ſuſcipiendam animaret atque accenderet. Alapha namque princeps Turcarum, Edeſſa civitate Meſopotamiæ capta, eam diruiſſe ſoloq; æquaſſe ferebatur.

Hæc res Ludovico regi Galliæ expoſita, maximum ei dolorem attulit. Ut ergo hiſce malis occurreret, Concilium tam principum ſecularium, quam Eccleſiaſticorum Vercellis in Burgundia indixit, ubi hac re per divum Bernhardum Abbatem Clarevellenſem propoſito, rex ſe voto obſtrinxit ad ferendas ſuppetias Chriſtianis Ultramarinis, & regina ſe eum ſecuturā promiſit. Rex itaque & regina una cum multis aliis principib. Baronib. atq; nobilibus ſe Cruce ſignârunt. Itidē quoque fecerunt Conradus rex Romanorum, Alphonſus Hiſpaniæ, & Henricus Angliæ reges cum ſuis principibus. Et hæc eſt ſecunda expeditio univerſalis. Platina innuere videtur, quòd papa Innocentius tertius concilio adfuerit, unà cum Bernhardo, & quòd ipſe regem cruce ſignârit, ab eo auxilio reſtitutionis impetrato.

DE TERTIO CONCILIO CLARO-*montano, & aliis duobus celebratis Turonibus & Divione,*

CAPUT XII.

Vigeſimum ſchiſma Eccleſiæ exortum eſt contra Alexandrum tertium, Senenſem natione, qui Papa creatus eſt anno Dominicæ incarnationis M.C.LXXXIII. Idq; ſchiſma duravit per ſpacium ſeptendecim annorum, cum quatuor Antipapis, quos Fridericus Barbaroſſa conſtituit. Ut itaq; Alexander in huiſce neceſſitatibus ſibi auxiliatores pararet, in Gallias venit ad Philippum regem, ibiq; contra Fridericum imperatorem, quòd Victori Antipapæ adhæreret, in Claromonte concilium celebravit. Ea verò contentio atq; diſcordia magnam calamitatem eccleſiæ Chriſtianæ attulit. Nam ea vigente Hieroſolyma à Saladino eſt capta, & in hunc usq; diem à Chriſtianis amiſſa.

Fridericus Imperator, pacis atque concordiæ cupidus, concilium Divione, tanquam in loco utriq; partium commodo, indici ac celebrari petebat, ut ſchiſma tolleretur, eoque rex Galliæ Philippus & Angliæ atque Bohemiæ reges venire debebant, ac ſecum adducere Victorem Antipapam. Venit Fridericus eò magna multitudine Germanorum & Burgundionum ſtipatus, ſed Alexander neutiquam, quod prætenderet locum ſibi ſuſpectum, eò quòd ipſe non elegiſſet eum, ideoque locum concilii Turonas tranſtulit. Imperator ergo irarum ac indignationis plenus, in Germaniam rediit, Victore Antipapa Italiam remiſſo. Et, eo facto, res de die in diem in deterius ruere cœpit. Vide, quæſo Lector, quomodo Reſpublica cauſa Paparum turbata fuerit, & perpetuò erit, donec Deus Optimus Maximus malis remedium adhibeat tandem.

DE DUOBUS CONCILIIS ECCLEſiæ Gallicanæ Pariſiis celebratis, & de decimis exactis à Clero ad expeditionem Hieroſolymitanam,

CAPUT XIII.

EJuſdem regis Philippi & Iſabellæ reginæ Balduini comitis Hannoniæ filiæ temporibus, Eraclius & magiſter tēplariorum legati à Guidone Luſigniano rege Hieroſolymitano in Gallias venerunt,eadem ſignificantes,quę Papæ Lucio tertio, Lucenſi patria, nunciarunt, nimirum quomodo Terra ſancta ad interitum ſpectare videretur. Saladinum namque Turcam,ſucceſſorem Norandini,adeo Chriſtianos Ultramarinos opprimere atque affligere, ut abſque auxilio aliorum ad reſiſtendum ei impares eſſent. Hiſce itaq; rebus cognitis,Philippus rex Galliæ conventum principum ac Eccleſiaſticorum Lutetiæ indixit,ubi de hoc negocio ampla q̃dem & gravis conſultatio eſt habita,ſed quæ effectu caruerit. Nam rex,qui variis bellis contra Hugonem,Burgundiæ ducem,& Richardum ducem Aquitaniæ implicitus eſſet, his rebus animum intendere nequivit.

Brevi verò tempore pòſt alii legati appulere referentes, Hieroſolymam à Saladino Turcico Soldano,ſecundo die Octobris,anno milleſimo centeſimo octogeſimoquarto, nimirum anno octogeſimo nono,poſtquam à Godefrido Bullionio recuperata fuiſſet,eſſe captam, cum commemoratione prolixa,quòd Saladinus Hieroſolymam ingreſſus,templũ Salomonis ſacroſanctum omnesq; eccleſias prophanaſſet, ac Guidonem Luſignianum cum magiſtro Templariorum captum in ſuam poteſtatem redigiſſet:Patriarcham verò Heraclium totumq; clerum, ex majori parte, partim Tyrum, partim Antiochiam,partim Tripolim conceſiſſe(neq; enim alia loca præter hæc Chriſtianis remanſiſſe)alios porro relicta Terra ſancta in Siciliam veniſſe.

Hoc nuncio tam triſti atq; acerbo Philippus rex ſummopore commotus eſt,ſtatimque legatione ad Henricum regẽ Angliæ,nominis ejus primum,miſſa,petiit ut pro reſarciẽdo

tam horribili damno ſecum colloqui vellet. Anglus animo perquàm lubenti,hac re cognita, ad voluntatem regis Philippi condeſcendit Convenerunt itaque hi duo reges in planitie prope Giſortium,& pace perpetua inter ſe amicè facta nomen ſuum militiæ Chriſtianæ contra infideles dedere. Cæterùm Henricus votum ſolvere nequivit.Nam ante quàm expeditio ſuſciperetur,fato ceſſit.Nihilo minùs tamen filius ejus atque ſucceſſor Richardus id adimplevit. Interea verò Philippus rex Franciæ minimè quieſcens, ſeſe ad expeditionem præparabat, occupatus cùm in aliis rebus neceſſariis, tum verò pecunia conficienda: ideoq; conventu procerum ac Eccleſiaſticorum Lutetiæ habito, decimæ omnibus beneficiis & reditibus Eccleſiaſticis impoſitæ fuere, quò Chriſtianis Ultramarinis ſuccurretur. Idq́; decimarum Saladini ſubſidium eſt appellatũ.Imperator quoque Fridericus,nominis ejus primus, Barbaroſſa cognominatus,ne Reip.Chriſtianæ deeſſet, & ipſe ſe crũce ſignavit. Et hæc tertia fuit generalis expeditio pro Terræ ſanctæ recuperatione ſuſcepta.

DE QUODAM ALIO CONCILIO celebrato in Galliis contra Philippum regem,per legatum Pontificium,

CAPUT XIIII.

TErtium quoq; concilium tempore Philippi, cujus ſuprà mentio eſt facta,in Galliis eſt habitum,rege ex expeditione Ultramarina reverſo, idq́; contra ipſum regem, authoritate Innocentii tertii,per legatum Apoſtolicum, qui interdicto Philippum per totum regnum Galliæ ſubjecit, quòd repudiata uxore Ingeberga ſorore Cayni regis Dalmatiæ ſub cognationis prætextu,filiam ducis Bohemiæ Mariam recèns matrimonio ſibi junxiſſet. Contra quam legati Pontificii ſententiam rex ad futurum conciliũ appellavit, & egregiam vindictam de Epiſcopis, qui interdicto conſenſerant, ſumpſit, omnibus è poſſeſſione beneficiorum , redituumq́; excuſſis atq; dejectis, ac Ingebergam in arctiſſima cuſtodia arcis Eſtampeæ aſſervari curavit.

DE CONCILIO PARISIENSI, in quo Galli contra Albigenſes hæreticos ſe Cruce inſigniverunt,

CAPUT XV.

REgnante in Galliis rege Ludovico, patre Ludovici Sancti, & ſedi Apoſtolicæ præſidente Gregorio nono Pontifice, videlicet anno Chriſti M. CC. XVI. in Gallias à Pontifice miſſus eſt legatus quidam, nomine Romanus, & approbatione regia eccleſię Gallicanæ concilium eſt congregatum, cui rex & dictus legatus præſederunt. In eo verò decretum eſt, Cruce aſſumpta Albigenſes hæreticos in terra Avinionenſi, provincia & Gaſconia horrendis vitiis atq; ſcelerib. infames, eſſe invadendos, ut Gaguinus in hiſtoria Gallica ſub vita Philippi commemorat. Quare rex unà cum legato Pontificio anno ſequènti ſe expeditioni accinxit, & Avinionem atque Tholoſam cepit. Cùm verò bello confecto reverteretur, in monte Peſſulano extremum vitæ diem clauſit, atq; prophetia Merlini, ut quidam ajunt, completa eſt: qui vaticinatus fuerat, In monte venti moriturum leonem pacificum.

DE PRIMO CONCILIO LUGdunenſi, habito temporibus Ludovici Sancti, & Papæ Innocentii IIII.

CAPUT XVI.

RErum in Galliis potiente Ludovico ſancto, Innocentius IIII. patria Genuenſis, in Gallias confugit. Frigericus nãque ſecundus, Imperator & rex Neapolitan⁹, nepos Friderici Barbaroſſæ, duriter eum perſequebatur: id, quod accidit, Platina referente, anno ſalutis M. CC. XLVI. Cùm autem Papa Lugdunum veniſſet, Imperatorem citat, ut in concilio compareat, ac rationem actorum reddat.

Iter jam hic, fœdere cum duce Burgundiæ inito, ingreſſus erat, at cùm Taurinũ usq; veniſſet, cognoſcit, Parmenſes à ſe

deféciſſe. Quare regreditur ad obſidendam Parmam, exercitum habens ſexaginta mille pugnatorum.

Diſſenſio iſta inter Fridericum ſecundum , & tres Papas ſibí continuè ſuccedentes longiſſimo tempore duravit. Primus horum Honorius, alter Gregorius nonus, tertius Innocentius quartus fuit, is qui concilio Lugdunenſi præſedit. Maxima verò mala, cauſâ hujus diſcordię in Rep. Chriſtiana acciderunt. Interea namq;, dum Imperator & Papa bello Civili inter ſe confligerentur, nec inter Venetos & Genuenſes conveniret, Hieroſolyma, ut ſuperiùs eſt dictum, capta, Conſtantinopolis quoq; à Gallis atque Latinis eſt amiſſa.

Et quamvis Crux ab Innocentio quarto, hoc Concilio ſoluto, fuerit publicata, & Ludovici Sancti ductu expeditio pro recuperatione Hieroſolymarum ſuſcepta, tamen ea in hoſtium poteſtate permanſit, ac ex eo indies res Chriſtianorum in pejus ruere cœperunt. Factiones quoque & partium ſtudia inter Gibellinos & Guelphos tunc temporis initium ſuum habuere, quorum occcaſione in villis, oppidis ac civitatibus hincinde innumeræ cædes ac calamitates exortæ ſunt: Guelphis Papæ, Gibellinis Cæſaris partes ſectantibus, Ecce quis Reip. Chriſtianæ ſtatus fuerit tempore concilii Lugdunenſis, in quo nihil memoria dignum decretum eſt. Tempus autem concilii ejus incidit in annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimumnonum.

DE SECUNDO CONCILIO Lugdunenſi, cui Papa Gregorius decimus præſedit, tempore regis Philippi filii Sancti Ludovici,

CAPUT XVII.

ANno ſalutis mileſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſecundo, in Galliis regnante Philippo rege, filio Ludovici Sancti, Lugduni aliud concilium congregatum fuit, cui Gregorius decimus, patria Placentinus, priùs Archidiaconus Leodienſis, præſedit à collegio Cardinalium in Aſia exiſtens Papa creatus. Rex Philippus venienti in Galliis obviàm ivit, ac hominibus armatis ei adjunctis , tria loca munita majori

majoris ſecuritatis gratia prope Lugdunum ei aſſignavit.

Venit verò Michael Conſtantinopolitanus imperator, quò inter Eccleſiam Græcam atque Latinam conſenſus iniretur, quam rem Imperator quoque edicto ratum habuit, Græcis jam decima tertia vice in ſententiam Romanæ eccleſiæ concedentibus, in qua tamen nunquam perſtitere, ut nec hac vice. Nam ſacerdotes Græci ei conſentire volentes Imperatorem Palæologum excommunicarunt, eumque mortuum in locum religioſum inferri vetuerunt. Unde in agro prophano ſepultus eſt: nec filius ejus, atque ſucceſſor Andronicus, hac in re quicquam proficere potuit, quantumvis eum Latinis libenter ſenſiſſet, ut Platina in vita Nicolai quarti ſcribit. Veruntamen tantum in hoc concilio effectum eſt, quòd quidam Tartari proceres ſecuti authoritatem Palæologi tum ſacrum baptiſma recepere, & vacante imperio Occidentali Rodolphi Habsburgici electio hac conditione eſt confirmata, ut ſequenti anno Romam peteret coronæ accipiendæ cauſa.

DE CONCILIO ECCLESIÆ Gallicanæ, habito Pariſiis tempore Philippi Pulchri contra Bonifacium octavum ſuperbiſſimum Pontificem, ac oppreſſorem Cleri,

CAPUT XVIII.

PHilippus Pulcher, prudentia & virtute præſtantiſſimus rex, regni gubernacula ſuſcepit anno Domini M. CC. LXXXVI. Pontificali ſedi præſidente Bonifacio octavo, qui Celeſtino quinto, viro ſancto & religioſo, fraudibus circumvento, ſedem Pontificiam obtinuit. A Celeſtino verò, qui antea Petrus Moroneus vocatus fuerat, Anachoritæ adhuc nomen Celeſtinianorum ferunt.

Cæterùm Bonifacius, prout Italorum mos eſt, turpiter & arroganter oblitus omnium beneficiorum, quæ in anteceſſores ſuos collata fuiſſent à Gallis, ut ſuperiùs videre licuit, in tantum faſtum ſeſe contra Philippum regem erexit, ut id quodammodo dictu difficile ſit. Veruntamen nos breviter, ſuccinctè ac verè rem ipſam explicabimus.

Bonifacius hic, nominis ejus octavus, jampridem expeditionem Hieroſolymitanam meditatus, Apamenſem Epiſcopum ad Philippum regem mittit, non inſtar cohortantis, ſed pręcipientis ſerioq; mandantis, ut ſtatim, omniq; cunctatione retota, ſeſe ad expeditionem pro recuperanda Terra ſancta accingat, tempore, ſi quò aliàs, alieniſſimo, utpote quòd rex bello Flandrico occuparetur.

Legatus videns, ꝙ reſponſum ex animi ſui ſententia referre non poſſet, verbis acerbis atq; minacibus utitur, dicens, ni dicto obediens rex foret, Papam eum regno privaturum. Rex ad hæc verba juſta animi indignatione accenſus, legatum in carcerem conjicit.

Quod ubi Bonifacius reſcivit, homo naturâ iracundus, bilioſus & præter modum arrogans, admodum excanduit, & eò ſtatim miſit Archidiaconum Narbonenſem, qui Pontificis nomine regi mandaret:

Ne ulla ratione in poſterum ſubſidium à bonis & reditib. Eccleſiarum exigeret. id quod Philippus fecerat ob maximas bellorum neceſſitatēs, quib. premebatur, ut regnum defenderet ac tueretur.

Præterea idem Archidiacouus dixit, Ob contumaciam regis & violatum Jus gentium in captione legati regnum Galliç devolutum eſſe ad Eccleſiam Romanam, & ni obtēperaret mandatis & prohibitionibus Papæ, eum unà cū omnibus fautoribus atque amicis in numero hęreticorum habendum. Ad hæc Archidiaconus complures Epiſcopos Abbates, Theologos & Juris Canonici peritos nominatim citavit, ut certo quodam atq; præfixo die Romæ coram Papa comparerent, omnibus privilegiis ac indulgentiis conceſſis à Papa Gallis penitùs abolitis.

Rex cognito duro ac rigido Pontificis proceſſu in præſentia omnium Baronum ac præcipuorum regni ſumma cum temeritate ac arrogantia publicato, præter modum indignatus eſt, idq; non immeritó. Juſſit ergo, matura deliberatione habita, ut Epiſcopus Apamenſis, quem violaſſe ferebatur, dimitteretur & uterq;, nulla interpoſita mora, vel cunctatione, regno excederent. Poſtea autem, ineunte Vere, conventum omnium Eccleſiaſticorum atq; Baronum regni Gallici Pariſiis indixit.

Concilio congregato rex ipſe præſedit, cumq; commemoraſſet injurias ſibi à Pontifice allatas, & qua ambitione ver-

ſutia ac fraude Pontificatum occupaſſet, primò ex Eccleſiaſticis ſciſcitatus eſt, à quo reditus & beneficia ſua Eccleſiaſtica tenerent? Deinde, oratione ad Principes, Barones & nobiles converſa, dixit, Et vos nobiles atq; vaſalli, quem pro domino veſtro agnoſcitis? Tunc verò omnes una voce reſponderunt, quòd omnia bona ſua à manu & poteſtate regia penderent.

Quibus Rex auditis ſubinfert, ac replicat, Annè itaque arrogantiam Bonifacii octavi cognoſcitis? quæ tanta eſt, ac ſi regnum Galliæ, & vos omnes ei ſubjecti eſſetis, quemadmodum & ſe Imperatorem Germaniæ eſſe gloriatur. (Bonifacius ſiquidem ter coronam imperii Alberto Auſtriaco denegaverat, & gladio accinctus dixerat, ſe eſſe Cęſarem, Auguſtum, Imperatorem ac dominum mundi, nec alium quenquam: nihilo minùs tamen poſtea titulum imperii cum titulo regni Galliç Alberto contulit.) Nos itaq;, amici atq; fideles, veſtræ fidei atq; virtuti confidentes, ſimulque gratias vobis pro veſtra in nos propenſione ac bonevolentia agentes, promittimus daturos nos operam, ut veſtra virtute adjutrice publicam regni libertatem conſervemus ac tueamur.

Rebus ſic propoſitis, ac ad conſultationem accuratam revocatis, rex à Papa ad concilium futurum appellavit, & edictum ſub gravi pœna propoſuit, ne quiſquam è regno ſuo Romam proficiſceretur, aut eò pecunias mitteret, ſimulque omnes portus, pontes atq; itinera cuſtodiri curavit. Bonifacius autem ex altera parte, quantum poterat, regi cenſuris Eccleſiaſticis, interdictis & excommunicationibus nocere, & inimicitias ac diſſenſiones inter regem & imperatorem ſerere ſtudebat. qui tamen in certo quodam loco convenientes, inter ſe concordiam iniêre.

Exitus verò diſſenſionis hujus is fuit, ut rex tandem pro domanda arrogantia atq; ſuperbia Bònifacii ducentos equites Gallos, ſub ductu & auſpiciis Sarræ Columnii à Piratis redempti, & Nogaretii cujuſdam clanculùm in Italiam mitteret, qui Anagniam in regnum Neapolitanum profecti, Pontificem nihil tale metuentem in domo paterna ceperunt, captumque Romam perduxerunt, ubi vigeſimoquaro die, animi dolore confectus, periit, tali epitaphio ornatus: Intravit ut vulpes, regnavit ut Leo, mortuus eſt ut canis.

DE CONCILIO ECCLESIÆ GALlicanæ Viennenſi, quod incidit in annum Domini octingenteſimum nonageſimum ſecundum,

CAPUT XIX.

IN quodam libro pervetuſto bibliothecæ monaſterii Denayani Lugduni inveni, tempore Papæ Formoſi, de quo plura dicentur in tertia parte ſub nono ſchiſmate, juſſu Ludovici ſecundi cognomento Balbi, & conſenſu reginæ Ermengardis concilium eccleſiæ Gallicanæ Viennæ ad S. Salvatorem fuiſſe celebratum: cui præſederunt duo legati ſedis Apoſtolicæ, quorum alteri Paſchali, alteri verò Johanni nomen fuit. Subſcripſerunt autem concilio Barimon Viennenſis, Aurelianus Lugdunenſis, Iſaacus Valentianus, Archiepiſcopi: & quidam Iſaacus Gratiaonpolitanus, aliiq; Eccleſiaſtici complures. Quia verò eo tempore conjugium ſacerdotibus erat permiſſum, in eo côcilio ſtatutum factum eſt, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur: Ut presbyteri non in villis (ſicut quibuſdam conſuetudinis eſt) morentur, & fœminas ſuas ſecum in domibus ſuis habitare non permittant: exceptis illis, quas Canonica permittit authoritas.

DE SECUNDO CONCILIO VIENnenſi generali, quod habitum eſt anno Chriſti milleſimo trecenteſimo duodecimo,

CAPUT XX.

POſt infamem ac ignominioſam Papæ Bonifacii octavi mortem, Benedictus undecimus, natione Italus, patria Tarviſinus, Generalis ordinis Prędicatorum, Pontifex factus eſt: vir pacificus, & in omnibus actionibus anteceſſore ſuo melior atque remiſſior. Nam Philippum Pulchrum ab anathemate, quo eum Bonifacius octavus notarat, abſolvit. Præſedit autem hic Benedictus XI. ſolummodo menſes o-

cto

cto & dies ſeptendecim:in cujus locum poſt longam contẽtionem electus eſt Clemens quintus,natione Vaſco, Burdegalenſis Archiepiſcopus,Bertrandus Gottho antè vocatus. Is ergo electioni conſentiens,quamprimùm de ea certior factus eſſet,ex Burdegala Lugdunum non ſine moleſtia & onere eccleſiarum,quas tranſiret,profectus,Curiam Romanã, quæ eo tempore Peruſii reſidebat,anno milleſimo trecenteſimo quinto,rege Philippo id urgente,in Gallias transfert,& Lugdunum ad ſe omnes Cardinales vocat: qui ſine mora ac contradictione illi obtemperarunt Iis ergo congregatis,Clemens Lugduni in templo divi Juſti, præſente rege Philippo & Carolo ejus fratre,omnibusque principibus Galliæ,publicè magna pompa coronatur:verùm ea incommodi ac calamitatis expers non fuit. Cùm enim magna multitudo populi murum quendam divi Juſti vetuſtate corruptum conſcendiſſet , quò pompam ſolenniter tranſeuntem videret, murus colapſus,ruina Johannem ducem Britanniæ oppreſſit,unà cum multis aliis. Philippus quoque rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus,& Pontifex in tanta trepidatione ex equo deturbatus eſt,ita ut carbunculum ex tiara ſeu corona amitteret,pretii aureorum ſex millium. Peracto ſolenni,ſedatiſque rebus omnibus,rex diſceſſit ad elocãdum filio ſuo Ludovico Hutino Margaretam filiam ducis Burgundiæ, & Papa,relicto Lugduno,Avinionem ſe contulit , primus omnium Pontificum,qui curiam illic habuere, quæ ibi antè quàm Romam rediret,manſit annos ſeptuaginta quatuor.

Anno ſexto poſt coronationem,videlicet anno milleſimo trecenteſimo undecimo,in menſe Novembri, Clemens magnum & generale totius eccleſiæ concilium Viennæ in Delphinatu celebravit,cui plures quàm trecenti Eccleſiaſtici Patres ex variis Chriſtiani orbis partibus interfuere. Magna verò ex parte cõcilium hoc celebratum eſt ad deſiderium Philippi Pulchri,qui omnibus modis conabatur , ut Clemens Papa omnia acta ac decreta Bonifacii octavi ex memoria hominum aboleret,eumque tanquam hæreticum condemnaret:id,quod Clemens quidem regi ſe facturum promiſerat, ſed per concilium approbatum non eſt,ſed ſolummodò judicatum ac declaratum , proceſſus, quos Bonifacius contra regem fulminaſſet,fuiſſe injuſtos ac nullos.

In

In hoc quoque concilio decretum eſt, Ut bona, reditus, ac poſſeſſiones Templariorum, qui propter hęreſin, aliaque facinora nefanda, deſtructi ac combuſti fuerant, equitibus Hieroſolymitanis, qui nunc Rhodii dicuntur, attribuerētur. Dominicani etiam fratres, qui inter ſeſe diſſenſerant, hîc in gratiam mutuam reducti fuere. Canones quoque complures, decreta atque ſtatuta reformationem eccleſię concernentia, publicata fuere, & liber Clementinarum, à Clemente compoſitus, in hoc concilio eſt editus: &, Celeſtinus quintus ſub nomine Petri confeſſoris in ſanctos relatus. Adhæc diu multumque de recuperatione Terræ ſanctæ conſultatum eſt, ſed res effectu caruit.

Invenio etiam memoriæ proditum, hunc ipſum Clementem adhuc alia duo concilia celebraſſe in Gallia: verùm, nec quo in loco, nec qua de cauſa Veriſimile autem videtur id factum ad extirpandas hæreſes Valdenſium & pauperum de Lugduno hincinde in Pedemontio & Subaudia aliiſque locis pullulaſcentes.

DE CONCILIO AVINIONENSI,

Caput XXI.

Tempore viceſimiprimi ſchiſmatis, de quo infrà in tertia parte plura dicentur, per Johannem viceſimumſecundum Avinione concilium eſt inſtitutum contra Petrum Corbarienſem, ordinis Minorum, Antipapam creatum à Ludovico Bavaro. Is verò alio concilio in Italia indicto, Johannem XXII. hæreticum declarat, defendens, Jesum ejusq; diſcipulos adeo pauperes fuiſſe, ut nihil neque in commune, neque privatim, habuiſſent: id quod in prædicto concilio Avinionenſi etiam refutatum eſt.

DE DUOBUS CONCILIIS ECCLEſiæ Gallicanæ, Lutetiæ celebratis ſub Carolo VI. tempore viceſimiſecundi ſchiſmatis,

CAPUT XXII.

ETſi quidam exiſtimare poſſent, commodo regni Gallici factum, quòd Philippo Pulchro authore curia Romana Avinionem translata fuerit, ut ſuperiùs dictum eſt, tamen, re re bene perpenſa, atque hiſtoriis evolutis, invenietur, id regno majori detrimento ac calamitati, quàm bono, fuiſſe, quoad Curia Avinione ſpatio ſeptuaginta quatuor annorum manſit.

Primò nanque viceſimumprimum ſchiſma in Eccleſia natum eſt ſtatim poſt mortem clementis quinti, in cujus locum ſuffectus eſt Johannes viceſimusſecundus, Jacobus Caturcenſis antea vocatus, Epiſcopus Portuenſis, Lugduni in templo Prædicatorum, anno ſalutis humanæ milleſimo trecenteſimo decimoſeptimo: apud Germanos Ludovico Bavaro & Friderico Auſtriaco de imperio contendentibus, & in Galliis regnante Philippo Valeſio patre Johannis ejus, qui in Anglia captivus fuit. Cauſa verò ſchiſmatis, quæ prolixiùs in tertia parte referetur, fuit, quòd Ludovicus Bavarus alium Papam in Italia conſtituit, quem Nicolaum tertium appellavit.

Secundò Johannes, qui alter Pontificum Avinione reſidentium fuit, hæreſeos ſuſpicione laboravit. Nam quoſdam articulos de contemplatione & viſione Dei docuit atque defendit, quibus Theologi Gallici, rege Philippo connivente, liberrimè contradixerunt.

Præterea idem Papa, qui tantam auri vim poſt ſe reliquit, quantam nullus Pontificum, qui vel ante, vel poſt eum fuere, cum ſuis ſucceſſoribus, ita regnum Galliæ novis exactionibus, annatis, decimis, ſubſidiis gratiis expectativis, aliiſque inventionibus (in quibus excogitandis curia Romana magiſtra eſt) aggravavit, ut miſeri clerici ac ſtudioſi Pariſienſes ne unicum quidem beneficium adipiſci poſſent, ſed omnia à Cardinalibus & Curiæ miniſtris Avinione degentibus, occupabantur: quam civitatem Franciſcus Petrarcha, doctiſſimus

mus vir, eo tempore meretricem Babyloniam appellabat.

Nec ſolùm miſeri ſacerdotes ac ſcholares præter modum premebantur, ſed & ditiores regni prælati ſæpiùs de immenſis oneribus ac exactionibus regi conquerebantur: &, quod omnium peſſimum erat, hi, quorum authoritas in aula maxima erat, de lucro participantes, Avinionenſibus in oppreſſione pauperum favebant, ut dux Andegavenſis, referente id Gaguino in ſua hiſtoria Gallica, Tandem ergo rex querimoniis innumeris defatigatus, permittere noluit, ut Innocentius VI. Avinione reſidens, vel dimidiam partem beneficiorum Eccleſiaſticorum perciperet, ſed virtute ac vigilantia Univerſitatis Pariſienſis ei reſtitit. Poſtremò verò, ut regnum tot exactionibus & expilationibus liberaretur, Curia Romana, poſtquam ſeptuaginta quatuor annos Avinione commorata fuiſſet, anno Domini milleſimo ſeptuageſimo ſexto ſuum Papam Gregorium undecimum, Lemonicenſem, comitata Romam repetit. Sed res exinde non meliùs, verùm multo deteriùs ſe habere cœperunt. Brevi nanque temporis ſpatio, interjecto, majore malo & ſcandalò quàm antè Curia iſta rediit: idq; occaſione ſchiſmatis inter Urbanum ſextum Neapolitanum, & Clementem ſextum, antea Robertum dictum, ex familia comitum Genuenſium, exorti: huic Gallis, illi Italis adhærentibus. Duo itaque tunc tēporis Papæ erant, quorum unus Romæ, alter Avinione cōmorabatur, orbe Chriſtiano inſcio, uter meliorem cauſam foveret. Ac ne quid malorum interea deeſſet, regnum Bohemiæ in hæreſin prolapſum, totum ab Eccleſia Romana deſcivit.

Hoc verò ſchiſma omnium teterrimum atq; longiſſimū fuit: neq; etenim ſolummodo ad vitam unius Papæ duravit ſed ad ſucceſſores continuatum, tranſiit. Nam poſt mortem Urbani ſexti, qui Romæ ſedit, creatus eſt Innocentius ſeptimus, Coſmatus antea vocatus, ſanctæ crucis presbyter Cardinalis. Huic verò ſucceſſit Angelus Corarius, Venetus, Bonifacius nonus poſtea dictus. Et Clemente VI. Ainione defuncto, in ejus locum ſuffectus eſt Petrus de Luna, Cathalanus natione, qui Benedictus decimustertius eſt nominatus, Et tunc poſteriora facta ſunt deteriora prioribus. Nam hic vir perquàm obſtinati ac pervicacis ingenii fuit.

Sic ergo ſchiſmate hoc, tumultuum ac ſcandalorum pleno, ardente, Carolus ſextus, qui ob id, tanquam Chriſtianiſ-

ſimus rex, admodum turbato animo eſſet, omnem diligentiam de eo ſedando adhibebat. Populus ſiquidem Gallicus ita commotus erat, ut nec cenſuris Eccleſiaſticis, nec mandatis regiis contineri poſſet, quin publicè Pontifici maledi-ceret: id quod cùm regi ſummopere diſpliceret, manu negotio admota, ad Petrum de Luna Avinionem ſplendidam legationem, nobilibus atq; Doctoribus Pariſienſibus conſtantem, miſit, quæ ei perſuaderet, ut unioni Eccleſiæ animum intenderet: ſed ea, re infecta, rediit.

Rex itaq; hoc commotus, concilium omnium ſuorum Eccleſiaſticorum Lutetiæ indicit, & in eo omni nobilitate Gallica comitatus, cõparet. Ubi re diligenter agitata, quæ via ad reducendam concordiam in Eccleſiam optima omnium eſſet, nulla melior hac eſt viſa, quàm ſi uterq; Paparum dignitati ſuæ renunciaret. Quare ad tantam rem efficiendam, & Papæ ſignificandam principes Galliæ, duces ſcilicet Bituricenſis & Burgundus ex ſanguine regio nati unà cum aliis honeſtis ac doctis viris ex Univerſitate Pariſiẽſi deliguntur, qui legatione ſuſcepta, Avinionem ad Petrum de Luna proficiſcuntur, ſed parum proficiunt, Nam ille veritus, ne vi cogeretur conſentire horum poſtulatis, paratis ad fugam triremibus, per Rhodanum in Cathaloniam, unde oriundus erat. adnavigat, ita ut principes eluſi non citra ignominiam ad regem reverterentur.

Minimè verò dubium eſt, quin rex id ægerrimè tulerit. Papa ergo, quò gratiam regis conſervaret, ei decimas ſuper omnes Eccleſiaſticos regni Gallici conceſſit, quas rex facilè acceptavit, licet Eccleſiaſtici, ſeſe valde opponerent, eæque non malè locatæ fuiſſent, ni fortuna adverſa obſtitiſſet. Magnas ſiquidem copias Sigiſmundo regi Hungariæ & Bohemiæ, qui poſtea imperator eſt factus, contra Turcas in auxilium miſit, Johanne filio Philippi Audacis, comite Nivernenſium duce: eo, qui deinceps ab Aurelianenſi duce eſt interfectus. Et hæc quidem in Concilio Pariſienſi ſunt acta.

Poſt hoc aliud in eadem urbe, eadem de cauſa, ſub Carolo ſexto rege eſt inſtitutum, in quo, cognita pervicacia Petri de Luna, qui Papatu cedere nollet, decretum eſt, ut tota Eccleſia Gallicana ab obedientia Petri recederet, nec ullæ gratiæ expectativæ, ut vocantur, ex curia Romana admitterentur. Deinde ut collationes & cõfirmationes beneficiorũ

non

non niſi à collatoribus acciperentur. Et authoritate ejus cō-cilii omnes ardinales Gallici Petrum de Luna deſeruērunt,

DE ALIIS DUOBUS CONCILIIS Eccleſiæ Gallicanæ, Bituricenſi & Lugdunenſi: quorum alterum fuit celebratum pro Pragmatica ſanctione publicanda, alterum pro tollendo ſchiſmate ſub Carolo VII. rege Gallorum,

CAPUT XXIII.

POſt Concilium univerſale Conſtantienſe, mandato Sigiſmundi & conſenſu præcipuarum quinque Chriſtiani orbis nationum, videlicet Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ & Italiæ celebratum (in quo hæreſibus condemnatis, ac Martino quinto Pontifice communibus omnium ſuffragiis creato, tres Papæ, nimirum Gregorius XII. Alexander V. & Johannes XXIII. à Papatu remoti, & Bohemi hæretici declarati fuere) Baſilienſis Concilii authoritate etiam ſub Friderico tertio Imperatore, patre Maximiliani, confirmata, Chriſtianiſſimus Gallorum rex Carolus VII. victoriis & honore florens, cùm decretis Concilii Baſilienſis obedire vellet, Cōcilium omnium Eccleſiaſticorum ac principum regni ſui in urbe Bituricenſi indixit, in quo communi ipſorum conſenſu Sanctionem pragmaticam, quæ quaſi medulla eſt omniū Canonum ac Decretorum Baſilienſis Concilii, publicavit, & ut ea pro honore ac incremento religionis Chriſtianæ inviolabiliter obſervaretur, præcepit, anno ſalutis M. CCCC. XXXVIII.

Subſequenti deinceps tempore, videlicet anno Domini M.CCCC.XLVIII. cùm novæ contentiones de Papatu in Eccleſia motæ fuiſſent inter Eugenium quartum, Venetum, & Felicem antea ducem Sabaudiæ, electum in Concilio Baſilienſi, quæ per ſedecim annos uſque ad tempora Nicolai ſexti Genevenſis in Eccleſia durarunt, Chriſtianiſſimus hic rex, omnique virtute clariſſimus, quò diſſenſionibus ſublatis

ex-

exoptatam concordiam in Eccleſiam reduceret, ſynodum Lugduni congregavit, in qua ea dexteritate proceſſum eſt, ut ſchiſmate ſedato, Felix Nicolao cederet, maxima totius orbis Chriſtiani lætitia, hoc verſiculo hincinde per omnes regiones publicato,

Lux fulſit mundo, ceſſit Felix Nicolao.

DE CONCILIO AURELIANENSI, habito pro Pragmaticæ ſanctionis conſervatione,

Caput XXIIII.

PRæcedenti capite expoſuimus, quomodo Carolus, ſeptimus pro commodo regni atq; Eccleſiæ Gallicanæ in concilio Bituricenſi Pragmaticam ſanctionem promulgarit, & eam in perpetuum obſervari preceperit. Quantumvis autem ea ſit fundata in Decretis atq; Canonibus Concilii Baſilienſis, ejusq; authoritate confirmata, tamen non eſt probata omnibus Pontificibus, iis, cùm inſatiabili avaritiæ curiæ Romanæ deroget, eam hæreticam eſſe dicentibus. Quare accidit, ut Carolo ſeptimo defuncto, atq; rerum in Galliis potiente Ludovico undecimo, papa Pius, nominis ejus ſecundus, patria Senenſis, omni ſtudio animiq; contentione ei perſuadere conaretur, ut eam penitùs abrogaret, prætendens regem, dum adhuc Delphinus eſſet, ſibi promiſiſſe, cùm regni gubernacula cepiſſet, Pragmaticam ſanctionem abrogatum iri. Ut itaq; hoc efficeret, ſtatim, poſtquam regem victum eſſe cognovit, Johanem Balveum ordinis ſancti Benedicti monachum, ac Cardinalem Atrebatenſem, in Gallias miſit.

Is in Galliam veniens, regem ad obſervanda promiſſa hortari non deſinit. Rex ergo, qui obtemperare volebat, vel potiùs ſe id facturum ſimulabat, literas peramplas atque patentes ad Parlamentum Pariſienſe, unà cum Cardinale Balveo mittit, ac decretum Senatus ſuper hoc interponi jubet.

Verùm re in præſentia Parlamenti propoſita, Procurator regius, nomine Johannes Romanus, vir acutus, eloquens ac

audax, prodit mira libertate aſſerens, Sanctionem tam utilem, ſanctam, honeſtam, regnoq; commodam minimè abolendam eſſe. Cui ſeſe Univerſitas Pariſienſis adjungit, & abattentatis Papæ ad futurum concilium appellat. Qua de cauſa Cardinalis Balveus, homo verſutus, planeq; perverſus, admodum indignatus graves minas effudit: ſed iis non obſtantibus, re infecta ad regem rediit. Paulo pòſt rex eundem Cardinalem ad Carolum Burgundum pro pace inter hunc & Leodienſes facienda miſit. Paucis deinde annis interjectis, rex concilium totius Eccleſiæ Gallicanæ & omnium Univerſitatum Aureliæ indixit, cùm, ut quæ ratio Sanctionis pragmaticæ eſſet, cognoſceret: tum, ut modum ſtatueret annatis, quarum occaſione inexplebilis curiæ Romanæ avaritia quotannis immenſa vi auri regnum Galliç emungebat. Huic concilio præſidebat Petrus Burbonius conjunx Annæ filiæ regis Ludovici XI. verùm vix re propoſita, rex, qui propoſitum mutaſſet, ſuperveniens, univerſis domum redeundi copiam fecit, dicens, commodiore tempore de hac re alium conventum inſtitutum iri, quod tamen nunquam factum eſt, ipſo bellis, maximè Flandricis contra Maximilianum archiducem Auſtriæ, nunc Imperatorem Germanorum, occupato.

DE DUOBUS CONCILIIS ECCLEſiæ Gallicanæ, quorum alterum Turonibus alterum Lugduni anno M. D. X. & XI. celebratum fuit,

CAPUT XXV.

SCiendum eſt, quòd ſeſſione quadrageſimaquinta & ultima Concilii Baſilienſis, quæ facta eſt anno M. CCCC. XLVIII. in menſe Junio, Lugdunum voce & authoritate Concilii ejuſdem ſit conſtitutum ac nominatum, tanquam locus Concilio univerſali celebrando prę cæteris valde opportunus & idoneus. Ex decretis namque ſynodalium authoritate ac conſtitutione, de decennio in decennium Concilia celebrari deberent, niſi, ut ſuperiùs jam dictum eſt in parte priore hujus tractatus, Pontifices Concilia fugerent, & quantum in ipſis eſt, impedirent.

Ludo-

Ludovicus ergo duodecimus, cognita utilitate conciliorū Eccleſię Gallicanæ, duo non longo intervallo à ſe remota indixit: cùm, ut intelligeret, quid cum Papa Julio ſecundo, quem maximis beneficiis ornârat, agendum eſſet, tum etiam ob alia regni atque Eccleſiarum commoda: idq; exemplo ſuorum antecesſorum.

Nihil de cauſis, deliberationibus, decretis, ſtatutis ac exitu iſtorum Conciliorum ſcribo, utpote qui omnium non habeam notitiam, nec etiam partes illa ſcribendi. Et quantumvis vel mihi, vel alteri, ea eſſent, tamen tantâ eſt illarum rerum materia, ut peculiarem librum requirere videantur. Ideo hæc obiter me attigiſſe ſufficit.

CONCLUSIO SECUNDAE partis,

CAPUT XXVI.

NUnc pro ratione rerum cômmemoratarum hanc partem concludemus ita, ut quilibet Chriſtianus Deum oret, quò duo poſteriora Concilicia Eccleſiæ Gallicanæ, generale & univerſale Concilium producant, cujus authoritate Eccleſia Latina tam in capite, quàm in membris reformetur, prout in Conciliis generalibus fieri conſuevit. Et ſi id non fiat Lugduni, celebretur alio in loco, ubi è re atque commodo reip. eſſe videbitur. Ea verò res hoc tempore facillimè fieri poſſet, cùm maxima concordia inter duos ſummos Chriſtiani orbis principes, Imperatorem ſcilicet & regem Galliç, ſit, eorumq; fœderi Catholicus rex Ferdinandus includatur. Ac oportebat eos de abuſibus Eccleſiæ tollendis cogitare, ac de reformatione pia conſtituenda. Nam ea omnino neceſſaria eſt, ante quàm ſeſe ad ſectam Mahometicam deſtruendam, & Terram ſanctam recuperandam accingant, ut prolixius in tertia parte hujus Libri oſtendetur.

Et hactenus, Deo laus ſit, tantum in præcedentibus effecimus, ut ſperemus maximam partem propoſiti noſtri comprobatam eſſe, quæ in hoc conſtitit, ut probaremus, quanta ſit differentia inter ſchiſmata & Cõcilia, & q̄ fuerit præſtãtia atq; utilitas Conciliorū Eccleſiæ Gallicanæ, & maximè, quòd

fuerint quaſi organa ac inſtrumenta concordię ac reconciliationis in Eccleſia reſarciendæ. Et ut hactenus talia fuerunt, ſic quoq; in poſterum ea futura eſſe ſperabimus, maximè cùm magnum illud atque horrendum ſchiſma viceſimumquartum, & tribulatio Eccleſiæ, hācq; ſequutura reformatio per Sibyllarum prophetias & revelationes Aſtrologorum aliorumq; Vatum prænunciata, accidet: de quibus nonnihil in tertia parte dicetur.

Ut ergo ea cum præcedentibus connectatur, nos à fine primæ partis initium hujus faciemus, & de octavo ſchiſmate dicemus.

TERTIA PARS,

QUÆ COMPREHENDIT SCHISMATA ab VIIII. usque ad XXIII. item aliqua de futuro ſchiſmate XXIIII. & horribili perſecutione Eccleſiæ Romanæ.

DE SCHISMATE OCTAVO,
CAPUT I.

Ludovico Pio, filio Caroli Magni, imperante, octavum in Eccleſia ſchiſma inter Eugenium ſecundum ejus nominis, patria Romanum, & Zinzinum quendam Antipapā ejus eſt excitatum, idque diſcordia Cardinaliū eligentium. Nihilo minùs tamen Eugenius propter religionem, ſanctitatem, doctrinam ac humanitatem, qua ſingulari fuit, prælatus eſt, & præclarè Papatum adminiſtravit. Veruntamen paulò poſt ejus mortem Roma per Sarracenos capta atque deſtructa eſt, & per totum Orbem terrarum multa mala acciderunt, præcipuè in Gallia, quam Normanni & Friſii invadentes omnis generis crudelitatem exercuerunt. Johanna quoque puella Anglicana, ſede Pontificali conſcenſa, non exiguam ei labem in ignominiamque conciliavit.

DE NONO SCHI-ſmate,

CAPUT II.

NOnum ſchiſma, ut diuturnum, ſic quoque infame, crudele & ſcandaloſum fuit, quod ſub Imperatore Ludovico ſecundo, cognomine Balbo, originem hac occaſione cepit: Johannes octavus, patria Romanus, quem ſuperiùs in ſecunda parte hujus libri in Gallias profugiſſe oſtendimus, vir crudelis & immiſericors, Formoſum Epiſcopum Portuenſem ita acerbè atq; atrociter tractârat, ut hic metu ipſius in Gallias confugeret: ſed Johanne fulmen excommunicationis ei minitante, ad Epiſcopatum redire coactus eſt. Quo cùm veniſſet, juſſu Pontificis omni Eccleſiaſtica dignitate privatus, in prophanum ordinem cogitur. Sunt qui ſcribunt, hoc ideo Formoſo accidiſſe, quòd ejus conjurationis concius & author fuerit, qua Johannes captus & in vincula conjectus eſt. Hac itaque contumelia motus Formoſus, ab Urbe diſcedens, jurejurando affirmavit, ſe nunquam poſtea vel Romam, vel ad Epiſcopatum rediturum. At verò Martinus Pontifex, Johannis ſucceſſor, hominem poſtea juramento ſolutum, in patriam & priſtinam dignitatem reſtituit. Unde non ita multo pòſt, muneribus datis, Papatum eſt conſecutus, ſed non ſine grandi diſſenſione, Sergio quodam diacono eandem dignitatem ambiente. Qui cùm ſpe ſua fruſtratus eſſet, irreconciliabile odium contra Formoſum concepit, & ad Lotharium regem in Gallias venit. Interea Formoſus in Pontificatus poſſeſſione in ſextum annum permanens, nihil memoria dignum egit, niſi quòd inimicos ſibi pararit, qui ultionem ſuam poſt mortem ejus cadavere in Tyberim projecto, proſecuti ſunt.

Formoſo ſucceſſit Stephanus VI. patria Romanus, Anagninus Epiſcopus (neque etenim inter hos quiſquam, niſi Bonifacius ſextus, natione Tuſcus, triginta ſex dierum Pontifex, medius fuit) qui tanto odio proſecutus eſt Formoſi nomen, ut ſtatim ejus decreta abrogarit, & res geſtas reſciderit. At ſucceſſor ejus Romanus, contrarium faciens, omnia ea reſtituit, rataq; habuit. Quod idem & Theodorus II. & Johan-

nes IX. fecerunt. Unde maxima ſeditio in populo Romano exorta eſt, quòd hi unius, illi alterius partes ſequerentur.

Sed ante quàm hi inutiles ac nihili Pontifices ad Pontificatum pervenirent, Sergius, cujus jam antè meminimus, Pontificatum adeptus, pejus, quàm antè, fecit. Nam ex Galliis, quò eum ad Lotharium confugiſſe diximus, Romam auxilio Ludovici tertii filii Imperatoris Arnulphi, reverſus, Chriſtophorum Papam, qui octavus invaſorum Papatus poſt mortem Formoſi erat, cepit, ac in Formoſum, à quo impeditus antea fuerat, quò minùs optata ſede potiretur, tanta rabie deſæviit, ut ejus è tumulo corpus tractum, Pontificali habitu, ſpoliatum, indutumque (ut vocant) ſeculari, capite à carnifice mutilari, & in Tyberim projici juſſerit. Sunt tamen, qui ſcribunt, Corpus à piſcatoribus ſecretò humatum, & imagines Sanctorum viſas fuiſſe inclinare capita in ejus ſepultura, in teſtimonium ſanctitatis & innocentiæ ejus. Hic Sergius filium habuit, qui & ipſe Pontifex factus eſt, dictus Johannes decimus: ſed eum Anaſtaſius III. & Landus inordine præceſſerunt. Iſte Johannes patre nihilo melior fuit, ſpiritus militares magis, quàm religioni deditos gerens. Nam Sarracenos, Alberico Hetruriæ Marchione in auxilium accito, ex Calabria, quam invaſerant, ſubmovit.

Verùm cùm omnia ſibi mira inſolentia vendicaret, ta-
tum militum odium in ſe concitavit, ut ipſu- -n vi-
conjicerent, & cervicali in os conjecto nec-
ficatus ſui XIII. menſe ſecundo, die
miſeratione digna eſt, ſi quis h-
ſtra atque portenta ſedi
Hungari, gens fer-
ſa, loca fin-

DE TEMPORE DECIMI *& undecimi ſchiſmatum, quæ authoritate Otthonis primi ſublata fuere,*

Caput III.

Johannes, duodecimus ejus nominis, patria Romanus, antea Octavianus dictus, magis potentia, & tyrannide patris ſui Alberici, quàm legitima cleri electione Pontificatum adeptus, non tam religioni quàm venationibus, ludicris, aleis, ſtupris, adulteriis ac aliis vitiis deditus fuit. Quare duo Cardinalium hac indignitate moti, Otthoni regi Germaniæ rem indicant, eumque literis obſecrant, ut rem Chriſtianam ex manibus polluti hominis vendicet. Interim verò dum Ottho expectaretur, re per indices patefacta, Johannes Pontifex Cardinales ipſos capit, & huic naſum, illi verò manum abſcindit. Quibus factis, Ottho Romam veniens, contra Johannem Concilium indicit, cujus authoritate is condemnatus, à Pontificatu propter peſſimos … emovetur … Hernicos aufugiens, inque ſy… ræ deli… dem in adulterio comprehe… o co…

…ſt abro… Po… ho Imperator … ne… Verùm cùm … antes ac ſedi… … V. Antipa… … natione com… … it Leonem … m rele… … ſic

DE DUODECIMO SCHIſmate, per Otthonem tertium ſoblato,

CAPUT IIII.

ANno nongenteſimo octogeſimooctavo Gregorius, quintus ejus nominis, natione Saxo, cognatus Imperatoris, authoritate Otthonis tertii Papa creatus eſt. Contra hunc quidam Creſcentius conſul Romanus, pecunia corruptus per Johannem Epiſcopum Placentinum, natione Græcum, eum Antipapam facit, & Johannem decimumſeptimum nominat. Unde Gregorius ſeditionibus Romanorum exagitatus, in Germaniam ad Imperatorem ſe recipit: qui comparato exercitu eum valida manu reſtituit. Quamvis autem Antipapa Græcus cum ſuo Creſcentio ſeſe in mole Adriani muniiſſet, tamen uterque eorum captus meritas ambitionis ac avaritiæ pœnas luit, Creſcentio quidem decollato, Antipapa verò exoculato. Deinde Gregorius Papa reſtitutus, ſanctionem fecit de electione Imperatoris per Officiales imperii facienda, anno Domini milleſimo ſecundo, ut dignitas Imperialis perpetuò apud Germanos maneret, id quod etiam usque in hunc diem factum eſt.

Gregorio in ſede Pontificali Diabolo adjuvante ſucceſſit Sylveſter ſecundus, magicus ac necromanticus: de cujus ignominioſa morte hiſtoria ſatis eſt cognita. Primò favore Hugonis Capeti Archiepiſcopatum Rhemenſem obtinuit, ſed authoritate concilii inde dejectus eſt, ut in ſecunda parte diximus.

DE DECIMOTERTIO ET DEcimoquarto ſchiſmatis, quorum tempore Hieroſolyma ab infidelibus eſt capta,

Caput V.

HÆc ſchiſmatum materia ita injucunda & odioſa eſt, ut niſi ſperarem me ad aliquem bonum finem perventurum, eam ſilentio præterire, quam multa de ea loqui mallē. Sæpiùs verò accidit, ut qui velit in Paradiſum amœnam ire, huic viæ anguſtæ ac lutulentæ ſint tranſeunde, ut & roſæ inter ſpinas, & grana inter paleas colliguntur.

Cum itaq; ſuperiùs multa de ſchiſmatis dixerimus, & reliqua, quanta fieri poteſt brevitate, commemoranda ſunt, præſertim cùm ex præcedentibus inſtituti noſtri ratio ſatis ſit comprobata, nimirum quòd amalitia, ambitione & avaritia ſceleratorum Paparum omnia mala in mundo proveniant, & viciſſim quòd boni Papæ omni laude digni ſint, & bene de eccleſia mereantur, ut in ſecunda parte hujus libri viſum eſt.

Poſtquam ergo Sylveſter ſecundus, qui ſe totum Diabolo tradiderat, ut dignitatem Pontificalem adipiſceretur, inaudito mortis genere objiſſet, tres Pontifices vix duodecim annos quietè ac pacificè tranſegere. Nam Imperatore Henrico primo ejus nominis mortuo, qui anno milleſimo quarto electus erat, Benedictus octavus, qui eo defenſore in omnibus uſus fuiſſet, quòd eum corona imperii donaſſet, ſeditione populi Romani Pontificatu dejectus eſt, alio in ejus locū ſuffecto, cujus nomen literis non eſt proditum. Verùm poſtea inita cum ſuis inimicis concordia, pulſo adulterino Pōtifice, priſtinæ dignitati reſtitutus, undecimo Pontificatus ſui anno, menſe uno, die decimotertio, moritur. Et ſic decimumtertium ſchiſma finem cum vita ejus habuit.

Sunt etiam, qui referunt, Epiſcopum quendam in ſolitudine vidiſſe Benedictum equo nigro inſidentem, eumq́; interrogaſſe, quid cauſæ eſſet, cur mortuus equo nigro veheretur? tum Benedictum hominem rogaſſe, ut pecunias, quas occultaverat, locum indicans, pauperib. ſuo nomine erogaret: quæ antea datæ fuiſſent eleēmoſynarū nomine, nil ei pro

fuiſſe,quia rapinis & expilationibus partæ fuiſſent. Facit mandata Epiſcopus,ac ſtatim ſe Epiſcopatu abdicat, & vitam monaſticam amplectitur.

Benddicto octavo, interjecto tamen Johanne viceſimo, Benedictus I X.ejus nepos ſucceſſit,avo nihilo meliore, ut apparebit:nam author decimiquarti ſchiſmatis fuit. Nam Romani cùm viderent eum hominem ignavum & nullius pretii eſſe,peroſi eum è ſede dejiciunt,inque ejus locum ſufficiunt Johannem Epiſcopum Sabinenſem,Sylveſtrum tertium appellantes.Verùm cùm & hic homo indoctus, ignarus ac nihili eſſet,poſt novem & quadraginta dies, eo pulſo, denuo Benedictus reſtituitur.Tum ergo inconſtantiam populi Romani conſiderans, & metuens ne eadem diſcrimina ſibi iterum ſubeunda eſſent, Johanni Archidiacono ſancti Johannis ad portam Latinam, qui poſtea Gregorius ſextus eſt appellatus,Pontificatum vendidit. Ob quæ ſcandala tollenda Henricus,ejus nominis ſecundus,filius Conradi,anno milleſimo trigeſimonono imperio ſuſcepto,in Italiam cum magno exercitu venit,& habita ſynodo tria teterrima monſtra ,videlicet Benedictum nonum,Sylveſtrem tertium,Gregorium ſextum,Pontificatu ſe abdicare cogit,&Syndegerũ, Bambergenſem Epiſcopum,cui Clementi ſecundo appellatio fuit,Pontificem creat.Verùm is ſucceſſoris ſuiDamaſi ſecundi inſidias evitare non potuit,quin veneno ab ipſo tolleretur.

Ut autem ad Benedictum nonum revertar,qui author fuit decimiquarti ſchiſmatis, & Papatum vendidit: hujus,ut omnes Hiſtorici affirmant, ſimulachrum admodum monſtroſom poſt mortem cuidam apparuiſſe refertur,interrogatumque,quid illa horrida imago præ ſe ferret, cùm antea Pontifex fuiſſet?quia(inquit)in vita ſine lege,fide & ratione vixi,ideo, volente Deo & Petro cujus ſedem omnibus probris fœdavi,ſimulachrum meum plus feritatis,quàm humanitatis,in ſe habet.

Id exemplum alii ſibi ob oculos ponere deberent: ſed pauci ex eo tempore fuerunt,qui id & alia curarint. Veriſimile autem eſt,iramDei per talia ſcelera &ſcandala irritatam fuiſſe.Nam ut alias calamites,quæ in Eccleſia acciderunt, prætercam,circiter tempus hujus ſchiſmatis,Terra ſancta Chriſtianis adempta, & per Turcas & Sarracenos occupata eſt,

qui

qui templo Hieroſolymitano,& ſepulchro Dominico polluto, omnis generis fœditates in eo perpetrarunt, anno Domini milleſimo duodecimo.

DE SCHISMATE DECIMO QUINto, per Henricum tertium imperatorem ſedato,

CAPUT VI.

ANno milleſimo decimoſeptimo, Imperatore Henrico tertio regnante, decimumquintum in Eccleſia ſchiſma cœpit, occaſione tali: Poſt mortem Nicolai ſecundi Allobrogis, Anſelmus, patria Mediolanenſis, Epiſcopus Lucenſis, abſens, ob humanitatē, benignitatē & doctrinā à Cardinalib. Pōtifex creatur & Alexander ſecundus vocatur. Cūq; abſens electus eſſet à Cardinalibus, Romā honorificè comitatus deducitur. Hoc tempore quidam Epiſcopi Ciſalpini, maximè Lombardici, quibus Alexander non admodū placeret, quod eorum factionis non eſſet, decimumquintum ſchiſma excitarunt. Nam verbis quidem Alexandrum per ſimoniam Pōtificatum obtinuiſſe ferebant, ſed re ipſa ſuę factionis hominem quærebant. Quare ſeſe ad Henricum tertium imperatorem conferunt, & alterius Pontificis eligendi facultatem obtinent. Cùm ergo voti compotes eſſent, in Lombardiam revertuntur, & concilio inter ſe habito, Cadolum Parmenſem, virum potentiſſimum, Pontificem creant, cui ſtatim Ciſalpini omnes obtemperavere, præter Mathildim cum Eccleſia Romana ſentientem.

Cadolus itaq; ſic electus Antipapa, Romam magnis copiis & auxiliis Lombardorum ſuffultus, contendit, cui Alexander cum Romanis occurrit, prælium aſperum & atrox in pratis Neronianis ſub radicibus Aurei montis committitur, in quo nullis interfectis tandem victoria ad Alexandrum inclinat. Cadolus verò & ſi fortuna ſibi adverſa fuiſſet, tamē propterea ſtatim non eſſe animum abjiciendum cenſet, ſed poſt annum accitus à Romanis quibuſdam, quorum maximè intererat omnia Romæ perturbari explendarum voluptatum cauſa, majore exercitu, quàm antea, Romā venit, ac urbem Leoninam clāculum ex inſidiis occupat. At verò Romanis ad arma concurrentibus, Cincius Romani præfecti filius, Cadolum, facto cum ſuis cuneo, per media civium agmi-

agmina in molem Hadriani deducit,ita ut ad ſpatium duorum annorum bellum protraheretur. Tandem tamen Cadolus trecentis argenti libris ſe ab obſidentibus redimens, conſcenſo equo ſtrigoſiſſimo,inde aufugere cogitur. Ut autem deſiderio imperatoris Henrici III. qui partes Cadoli ſequebatur,ſatisfieret , concilium Mantuæ indictum eſt, ad quod Imperator & Alexander Papa venere. Cumque ibi Papa ſe in præſentia omnium de objecta ſimonia & ambitione purgaſſet,concordia utrinque eſt inita,& gratia inter partes facta.

DE SCHISMATE XVI. NATO EX ſuperbia Hildebrandi monachi Cluniacenſis, jura Imperii opprimere atq; ad ſe violenter transferre conantis,

CAPUT VII.

DEcimumſextum ſchiſma, nullo temporis intervallo interveniente , cum præcedente quaſi continuatum eſt. Mortuo nanque Alexandro ſecundo , Gregorius ſeptimus patria Senenſis,antea Monachus Cluniacenſis, & legatus in Gallia,ſtatim poſt electionem ſuam telam diſſenſionis inter Imperatores & Pontifices exorſus eſt, quæ poſtea ab aliis pertexta,innumerabilium malorum reip. Chriſtianæ occaſio fuit,ut in ſequentibus patebit.

Cùm enim Imperator graviſſimo ac difficillimo bello Saxonico implicitus eſſet,Papa, pro more ſolito ab Imperatore confirmatione impetrata , ad eum legatos mittit ſub pœna excommunicationis, magna cum arrogantia vetantes,ne cuiquam in imperio beneficia Eccleſiaſtica in poſterum conferret,quòd ea cupiditate ſimoniaca ab Imperatore vendi diceret,quæ ipſe,ut & ejus ſucceſſores omnes, avaritia inexplebili laborantes,pecunia vendere cuperet. Eo verò jure inveſtiturarum Imperatores perpetuò in terris imperii gaviſi fuerant.

Hoc Henrico Imperatori perquàm novum & inuſitatum viſum eſt; ſed ob bellum,quo deſtinebatur , id diſſimulavit.

Pa

Papa verò minimè contra ipſum procedere ceſſat, ſed habito apud Lateranum conciliabulo , aliquos Epiſcopos,qui Imperatori adhærebant,anathematis cenſura notat. Interea Imperator habita de Saxonibus victoria , aliud concilium Wormatiæ indicit:in quo omnibus Cardinalibus mandat, ut relicto Gregorio ſe in Germaniam conferant, nec ei ulla in re optemperent.

Res perquàm longa & faſtidii plena futura eſſet, contentiones,bella & conventiones, quæ hinc & inde ab utraque parte facta fuere,commemorare.Papa Imperatorem magna acerbitate excommunicavit:hic viciſſim Antipapam conſtituit, eumque, cùm ante Gilbertus Archiepiſcopus Ravennas diceretur,Clementem dixit, electum in concilio quodã Eccleſiæ Germanicæ. At Papa minimè hoc territus, & ipſe titulum imperii Rodulpho duci Sueviæ contulit,qui quarto prælio ab Henrico tertio profligatus atque occiſus eſt.

Poſt has victorias Henricus imperator filium Henricum in Italiam ad domandam ſuperbiam Papæ, ejusque adhærentium mittit,inter quos erat maximè Mathildis comitiſſa Mantuæ,mulier inſignis ſuperſtitionis, ac majoris audaciæ,quàm ſextum muliebrem deceret.Qua devicta ac profligata Imperator paulò pòſt ſupervenit, & Antipapam ſecum ducens,Romam manu valida contendit, eumque in ſedem Papalem collocat. Gregorius ſeptimus horum omnium malorum author,aliquandiu Romæ obſidetur,ſed ope Guiſcardi Normanni Principis Apuliæ liberatur,&in Apuliam abducitur,ubi & paulo poſt moritur.

Hic eſt ille Gregorius,qui tot novas conſtitutiones condidit:inter cætera verò ordinavit, Ne clerici uxores ducerent, nec cum mulieribus habitarent:& , Ne quiſquam audiret miſſam ſacerdotis concubinarii, Monachis eſu carnium in perpetuum interdixit:reliquis Chriſtianis,ne ea indie,quem Sabbathum vocamus,veſcerentur,ut hæc res ferè omnibus Chriſtianis nota eſt.Quòd ſi veritatem dicere licet, nimiùm durus & aſper fuit.

Morte Gregorii ſeptimi ſchiſma ſublatum iri ſperabatur, verùm longè aliter res evenit.Nam ſucceſſor ejus,Victor tertius,antea abbas Montis Caſſini, eadem via ingredi cœpit, ſed mox vel morbo,vel veneno,ut quidam putant,extinctus eſt.

Vi-

fuerint quaſi organa ac inſtrumenta concordię ac reconciliationis in Eccleſia reſarciendæ. Et ut hactenus talia fuerunt, ſic quoq; in poſterum ea futura eſſe ſperabimus, maximè cùm magnum illud atque horrendum ſchiſma viceſimumquartum,& tribulatio Eccleſiæ,hácq; ſequutura reformatio per Sibyllarum prophetias & revelationes Aſtrologorum aliorumq; Vatum prænunciata,acciderit:de quibus nonnihil in tertia parte dicetur.

Ut ergo ea cum præcedentibus connectatur,nos à fine primæ partis initium hujus faciemus, & de octavo ſchiſmate dicemus.

TERTIA PARS,

QUÆ COMPREHENDIT SCHISMAta ab VIIII. usque ad XXIII. item aliqua de futuro ſchiſmate XXIIII. & horribili perſecutione Ecaleſiæ Romanæ.

DE SCHISMATE OCTAVO,

CAPUT I.

LUdovico Pio, filio Caroli Magni, imperante, octavum in Eccleſia ſchiſma inter Eugenium ſecundum ejus nominis,patria Romanum, & Zinzinum quendam Antipapã ejus eſt excitatum, idque diſcordia Cardinaliũ eligentium. Nihilo minùs tamen Eugenius propter religionem, ſanctitatem,doctrinam ac humanitatem, qua ſingulari fuit, prælatus eſt,& præclarè Papatum adminiſtravit. Veruntamen paulò poſt ejus mortem Roma per Sarracenos capta atque deſtructa eſt,& per totumOrbem terrarum multa mala acciderunt, præcipuè in Gallia, quam Normanni & Friſii invadentes omnis generis crudelitatem exercuerunt. Johanna quoque puella Anglicana,ſede Pontificali conſcenſa, non exiguam ei labem in ignominiamque conciliavit.

DE

DE NONO SCHIſmate,

CAPUT II.

NOnum ſchiſma, ut diuturnum, ſic quoque infame, crudele & ſcandaloſum fuit, quod ſub Imperatore Ludovico ſecundo, cognomine Balbo, originem hac occaſione cepit: Johannes octavus, patria Romanus, quem ſuperiùs in ſecunda parte hujus libri in Gallias profugiſſe oſtendimus, vir crudelis & immiſericors, Formoſum Epiſcopum Portuenſem ita acerbè atq; atrociter tractârat, ut hic metu ipſius in Gallias confugeret: ſed Johanne fulmen excommunicationis ei minitante, ad Epiſcopatum redire coactus eſt. Quo cùm veniſſet, juſſu Pontificis omni Eccleſiaſtica dignitate privatus, in prophanum ordinem cogitur. Sunt qui ſcribunt, hoc ideo Formoſo accidiſſe, quòd ejus conjurationis concius & author fuerit, qua Johannes captus & in vincula conjectus eſt. Hac itaque contumelia motus Formoſus, ab Urbe diſcedens, jurejurando affirmavit, ſe nunquam poſtea vel Romam, vel ad Epiſcopatum rediturum. At verò Martinus Pontifex, Johannis ſucceſſor, hominem poſtea juramento ſolutum, in patriam & priſtinam dignitatem reſtituit. Unde non ita multo pòſt, muneribus datis, Papatum eſt conſecutus, ſed non ſine grandi diſſenſione, Sergio quodam diacono eandem dignitatem ambiente. Qui cùm ſpe ſua fruſtratus eſſet, irrecanciliabile odium contra Formoſum concepit, & ad Lotharium regem in Gallias venit. Interea Formoſus in Pontificatus poſſeſſione in ſextum annum permanens, nihil memoria dignum egit, niſi quòd inimicos ſibi pararit, qui ultionem ſuam poſt mortem ejus cadavere in Tyberim projecto, proſecuti ſunt.

Formoſo ſucceſſit Stephanus VI. patria Romanus, Anagninus Epiſcopus (neque etenim inter hos quiſquam, niſi Bonifacius ſextus, natione Tuſcus, triginta ſex dierum Pontifex, medius fuit) qui tanto odio proſecutus eſt Formoſi nomen, ut ſtatim ejus decreta abrogarit, & res geſtas reſciderit. At ſucceſſor ejus Romanus, contrarium faciens, omnia ea reſtituit, rataq; habuit. Quod idem & Theodorus II. & Johan-

nes IX. fecerunt. Unde maxima ſeditio in populo Romano exorta eſt, quòd hi unius, illi alterius partes ſequerentur.

Sed ante quàm hi inutiles ac nihili Pontifices ad Pontificatum pervenirent, Sergius, cujus jam antè meminimus, Pontificatum adeptus, pejus, quàm antè, fecit. Nam ex Galliis, quò eum ad Lotharium confugiſſe diximus, Romam auxilio Ludovici tertii filii Imperatoris Arnulphi, reverſus, Chriſtophorum Papam, qui octavus invaſorum Papatus poſt mortem Formoſi erat, cepit, ac in Formoſum, à quo impeditus antea fuerat, quò minùs optata ſede potiretur, tanta rabie deſæviit, ut ejus è tumulo corpus tractum, Pontificali habitu, ſpoliatum, indutumque (ut vocant) ſeculari, capite à carnifice mutilari, & in Tyberim projici juſſerit. Sunt tamen, qui ſcribunt, Corpus à piſcatoribus ſecretò humatum, & imagines Sanctorum viſas fuiſſe inclinare capita in ejus ſepultura, in teſtimonium ſanctitatis & innocentiæ ejus. Hic Sergius filium habuit, qui & ipſe Pontifex factus eſt, dictus Johannes decimus: ſed eum Anaſtaſius III. & Landus inordine præceſſerunt. Iſte Johannes patre nihilo melior fuit, ſpiritus militares magis, quàm religioni deditos gerens. Nam Sarracenos, Alberico Hetruriæ Marchione in auxilium accito, ex Calabria, quam invaſerant, ſubmovit.

Verùm cùm omnia ſibi mira inſolentia vendicaret, tantum militum odium in ſe concitavit, ut ipſum in vincula conjicerent, & cervicali in os conjecto necarent anno Pontificatus ſui XIII. menſe ſecundo, die tertio. Certè res commiſeratione digna eſt, ſi quis hiſtorias pervolvat, talia monſtra atque portenta ſedi Apoſtolicæ præſediſſe. Interea Hungari, gens fera & indomita, hoſtili manu Italiam ingreſſa, loca finitima Urbi, juſta Dei ultione, nemine reſiſtente, ferro flammaq; devaſtat, nulli mortalium ætati aut ſexui parcens.

DE TEMPORE DECIMI *& undecimi ſchiſmatum, quæ authoritate Otthonis primi ſublata fuere,*

CAPUT III.

JOHANNES, duodecimus ejus nominis, patria Romanus, antea Octavianus dictus, magis potentia, & tyrannide patris ſui Alberici, quàm legitima cleri electione Pontificatum adeptus, non tam religioni quàm venationibus, ludicris, aleis, ſtupris, adulteriis ac aliis vitiis deditus fuit. Quare duo Cardinalium hac indignitate moti, Otthoni regi Germnaniæ rem indicant, eumque literis obſecrant, ut rem Chriſtianam ex manibus polluti hominis vendicet. Interim verò dum Ottho expectaretur, re per indices patefacta, Johannes Pontifex Cardinales ipſos capit, & huic naſum, illi verò manum abſcindit. Quibus factis, Ottho Romam veniens, contra Johannem Concilium indicit, cujus authoritate is condemnatus, à Pontificatu propter peſſimos mores removetur, & in Hernicos auſugiens, inque ſylvis more feræ deliteſcens, tandem in adulterio comprehenſus, à marito confoditur.

Poſt abrogatum Johanni Pontificatum, Ottho Imperator Leonem octavum Pontificem conſtituit. Verùm cùm vix abiiſſet Imperator, Romani naturâ inconſtantes ac ſeditioſi, pulſo Leone, in ejus locum Benedictum V. Antipapam ſurrogarunt. Tum ergo Ottho indignatione commotus, armis & fame Romanos compulit Leonem recipere, & Benedicto in Germaniam relegato finem utrique ſchiſmati ſic impoſuit.

DE DUODECIMO SCHI-ſmate, per Otthonem tertium ſoblato,

CAPUT IIII.

ANno nongenteſimo octogeſimooctavo Gregorius, quintus ejus nominis, natione Saxo, cognatus Imperatoris, authoritate Otthonis tertii Papa creatus eſt. Contra hunc quidam Creſcentius conſul Romanus, pecunia corruptus per Johannem Epiſcopum Placentinum, natione Græcum, eum Antipapam facit, & Johannem decimumſeptimum nominat. Unde Gregorius ſeditionibus Romanorum exagitatus, in Germaniam ad Imperatorem ſe recipit: qui comparato exercitu eum valida manu reſtituit. Quamvis autem Antipapa Græcus cum ſuo Creſcentio ſeſe in mole Adriani munivſſet, tamen uterque eorum captus meritas ambitionis ac avaritiæ pœnas luit, Creſcentio quidem decollato, Antipapa verò exoculato. Deinde Gregorius Papa reſtitutus, ſanctionem fecit de electione Imperatoris per Officiales imperii facienda, anno Domini milleſimo ſecundo, ut dignitas Imperialis perpetuò apud Germanos maneret, id quod etiam usque in hunc diem factum eſt.

Gregorio in ſede Pontificali Diabolo adjuvante ſucceſſit Sylveſter ſecundus, magicus ac necromanticus: de cujus ignominioſa morte hiſtoria ſatis eſt cognita. Primò favore Hugonis Capeti Archiepiſcopatum Rhemenſem obtinuit, ſed authoritate concilii inde dejectus eſt, ut in ſecunda parte diximus.

DE DECIMOTERTIO ET DEcimoquarto ſchiſmatis, quorum tempore Hieroſolyma ab infidelibus eſt capta,

Caput V.

HÆc ſchiſmatum materia ita injucunda & odioſa eſt, ut niſi ſperarem me ad aliquem bonum finem perventurum, eam ſilentio præterire, quam multa de ea loqui mallē. Sæpiùs verò accidit, ut qui velit in Paradiſum amœnam ire, huic viæ anguſtæ ac lutulentæ ſint tranſeunde, ut & roſæ inter ſpinas, & grana inter paleas colliguntur.

Cum itaq; ſuperiùs multa de ſchiſmatis dixerimus, & reliqua, quanta fieri poteſt brevitate, commemoranda ſunt, præſertim cùm ex præcedentibus inſtituti noſtri ratio ſatis ſit comprobata, nimirum quòd amalitia, ambitione & avaritia ſceleratorum Paparum omnia mala in mundo proveniant, & veciſſim quòd boni Papæ omni laude digni ſint, & bene de eccleſia mereantur, ut in ſecunda parte hujus libri viſum eſt.

Poſtquam ergo Sylveſter ſecundus, qui ſe totum Diabolo tradiderat, ut dignitatem Pontificalem adipiſceretur, inaudito mortis genere objiſſet, tres Pontifices vix duodecim annos quietè ac pacificè tranſegere. Nam Imperatore Henrico primo ejus nominis mortuo, qui anno milleſimo quarto electus erat, Benedictus octavus, qui eo defenſore in omnibus uſus fuiſſet, quòd eum corona imperii donaſſet, ſeditione populi Romani Pontificatu dejectus eſt, alio in ejus locū ſuffecto, cujus nomen literis non eſt proditum. Verùm poſtea inita cum ſuis inimicis concordia, pulſo adulterino Pōtifice, priſtinæ dignitati reſtitutus, undecimo Pontificatus ſui anno, menſe uno, die decimotertio, moritur. Et ſic decimumtertium ſchiſma finem cum vita ejus habuit.

Sunt etiam, qui referunt, Epiſcopum quendam in ſolitudine vidiſſe Benedictum equo nigro inſidentem, eumq; interrogaſſe, quid cauſæ eſſet, cur mortuus equo nigro veheretur? tum Benedictum hominem rogaſſe, ut pecunias, quas occultaverat, locum indicans, pauperib. ſuo nomine erogaret: quæ antea datæ fuiſſent eleēmoſynarū nomine, nil ei pro

 fuiſſe,

fuiſſe,quia rapinis & expilationibus partæ fuiſſent. Facit mandata Epiſcopus,ac ſtatim ſe Epiſcopatu abdicat, & vitam monaſticam amplectitur.

Benddicto octavo, interjecto tamen Johanne viceſimo, Benedictus I X.ejus nepos ſucceſſit,avo nihilo meliore, ut apparebit:nam author decimiquarti ſchiſmatis fuit. Nam Romani cùm viderent eum hominem ignavum & nullius pretii eſſe,peroſi eum è ſede dejiciunt,inque ejus locum ſufficiunt Johannem Epiſcopum Sabinenſem,Sylveſtrum tertium appellantes. Verùm cùm & hic homo indoctus, ignarus ac nihili eſſet,poſt novem & quadraginta dies, eo pulſo, denuo Benedictus reſtituitur. Tum ergo inconſtantiam populi Romani conſiderans, & metuens ne eadem diſcrimina ſibi iterum ſubeunda eſſent, Johanni Archidiacono ſancti Johannis ad portam Latinam, qui poſtea Gregorius ſextus eſt appellatus,Pontificatum vendidit. Ob quæ ſcandala tollenda Henricus,ejus nominis ſecundus,filius Conradi,anno milleſimo trigeſimonono imperio ſuſcepto,in Italiam cum magno exercitu venit,& habita ſynodo tria teterrima monſtra, videlicet Benedictum nonum,Sylveſtrem tertium,Gregorium ſextum,Pontificatu ſe abdicare cogit,&Syndegerū, Bambergenſem Epiſcopum,cui Clementi ſecundo appellatio fuit,Pontificem creat. Verùm is ſucceſſoris ſui Damaſi ſecundi inſidias evitare non potuit,quin veneno ab ipſo tolleretur.

Ut autem ad Benedictum nonum revertar,qui author fuit decimiquarti ſchiſmatis, & Papatum vendidit: hujus,ut omnes Hiſtorici affirmant, ſimulachrum admodum monſtroſom poſt mortem cuidam apparuiſſe refertur,interrogatumque,quid illa horrida imago præ ſe ferret, cùm antea Pontifex fuiſſet? quia(inquit)in vita ſine lege,fide & ratione vixi,ideo, volente Deo & Petro cujus ſedem omnibus probris fœdavi,ſimulachrum meum plus feritatis,quàm humanitatis,in ſe habet.

Id exemplum alii ſibi ob oculos ponere deberent: ſed pauci ex eo tempore fuerunt,qui id & alia curarint. Veriſimile autem eſt,iram Dei per talia ſcelera & ſcandala irritatam fuiſſe. Nam ut alias calamites,quæ in Eccleſia acciderunt, prætercam,circiter tempus hujus ſchiſmatis,Terra ſancta Chriſtianis adempta, & per Turcas & Sarracenos occupata eſt,

qui

qui templo Hieroſolymitano,& ſepulchro Dominico polluto, omnis generis fœditates in eo perpetrarunt, anno Domini milleſimo duodecimo.

DE SCHISMATE DECIMO QUINto, per Henricum tertium imperatorem ſedato,

Caput VI.

Anno milleſimo decimoſeptimo, Imperatore Henrico tertio regnante, decimumquintum in Eccleſia ſchiſma cœpit, occaſione tali: Poſt mortem Nicolai ſecundi Allobrogis, Anſelmus, patria Mediolanenſis, Epiſcopus Lucenſis, abſens, ob humanitatē, benignitatē & doctrinā à Cardinalib. Pōtifex creatur & Alexander ſecundus vocatur. Cūq; abſens electus eſſet à Cardinalibus, Romā honorificè comitatus deducitur. Hoc tempore quidam Epiſcopi Ciſalpini, maximè Lombardici, quibus Alexander non admodū placeret, quod eorum factionis non eſſet, decimumquintum ſchiſma excitarunt. Nam verbis quidem Alexandrum per ſimoniam Pōtificatum obtinuiſſe ferebant, ſed re ipſa ſuę factionis hominem quærebant. Quare ſeſe ad Henricum tertium imperatorem conferunt, & alterius Pontificis eligendi facultatem obtinent. Cùm ergo voti compotes eſſent, in Lombardiam revertuntur, & concilio inter ſe habito, Cadolum Parmenſem, virum potentiſſimum, Pontificem creant, cui ſtatim Ciſalpini omnes obtemperavere, præter Mathildim cum Eccleſia Romana ſentientem.

Cadolus itaq; ſic electus Antipapa, Romam magnis copiis & auxiliis Lombardorum ſuffultus. contendit, cui Alexander cum Romanis occurrit, prælium aſperum & atrox in pratis Neronianis ſub radicibus Aurei montis committitur, in quo nullis interfectis tandem victoria ad Alexandrum inclinat. Cadolus verò & ſi fortuna ſibi adverſa fuiſſet, tamē propterea ſtatim non eſſe animum abjiciendum cenſet, ſed poſt annum accitus à Romanis quibuſdam, quorum maximè intererat omnia Romæ perturbari explendarum voluptatum cauſa, majore exercitu, quàm antea, Romā venit, ac urbem Leoninam clāculum ex inſidiis occupat. At verò Romanis ad arma concurrentibus, Cincius Romani præfecti filius, Cadolum, facto cum ſuis cuneo, per media civium agmi-

agmina in molem Hadriani deducit, ita ut ad ſpatium duorum annorum bellum protraheretur. Tandem tamen Cadolus trecentis argenti libris ſe ab obſidentibus redimens, conſcenſo equo ſtrigoſiſſimo, inde aufugere cogitur. Ut autem deſiderio imperatoris Henrici III. qui partes Cadoli ſequebatur, ſatisfieret, concilium Mantuæ indictum eſt, ad quod Imperator & Alexander Papa venere. Cumque ibi Papa ſe in præſentia omnium de objecta ſimonia & ambitione purgaſſet, concordia utrinque eſt inita, & gratia inter partes facta.

DE SCHISMATE XVI. NATO EX ſuperbia Hildebrandi monachi Cluniacenſis, jura Imperii opprimere atq; ad ſe violenter transferre conantis,

CAPUT VII.

Decimumſextum ſchiſma, nullo temporis intervallo interveniente, cum præcedente quaſi continuatum eſt. Mortuo nanque Alexandro ſecundo, Gregorius ſeptimus patria Senenſis, antea Monachus Cluniacenſis, & legatus in Gallia, ſtatim poſt electionem ſuam telam diſſenſionis inter Imperatores & Pontifices exorſus eſt, quæ poſtea ab aliis pertexta, innumerabilium malorum reip. Chriſtianæ occaſio fuit, ut in ſequentibus patebit.

Cùm enim Imperator graviſſimo ac difficillimo bello Saxonico implicitus eſſet, Papa, pro more ſolito ab Imperatore confirmatione impetrata, ad eum legatos mittit ſub pœna excommunicationis, magna cum arrogantia vetantes, ne cuiquam in imperio beneficia Eccleſiaſtica in poſterum conferret, quòd ea cupiditate ſimoniaca ab Imperatore vendi diceret, quæ ipſe, ut & ejus ſucceſſores omnes, avaritia inexplebili laborantes, pecunia vendere cuperet. Eo verò jure inveſtiturarum Imperatores perpetuò in terris imperii gaviſi fuerant.

Hoc Henrico Imperatori perquàm novum & inuſitatum viſum eſt: ſed ob bellum, quo deſtinebatur, id diſſimulavit.

P.a

Papa verò minimè contra ipſum procedere ceſſat, ſed habito apud Lateranum conciliabulo, aliquos Epiſcopos, qui Imperatori adhærebant, anathematis cenſura notat. Interea Imperator habita de Saxonibus victoria, aliud concilium Wormatiæ indicit: in quo omnibus Cardinalibus mandat, ut relicto Gregorio ſe in Germaniam conferant, nec ei ulla in re optemperent.

Res perquàm longa & faſtidii plena futura eſſet, contentiones, bella & conventiones, quæ hinc & inde ab utraque parte facta fuere, commemorare. Papa Imperatorem magna acerbitate excommunicavit: hic viciſſim Antipapam conſtituit, eumque, cùm antè Gilbertus Archiepiſcopus Ravennas diceretur, Clementem dixit, electum in concilio quodã Eccleſiæ Germanicæ. At Papa minimè hoc territus, & ipſe titulum imperii Rodulpho duci Sueviæ contulit, qui quarto prælio ab Henrico tertio profligatus atque occiſus eſt.

Poſt has victorias Henricus imperator filium Henricum in Italiam ad domandam ſuperbiam Papæ, ejusque adhærentium mittit, inter quos erat maximè Mathildis comitiſſa Mantuæ, mulier inſignis ſuperſtitionis, ac majoris audaciæ, quàm ſextum muliebrem deceret. Qua devicta ac profligata Imperator paulò pòſt ſupervenit, & Antipapam ſecum ducens, Romam manu valida contendit, eumque in ſedem Papalem collocat. Gregorius ſeptimus horum omnium malorum author, aliquandiu Romæ obſidetur, ſed ope Guiſcardi Normanni Principis Apuliæ liberatur, & in Apuliam abducitur, ubi & paulo poſt moritur.

Hic eſt ille Gregorius, qui tot novas conſtitutiones condidit: inter cætera verò ordinavit, Ne clerici uxores ducerent, nec cum mulieribus habitarent: & Ne quiſquam audiret miſſam ſacerdotis concubinarii, Monachis eſu carnium in perpetuum interdixit. reliquis Chriſtianis, ne ea in die, quem Sabbathum vocamus, veſcerentur, ut hæc res fere omnibus Chriſtianis nota eſt. Quod ſi veritatem dicere licet, nimiùm durus & aſper fuit.

Morte Gregorii ſeptimi ſchiſma ſublatum iri ſperabatur, verùm longè aliter res evenit. Nam ſucceſſor ejus, Victor tertius, antea abbas Montis Caſſini, eadem via ingredi cœpit, ſed mox vel morbo, vel veneno, ut quidam putant, extinctus eſt.

Vi-

Victori ſucceſſit Urbanus ſecundus, qui contentiones iſtas fugiendas exiſtimans, in Galliam venit, & univerſali concilio congregato, maximam orbis Chriſtiani partem ad recuperandam Terram ſanctam excitat. Et eo tempore prima univerſalis expeditio duce Godefrido Bullionio ſuſcepta eſt. Quæ quidem res digna bono Papa fuit, ut pleniùs ſuprà in parte ſecunda eſt demonſtratum, ſub titulo, de Concilio Claromontano in Arvernia.

DE DECIMOSEPTIMO SCHIſmate ex iniuſtis Paparum querelis contra Imperatores nato,
CAPUT VIII.

PAſchalis, ſecundus ejus nominis, natione Italus, è Flaminia, monachus & diſcipulus Gregorii ſeptimi, Urbano ſecundo ſurrogatur: verùm ejus veſtigiis non inſiſtit, ſed odioſas contentiones Paparum de Inveſtituris Epiſcoporũ contra Imperatores reſuſcitat. Interim dum Godefridus Bullionius unà cum aliis principibus Chriſtianis pro recuperanda Terra ſancta laborat, & Antiochiam ac Hieroſolymã è manibus infidelium eripit: id quod incidit in annum Domini M. CCCC. XIX. & XX. à tempore autem, quo ſub Heraclio amiſſæ fuerant, anno. CCCC. XCII.

Ante quàm autem Paſchalis cornua contra Imperatorem Henricum quartum erigeret, copias adverſus Gilbertum Antipapam ab Henrico Imperatore creatum eduxit, adjutus auxiliis Rogerii Normanni principis Siciliæ, qui ei milites & mille libras auri in ſtipendium eorum miſit. Quare Clemens Antipapa, Alba, ubi ſe continuerat, profugere coactus eſt, ac paulo pòſt dolore animi obiit.

Richardus Comes Campanię in regno Neapolitano, qui Gilberto Antipapæ adhærens, eum in fuga adjuverat, eo defuncto alium Antipapam, natione Neapolitanum, fecit: quo mox depoſito, Preneſtini alium quendam nomine Theodoricum elegerunt, qui, cùm centũ & quinque dies Papatum tenuiſſet, Eremiticam vitam amplexus eſt. Ejus locum civis quidam Romanus cum titulo Papali Ravennæ occupat, unde tamen à Romanis dejicitur. Quæ dum geruntur, Paſchalis ſecundus quibuſdam eccleſiæ terris receptis in Gallias ad reformandos Eccleſiaſticos proficiſcitur.

Quo tempore Paſchalis in Gallias venerit, an regnante Philippo primo, an verò Ludovico Groſſo, nihil certi invenio. Celebravit autem Concilium Trecis in Campania (ut & ſuperiùs in ſecunda hujus libri parte meminimus) pro eccleſiæ reformatione. Quo peracto Romam rediit, ubi ab Henrico quarto, qui eò venerat ad recipiendam coronã unà cum Cardinalibus & aliis Curiæ Romanæ miniſtris, captus, & tandem, cùm jus de inveſtituris Epiſcoporum remiſiſſet, dimiſſus eſt. Veruntamen Imperatore abeunte cõventionibus nõ ſtetit, ſed eas omnes reſciſſas pronunciavit.

DE DECIMOOCTAVO ſchiſmate,
CAPUT IX.

DEcimumoctavum ſchiſma inter Gelaſium ſecundum, patria Cajetanum, ſucceſſorem Paſchalis, & alium quẽdam Benedictum Hiſpanum, antea Burdinum dictum, & Antipapam ab Henrico quarto cauſa contentionum de inveſtituris Epiſcoporum creatum, fuit. Gelaſius autem ſecuritati ſuæ conſulturus in Galliam profugit, ibiq; Cluniaci vitæ extremum diem claudit. In cujus locum ſurrogatur Calixtus ſecundus, natione Burgundus, Vienenſis Archiepiſcopus, frater Stephani Comitis Burgundiæ.

Burdinus Antipapa, qui in Italia eſſet omni metu liber, contra Gelaſium & Calixtum ejus ſucceſſorem ſuperbiens, interea rerum ſuarum ſatagit, ſed tandem à Calixto ſecundo, & Cardinale ſancti Chryſogoni ejus exercitus duce, auxiliantibus Gallis, in prçlio campeſtri capitur, & camelo vultu ad caudam verſo impoſitus, in triumphi ſpeciem Romam ducitur, ſicque ſchiſma decimumoctavum finem accepit.

DE SCHISMATE DECImonono,
CAPUT X.

MOrtuo Calixto ſecundo, Burgundo, Honorius ſecundus ex agro Imolenſi oriundus, Hoſtienſis Epiſcopus, in ejus locum creatus eſt, & Papatum, cui quinq; annos præfuit in pace tranſegit. Eo verò defuncto, Innocentius ſecundus, patria Romanus, ex Tranſtyberina regione, Pontifex elect⁹

eſt,ſub quo decimumnonum ſchiſma ex hac occaſione cœpit: Innocentius ſtatim à coronatione ſua bellum adverſus Rogerium Normannum, qui titulum regis Neapolitani uſurpabat, movit: poſt multas verò cædes & ſanguinis effuſionem unà cum Cardinalibus Romanis, qui in exercitu ejus fuere, per Guihelmum ducem Calabriæ, filium Rogerii, captus eſt, & tamen honeſtè habitus.

Interim dum ſic Innocentius captivus detineretur, Romani Petrum Leonem, Petri Leonis potentiſſimi hominis filium, Pontificem creatum, Anacletum ſecundum dixerunt. Quare Innocentius ad Urbem rediens, ubi omnia ſeditionibus plena cerneret, ſpectareque rem ipſam ad cędem multorum, coactus eſt cedere in Gallias, ubi tempore Ludovici Groſſi duob. conciliis, uno in Claromonte, altero Rhemis, celebratis, Leodium deinceps flexit ad Lotharium Saxonem nuper Romanorum regem electum, qui ei auxilium reſtitutionis promiſit. Tanto itaque Germanorum & Gallorum favore atque ſubſidio ſuffultus, in Italiam rediit. Nec verò tantùm hac vice, ſed & alia à Lothario Imperatore, duce Saxoniæ, Innocentius ſedi Barioneæ eſt reſtitutus. Porrò Anacletus ſecundus, ſpoliatis urbis Romanæ templis & theſauris eccleſiarum, quibus ſuam factionem aluit, præ dolore tandem obiit.

Aliquo tempore pòſt Eugenius tertius, Piſis oriundus, ſancti Anaſtaſii Abbas, in monachum antea à Bernhardo, viro ſanctiſſimo, electus, in Gallias quoque venit, tam ut furorem Romanorum effugeret, qui fugientem telis & armis inſequuti fuerant, quàm ut regem Ludovicum adſerendum ſubſidium Terræ ſanctæ animaret, prout in ſecunda hujus libri parte dictum eſt: & Concilium Vercellis celebravit. Quo facto, ſubſidio regis Romam pacificè rediit.

DE VIGESIMO SCHISMATE SUB Friderico Barbaroſſa, quod annos ſeptendecim duravit,

CAPUT XI.

EX eadem radice, qua præcedentia ſchiſmata nata diximus, nimirum ex contentione de jure inveſtiturarum Epi-

Epiſcopatuum, & hoc viceſimum originem ſumpſit ſub Friderico Barbaroſſa, principe admiratione digniſſimo, duce Sueviæ. Et quia inſolentia & ambitio Paparum exagitaverat prædeceſſores ejus, ideo tanta indignatione & vehementia eos eſt perſecutus, ut nullæ unquam atrociores concertationes inter imperium & ſacerdotium fuerint.

In initio regni ejus, quod incidit in annum ſalutis milleſimum centeſimum quinquageſimum quartum, ſchiſma inter Alexandrum tertium, patria Senenſem, ſuffragio vigintiquatuor Cardinalium electum, & Octavianum, Romanum, Victorem poſtea appellatum, exortum eſt.

Alexander itaq; plurium ſuffragiis electus, ne diutiùs ſeditio illa cum pernicie eccleſiæ Romanæ protraheretur, Fridericum imperatorem, Cremonam tum obſidentem, per legatos rogat, ut interpoſita authoritate imperatoria ſeditionem tollat: reſpondit ille, Utrumq; Pontificem Papiam ire oportere, quò & ipſe proficiſcetur cognoſcendæ diſceptationis cauſa. Cui mandato Alexander obtemperare nolebat, ſe Anagniam conferens. Tum ergo Fridericus indignatus concilium Papiæ indicit, ad quod Octavianus veniens, ſpreto Alexandro, confirmatur.

Alexander hac injuria commutus, Fridericum anathematis vinculo colligat, at ille patrimonium Petri occupat, ita ut Alexander in Gallias tempore regis Philippi confugere cogeretur, ubi concilio in Claromonte indicto, prout ſuperiùs in ſecunda parte hujus libri expoſuimus, Imperatorem & Octavianum Antipapam ſolenniter excommunicavit. Imperator verò interea Dertona expugnata, & Mediolano capto ad Philippum regem legationem miſit, quæ de tollendo ſchiſmate cum eo ageret.

Conventui principum & concilio, Divione tanquam utriſque regibus oportuna, locus eſt deſtinatus. Fridericus ſiquidem per Beatricem uxorem Burgundiæ comitatum tenebat, & Divionem Bohemiæ & Scotiæ regibus aliiſq; multis nobilibus ſtipatus venit, Victore Antipapa ſecum adducto. At Alexander eò venire renuit, quòd diceret, eò ſibi non eſſe aditum tutum, nec locum Concilio convenientem, qui ſua authoritate & approbatione delectus non eſſet. Quare Turonas ad concilium celebrandum conceſſit. Tum ergo Imperator juſta indignatione commotus, in Germa-

niam rediit,& defuncto Antipapa Victore ,tres alios conſtituit,ac tandem Alexandrum compulit, ut incognitus ſub monachi habitu Venetias profugeret. Poſtremò verò pax eſt facta, & quia durante hoc ſchiſmate Hieroſolyma à Turcis & Sarracenis capta fuerat,ideo Fridericus maximam expeditionem pro recuperatione Terræ ſanctæ ſuſcepit,in qua contra hoſtes perpetuò feliciter pugnavit, donec in fluvio quodam Armeniæ lavans, magno totius Reip. Chriſtianæ damno ſubmerſus, periit

DE VIGESIMOPRIMO SCHISMATE, quod eo tempore fuit, quo Curia Romana in Galliis Avinione commorata eſt,

Caput XII.

Clemens Papa, V. ejus nominis, patria Burdegalenſis, primus fuit,qui Curiam Romanam Avinionem tranſtulit.quemadmodum in ſecunda hujus libri parte ſuprà copioſius retulimus. Poſt ejus mortem ſedes Apoſtolica annos duos,menſes tres & XVII. dies vacavit, quòd Cardinales ita in electione diſſentirent,ut in conclavi Carpentoracte habito duo eorum mutuis verberibus perierint. Tandem tamẽ Lugduni apud fratres Prædicatores rurſus congregati, Johannem viceſimum ſecundum, Jacobum Catureenſem antea vocatum,Epiſcopum Portuenſem,Pontificem elegerunt anno Domini milleſimotrecenteſimo decimoſeptimo.Sunt qui ſcribunt, id favore & auxilio regis Galliæ Ludovici, & fratris ejus Philippi Comitis Pictavienſis eſſe factum. Quare mihi videtur, id contigiſſe temporibus Ludovici Hutini, aut Philippi Longi fratris ejus.

A coronatione Lugduno Avinionem ſeceſſit, ibiq; juſtitiæ ſpecimen planè mirandum edidit. Nam Hugonem Caturcenſem Epiſcopum, privatum omnibus Pontificabilibus inſignibus,annulo,mitra,cappa, pileo,camiſiaque Romana ſe Epiſcopatu & ſacerdotio abdicare compulit. Privatum autem, ac curiæ ſeculari traditum,omnibus cruciatibus coëgit vitam cum morte commutare, quòd in Pontificem conjuraſſet.

Inte-

Interim Ludovicus Bavarus,rex Romanorum, devicto Friderico archiduce Auſtriæ, conpetitore Imperii, Italiam manu valida ingreſſus,coronam ferream Mediolani ſuſcepit, ac nomen Imperatoris citra Papæ authoritatem uſurpavit. Ob id Joannes XXII. graviſſimè indignatus, Ludovicum anathematis fulmine notavit. At ille Romam progreſſus, ibiq; corona aurea à Stephano Columna Cardinale accepta, Petrum Corbarienſem,ordinis Minorum, ex Reatino agro oriundum,Pontificem ſtatim creavit, Johannis XXIII. æmulum futurum,hominem quidem humili loco natum,ſed doctum,ac ad res gerendas aptiſſimum. Unde ſchiſma viceſimumprimum eſt natum, quod non priùs extinctum eſt, quàm Bonifacius Comes Piſanus, Petro capto, eum Avinionem miſit,ubi abjurato ſchiſmate in perpetuum carcerem conjectus eſt.Poſtea regnante Philippo Valeſio in Galliis,Johãnes Papa decimas Eccleſiaſticis Gallicis impoſuit, ſub prętextu expeditionis contra Turcas ſuſcipiendæ, ſed ea evaneſcens mox ad nihilum récidit. Durante hoc ſchiſmate variæ hæreſes ſerpſerunt, ut Valdenſium,Pauperum de Lugduno, aliorumq; complurium.

DE VICESIMOSECUNDO SCHIſmate omnium longiſſimo, ac pernitioſiſſimo: quo durante Bohemi in hæreſin prolapſi, ab Eccleſia Romana deſciverunt,

CAPUT XIII.

QUadraginta annis, quibus viceſimumſecundum ſchiſma Eccleſiam turbavit,complures Antipapæ ſibi mutuò æmulantes fuere,& fuit hæc ſchiſmatica diviſio adeo dubia atq; perplexa,ut etiam peritiſſimi ac præcipui quiq; Clerici diſcernere non poſſent, quis eorũ verus Petri ſucceſſor eſſet.Unde plurima factiones ac ſectæ in Eccleſia extitere,his huic, aliis alteri adhærentibus. Et interim tota Bohemia in hæreſin prolabitur. Præcipua autem ejus hæreſeos capita fuere: Papam Romanum nihil plus dignitatis vel poteſtatis habere, quàm cæteri Epiſcopi, ſed iis eſſe ſimilem. Non eſſe purgatorium, verùm id avaritia ſacerdotum excogitatum & adinventum. Imagines Dei & aliorum ſanctorum

tanquam idololatricas, eſſe abolendas. Ordines Mendicantium inventione Diaboli introductos. Sacerdotes nihil proprii habere debere. Alios quoq; perplures his ſimiles errores defenderunt.

Hæreſis iſta ſub Wenceslao Imperatore, filio Caroli quarti ducis Lucelburgenſis & regis Bohemiæ, originē ſumpſit, qui in Gallias ad videndum regem Carolum quintum, cognatum ſuum, veniens, ei aliquot loca in Delphinatu donavit, eumq; vicarium imperii in regno Arelatenſi conſtituit. Quantò verò Carolus pater virtute præſtantior, tantò Wencaslaus filius omni vitiorum genere corruptior fuit, ita ut Imperii electores ob id eum ab Imperiali dignitate removere inq; ejus locum Sigiſmundum fratrem ſurrogare coacti fuerint. Non itaq; mirandum eſt, ſi ſub tam monſtroſo infelici principe ſubjecti à fide Catholica deſciverint, maximè cùm eccleſia Romana tot diſſenſionibus Paparum dilacerata eſſet.

Verùm ut ad viceſimum ſecundum ſchiſma revertamus, id incepit circiter annum Domini milleſimum trecenteſimū ſeptuageſimum octavum, brevi tempore pòſt, quàm à Gregorio undecimo Lemovicenſe curia Romana Avinione ad priſtinam ſedem Romam eſt translata: de quo pleniùs diximus in ſecunda hujus Operis parte, ſub capitulo de duobus conciliis Lutetiæ habitis tempore Caroli ſexti, unde hìc ea repetere minimè opus eſt. Attamen ut occaſio hujus viceſimiſecundi ſchiſmatis meliùs intelligatur, ſciendum eſt, quòd anno ſuperiùs memorato poſt mortem Gregorii undecimi, qui curiam Romanam Avinione Romam reduxit, Cardinales ſeſe in duas factiones diviſerint, quarum una Italica Urbanum VI. natione Neapolitanum, elegit: altera Gallia Robertum Genevenſem, qui dictus eſt Clemens ſeptimus, & cauſa ſchiſmatis in electione exorti, Avinionem repetiit. Sic itaque eccleſia ob duos Papas in duas quoq; factiones diviſa eſt: res æquè monſtroſa, ac ſi homo duo capita haberet. Orientales ſiquidem provinciæ, ut Italia, Germania & Hungaria, Urbanum VI. ſequebantur: Gallia autem, Hiſpania & Anglia, quæ Occidentalium nomine cenſentur, Clementi VII. obediebant.

Circiter hoc tempus Ludovicus Andegavenſis filius regis Johannis ejus, qui in Anglia obiit, & frater Caroli quinti, ſub-

ſubnixus favore Clementis ſeptimi Avinione reſidentis, Italiam triginta circiter mille equitibus ingreditur, cùm ob jus, quod ad regnum Neapolitanum prætendebat, tum ut Johannæ Neapolitanæ contra Carolum regem Hungariæ auxilium ferret, deniq; ut Clementi Papatus poſſeſſionē quietam efficeret: ſed cùm bellum duos annos geſſiſſet, in Apulia moritur. Quamobrem Galli ſe domum receperunt. & Papa Urbanus ſextus, qui à Carolo rege Hungariæ & Neapolis infeſtaretur, Genuam mari confugere coactus eſt, ubi quinq; Cardinales ſubmerſos Neptuno conſecravit, quòd Clementi Avinione reſidenti faviſſe dicerentur. Hæc verò Johanna, cujus meminimus, ea eſt, quæ Avinionem & comitatum Venetiarum Clementi VII. vendidit. Alii verò tradiderunt, quòd permutatione quadam eam Pontifici tradiderit pro pecunia, quam regnum Neapolitanum Curiæ Romanæ debebat.

Sed ad Urbanum VI. & ſchiſma viceſimum ſecundum redeamus. Urbanus omnium Hiſtoricorum teſtimonio homo perverſus fuiſſe cenſetur, & quòd magis diſcordiis inter principes Chriſtianos alendis, quam tollendis delectatus fuerit. Unde etiam ſchiſma hoc tanto diutiùs duravit. In ejus namque defuncti locum Bonifacius nonus, patria Neapolitanus, Petrus cognomento Tomacellus antea vocatus, cùm vix annum triceſimum attigiſſet, ſurrogatus eſt. Et hic eſt ille, qui primus omnium, Reip. adminiſtratione Romanis adempta, eam ad Papas tranſtulit. Arcem quoq; S. Angeli contra Romanos muniit, & annatarum uſum beneficiis Eccleſiaſticis primus impoſuit, hac conditione, ut qui beneficium conſequeretur, dimidium annui proventus fiſco Apoſtolico perſolveret. Quam quidem conſuetudinem omnes admiſere, p̄ter Anglos, qui id de ſolis Epiſcopatibus conceſſere, in cæteri, beneficiis non adeo. Jubileum quoq; celebravit. Sub ejus Pontificatu Johannes Bentivolus Bononiam occupavit, ſed ei non longè pòſt à Galeatio erepta eſt.

Ex altera parte in Clementis demortui locum à Cardinalibus Gallicis Petrus Luna, Benedictus decimustertius appellatus, Avinione ſufficitur, contra quem concilium eccleſiæ Gallicanæ ſuperiùs dixim⁹ fuiſſe coactum. Et tunc ſchiſma invaluit, quod duravit usq; ad concilium Coſtantienſe. Neq; etenim Benedictus Pontificatū relinquere voluit, ſed eū usq; ad finem vitæ uſurpavit.

Porrò Bonifacio IX. quoque è vivis ſublato, Cardinales Italici Innocentium VII. patria Sulmonenſem, Coſmatum antea vocatum, ſanctæ Crucis presbyterum Cardinalem, Romæ Pontificē creaverunt. Et huic extincto Gregorius XII. patria Venetus, antea Angelus Corarius dictus tituli ſancti Marci presbyter Cardinalis, ſucceſſit, & ſic ſchiſma de die in diem protrahi & aggraveſcere cœpit.

Cùm autem Benedictus Avinione ſubſiſteret, Burgund. Bituricenſis & Aurelianenſis duces, à Carolo V. rege legati ad cū venere, perſuaſuri, ut pro cōcordia Eccleſiæ univerſalis Papatu ſe abdicaret; itidē quoq; Gregoriū duodecimū æmulū ejus facturum eſſe. At ille metuens, ne vi cogeretur ad relinquendū Papatum, nullo princib. reſponſo dato, iisq; inſalutatis in Hiſpaniam profugit, atque concilio Parpignani celebrato, quò ſecurior eſſet, in arce Paniſcollea ſe continet.

Principes ergo & Cardinales cùm viderent nullam pacē inter duos iſtos Papas fieri poſſe, ac, quod ꝓmiſerant ſe facturos, papatu cedere nolle, Piſis in Italia Concilium celebrarūt anno melleſimo quadringētesimooctavo, ad quod utrumq; papam citarunt, ſed neuter comparêre dignatus eſt. Quapropter principes ſe irrideri videntes, utrumque Pontificatu removerunt, & in eorum locum Alexandrum V. Cretenſem, fratrem ordinis minorum, ſubſtituerunt. Qui cùm Cathedræ Petri vix octo menſes præſediſſet, Bononię mortuus eſt. Interea Gregorius duodecimus, qui in Auſtriam conceſſiſſet, cùm minùs ſecuritati ſuæ conſultum illic exiſtimaret, Ariminum in Italiam rediit, ibiq; ſub protectione Caroli Malateſtæ commoratus eſt.

Hoc tempore tota Italia in armis erat. Alexander enim V. in concilio Piſano Lancelotum regem Neapolis regno privarat, idq; Ludovico filiio Ludovici Andegavenſis contulerat, ejus, quem ſuprà diximus profectum in auxilium Johannæ primæ. Quare Lancelotus filius Johannæ Oſtiam aliaque quædam loca eccleſiæ occupavit.

Cæterùm Alexandro V. extincto, Johannes vigeſimusquartus, patria Neapolitanus & nobilis, Balthazar cognomento Coſſa antea vocatus, Bononiæ omnium conſenſu Pontifex creatus eſt. Sic ergo tres Pontifices hoc tempore erant: unus Bononiæ, alter Arimini, tertius in arce Paniſcollea in Hiſpaniis. Veruntamen omnes ferè Chriſtianæ Reip. nationes

ones depoſitioni Gregorii duodecimi, & Benedicti de Luna conſenſerant, præter certam quandam Hiſpaniæ partem, comitem Armeniacum & regem Scotiæ, qui Benedicto duodecimo adhærebant.

Ut igitur diſſenſionibus, q̃ tam longo tempore durarant, finis imponeretur, Concilium congregandum fuit, maximè id urgente Imparatore Sigismundo regeHungariæ & Bohemiæ: in quo Johannes vigeſimusquartus cõparens, de quadraginta articulis criminaliter eſt accuſat⁹. Ipſe ergo, qui reb. ſuis malè metueret, Schaffhuſiũ unà cum aliquot Cardinalibus & inde Friburgũ ſe confert, ut inde, ſi poſſet, iter in Burgundiam arriperet: ſed authoritate Concilii ex fuga retract⁹, atq; cuſtodiæ traditus, deinde ſentẽtia privationis in ipſum lata, ꝑ Sigismundum imperatorem Heydelbergã Ludovico duci Bvariæ cuſtodiendus eſt miſſus: ubi ꝑ ſpaciũ trium annorũ in arctiſſima cuſtodia aſſervatus, ad preces Martini papæ V. & interceſſionem Coſmi Medices tandem dimittitur. Supplex ergo Martino factus, eumq; tanquam verum ſucceſſorem Petri ſalutans, in gratiam recipitur, & Cardinalis creatur: verùm ea dignitate ornatus, brevi tempore ſupervixit.

Poſt hæc in eodem Conſtantienſi Concilio proceſſum eſt contra Gregorium duodecimũ, qui ipſemet non comparuit, ſed volens nolens Carolum Malaleſtam dominum Arimini cum ampla poteſtate cedendi & reſignandi jus ad dignitatẽ Pontificalem ſibi cõmpetens, in manus concilii miſit. Quo facto Gregorius legatus Marchiæ Anchonitanæ creatus eſt, ubi brevi pòſt dolore animi in portu maris Hadriatici, qui Racanat vocatur, extinctus eſt.

Reſtabat adhuc tertium idolum Papale, videlicet Benedictus XII. cognominatus Papa de Luna, qui plus negotii, q̃ alii, Sigismundo imperatori fecit. Cùm etenim aliis duob. depoſitis ipſe paci atque concordiæ intendere nollet, Imperator initò ad Angliæ, deinde Galliæ regẽ ꝓfectus eſt, eos admonens, ut concordiã eccleſię amplecti juvareq; vellent. Quo impetrato, ꝑ Narbonam ad Ferdinandum regẽ Arragoniæ eadem de cauſa perrexit, ut nimirum Benedicto perſuaderet, ut exẽplo aliorum Papatu ſe abdicaret. Ad quod ipſe cũ nulla ratione cõmoveri potuiſſet, Imperatore infecta Conſtantiam reverſus, effecit, ut Benedicto authoritate con-

cilii Papatus abrogaretur. Tunc ergo conſenſu omnium nationum, Martinus V. ex nobili Columniorum familia natus, virtute, prudentia & juſtitia inſignis, anno Domini M. CCCC. XVI. eligitur, & finito perniciosiſſimo ſchiſmate, pax exoptata in Eccleſiam reducitur.

Quamvis autem Papa de Luna authoritate concilii dignitate Pontificali dejectus eſſet, & nationes, quæ ei adhæſiſſent, ut Arragones, Cathalani, Armeniaci & Scoti ab ejus obedientia receſſiſſent, nihilo minùs tamen in ſua obſtinatia animam amiſit, & teſtamenta cavit, ut Cardinales, qui ſecum fuerant, alium ſibi ſurrogarent: id quod fecerunt, electo quodam ex Barſelona oriundo, cui appellatio Clementis octavi eſt indita. Sed parum hoc profecerunt: nam Martino V. omnes nationes obedientiam præſtitere, & Clemens Antipapa ad ſanitatem converſus Majoricarum inſularum Epiſcopatum adeptus eſt.

DE VICESIMOTERTIO ſchiſmate omnium noviſſimo,

CAPUT XIIII.

Viceſimumquartum ſchiſma inter Felicem quintum, & Eugenium quartum fuit. Hic cùm bella amaret, id quod in hujus ſeculi Papis non immeritò mirum videri poterit, Delphinum Caroli regis Galliæ filium, compoſita priùs inter regem & ducem Burgundiæ pace, cum magno equitatu in Alſatiam & Baſilienſes concitavit, ut ejus impetu conventus Baſilienſis diſſiparetur.

Felix ejus æmulus à Concilio Baſilienſi electus, antea dux Sabaudiæ nomine Amatus fuit, primus comitum Sabaudiæ, qui ab imperatore Sigiſmundo dignitatem ducalem acceperit. At cùm uxorem Margaritam filiam Philippi Audacis ducis Burgundiæ amiſiſſet, mũdo & ſtatu Ducali relicto conſtituit viam Eremiticam amplecti, locum ad eam peramœnum prope Lemannum diligens, quem magnis impenſis ædificari curarat, gubernaculis Ducatus Ludovico filio majori traditis, patri Philippi ducis Sabaudiæ, qui Philibertum

tum genuit maritum Margaritæ Auſtriacæ, qui ſine hæredibus maſculis obiit anno Domini melleſimo quingenteſimoquarto.

Amatus verò in Eremo degens, per aliquod tempus unà cum decem nobilibus ætate provectis, vitam ſolitariam vixit, prominentem barbam alens, veſtimentum vile indutus ac davam nodoſam in manu gerens: quæ res licet novi exẽpli eſſe videretur, tamen ipſe non primus virorum principũ fuit, qui Reip. gubernaculis relictis, quieti ſe dediderunt. Sic namq; more gentilium Diocletianus & Maximianus fecerunt: & Amurathes imperator Turcicus pater Magni Amurathis, ejus qui Conſtantinopolim cepit, itidem ex lege Mahometica vitam Monaſticam aſſumpſiſſe ſcribitur.

Cùm ergo Amatus eo tempore, quo concilium Baſilienſe celebraretur, & Eugenius quartus, Venetus, ter citatus, Cõcilii authoritate neglecta, contumaciter emanens, ad inſtantiam Philippi ducis Mediolanenſis dignitate Pontificali privaretur, ſanctitati ac innocentiæ opinione celebris eſſet, à concilio Baſilienſi anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctavo Pontifex electus, & publicè magna pompa ibidem in pręſentia duorum ſuorum filiorum coronatus eſt. Ante quàm verò hæc agerentur, barbam radi curaverat, & ordines ſacros aſſumpſerat, poſtea quoſdam Cardinales magnæ authoritatis atque virtutis creavit, & quicquid ad officium optimis Paſtoris pertinet, fecit.

Amato itaq; Pontifici creato Imperator Fridericus tertius. pater Maximiliani Imperatoris, Carolus ſeptimus, Alphõſus rex Arragoniæ, Philippus Maria dux Mediolanenſis, adhæſerunt. At dux Burgundiæ, quantumvis inter ipſos affinitas eſſet, ei, ut dicunt, contrarius fuit, quòd Amatus ipſum in bello, quod ante aliquot annos contra ducem Burboniũ moverat, deſeruiſſet. Ac fertur, Burgundum, pace cum Burbonio facta, tunc duci Sabaudiæ ſignificaſſe, ſe quodam tēpore hujus futurum memorem: idq́; usq; ad tempus Concilii Baſilienſis fecit. Nec dubitandum, cùm ejus authoritas ac exiſtimatio tunc permagna eſſet, quin facilè Felici nocere potuerit.

Hoc autem ſchiſma inter Eugenium Venetum, & Felicem Sabaudiæ ducem ſedecim annos duravit, videlicet toto tempore, quo Eugenius vixit, & continuatum eſt usque ad

Papatum Nicolai ſexti, antea Sarzani vocati, à Sarzana oppido Lucenſis agri, qui filius Medici, Pontif. electus eſt anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſeptimo. Et tunc Eccleſia in tres partes ſecta atq; diviſa fuit. Hi enim Eugenium ſequebantur, illi Felicem, alii neutrum, & inde ſe Neutrales vocabant. Tandem tamen res eò deducta eſt, ut authoritate Friderici imperatoris Felix jure ſuo cedens, Cardinalis ac legati Apoſtolici dignitate in ſuis terris contentus eſſet. Et hunc finem ſchiſma viceſimumtertiū habuit. Veruntamen quicquid Felix fecerat, ac conſtituerat in ſuo Papatu, id Nicolaus ratum habuit, ita ut in optima exiſtimatione ac opinione innocentiæ & ſanctitatis ſingulari deceſſerit.

DE HORRIBILI SCHISMATE VIceſimoquarto futuro

CAPUT XV.

ETſi de futuris contingentibus non ſit determinata veritas, ſecundum Philoſophum, tamen eccleſia pro articulo fidei tenet, mundum igne periturum: & ante quam id fiat, certum eſt ex authoritate Apocalypſis, Antichriſtum eſſe venturum. Ejus porrò adventum ingens & horribile ſchiſma præcedet. cujus magnitudine principes ſeculares cogentur, manum adhibere reformationi Eccleſiaſticorū: id quod inſpiratione & revelatione Divina multi Prophetæ, Sancti, Aſtrologi, Mathematici & Vates præviderunt, quorum vaticiniorum partem aliquam hîc adjiciemus.

Apoſtolus Paulus in Epiſtola II. ad Theſſalonicenſes.

Non revelabitur filius iniquitatis, Antichriſtus, donec fiat diſceſſio, ſive diſſenſio.

Gloſſa.

Id eſt, Schiſmatica diviſio, vel ſubtractio Romanæ eccleſiæ, vel Romani Imperii.

Methodius Martyr.

Et tolletur honor à ſacerdotibus, & quieſcet omne ſacrificium de eccleſiis: & erunt ſacerdotes, ſicut populus.

Com

Commentator ejuſdem Methodii Martyris

Ablatio jugis ſacrificii præcedet Antichriſtum per octo ſeptimanas annorum.

Iohannes Evangeliſta in Apocalypſi.

Datæ ſunt mulieri duæ alæ magnæ, per tempus & tempora, & dimidium temporis,

Gloſſa.

Mulieri, ideſt, Eccleſiæ, quæ fugiet in ſolitudinem.

Eſaias Propheta

Et erit, ſicut populus, ſic ſacerdos: & ſicut ſervus, ſic dominus.

Sancta Brigitta.

Sub aquila grandi, quæ ignem fovebit in pectore, conculcabitur eccleſia. Nam potens eſt Deus ſuſcitare & Francos adverſus eccleſiam, qui eam humiliabunt.

Eadem.

Væ, & iterum væ, quando puer ſedebit in ſede lilii. Orietur tribulatio in Eccleſia ſancti Petri.

Eadem.

Juſto Dei judicio hoſtium incurſibus conculcabitur navicula Petri, & clerus turbabitur.

Ex prophetiis Merlini antiqui Vatis

Cæſar regnabit ubique, ſub quo ceſſabit vana gloria cleri.

Idem.

Erit Urbs vix præſule digna.

Sancta Hildegardis.

Propter tyrannidem principum & cupiditatem prælatorum, Eccleſia percuſſa eſt & vidua.

Sibylla Erythræa.

Poſt hæc veniet altera aquila, quæ ignem fovebit in gremio ſponſi agni.

Sibylla Cretenſis.

Erit in inſidiis ſponſæ agni depauperans cultum ejus.

Sibylla Cumana.

Poſt hæc egredietur aquila de Germaniæ rupibus, multis aſſociata gryphonibus, quæ irruens in hortum chriſmatis, ſedentem in ſede paſtoris de quinto climate fugabit in ſeptimum.

Ioannes Lichtenberger Aſtronomus, allegans quintum & ſextum capitula Cyrilli Epiſcopi Alexandrini.

Vacabit per annum cum dimidio(heu)ſedes Romana, in quo tempore tribulatio magna erit,& reſurget novus ordo, & uova reſtauratio in Eccleſia.

Idem

Alemanni ſcorpioniſtæ confœderationem inibunt cum rege Francorum , ſub quo Eccleſia crucem lamentationis humeris propriis portabit.

Idem.

Eclipſis,quæ fit anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquinto,die XVI. Martii , demonſtrabit deſtructionem & oppreſſionem cleri fieri per tyrannidem brachii ſecularis.

Idem.

Conjunctio magna Saturni & Jovis,quę fiet anno milleſimo quingenteſimoquarto,debebit habere ſuam operationem anno milleſimo quingenteſimoſexto.

Nota quòd circa hæc tempora intronizatus fuit in Papatum Julius ſecundus,Pontifex modernus, antiquum vaticinium ,

ARBOR glandis ſubvertetur.

Iohannes de Brugis in libro,qui de varietate Aſtronomiæ inſcribitur.

Juxtà eſt dies Domini , juxta eſt & velox nimis. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem,&Eccleſiam jam dolentem confortate,jam errantem informate,jam diviſam reintegrate,naufragantem ad portum reducite , ne fiat illud ſchiſma magnum,quod præambulum erit Antichriſti. In cujus adventu de Eccleſia verificabitur illud Hieremiæ prophetæ: Omnes ejus portæ deſtructę,ſacerdotes ejus gementes.Virgines ejus ſqualidæ,& ipſa oppreſſa amaritudine, tunc Petri navicula ſchiſmatico turbine diutiùs agitata diſſipabitur, in proximo ſubmergenda.

Præter ſuperiores,& alii multi revelatione Divina illuminati,futura prædixere,ut Boccatius,ſanctus Vincentius ordinis Prædicatorũ monachus,Abbas Joachim Calaber, frater Reinhardus Lolarthus:quibus non plus fidei adhibeo,quam effectus comprobabit,quem tamen Deus benignè avertere velit.

velit. Nec volo, ut jam commemoratis prophetiis ac vaticiniis plus credatur, quàm ſancta eccleſia mater noſtra permittat.

Quia verò ſuperiùs circa initium primæ partis, in commemoratione cauſarum, quæ eccleſiam corruperint, Alani Chartieri ſecretarii regii, Oratoris & Poëtæ præſtantiſſimi, meminimus, ejus verba hîc ſubjungere voluimus, quæ in fine libri, quem Exilium inſcripſit, hæc ſunt:

Alanus Chartierus, in libro ſuo quem Exilium vocat.

Olim in Eccleſia Latina ſub ſpecie puritatis ac caſtitatis factum eſt novum decretum, quod pręter ſacrum matrimonii ordinem dignitatem quoque ſacerdotalem polluit: nunc decretum de concubinatu in uſu eſt, & ſacerdotes ad res mundanas, vitiaque tanta, ut omnium ſenſu percipiantur, attraxit: &, quod majus eſt, ipſi præter modum avaritiæ ſunt dediti, per cupiditates Simoniacas & alias rationes illicitas ac litigioſas beneficia & prælaturas Eccleſiaſticas venantes. Quin etiam rebus Civilibus & negociis ac curis temporalibus impliciti & occupati ſunt. Ac ut cælibatus decretum olim Eccleſiam Græcam à Latina ſejunxit, ſic immenſa avaritia ſacerdotum Bohemos ab Eccleſia Romana ſeparavit. Sed quid Bohemos dico? Imò totum ferè Chriſtianum orbem. Nam Eccleſiaſtici ſuum ordinem ac ſtatum ita vilem, contemptum & abjectum ſuis vitiis ac criminibus reddiderunt, ut tam à maximis, quàm à minimis pro deſpicatiſſimis habeantur, & corda omnium ab obedientia eccleſiæ propter diſſolutionem miniſtrorum ejus ſint alienata. Siquidem, ut dictum eſt, ipſi miniſtri eccleſiæ, relicto uſu matrimonii, vagas, diſſolutas & illegitimas libidines ſectantur, ne quid aſperius dicam. Nec eſt, ut quiſquam ſe conſtitutione cælibatus excuſet. Eatenus namque illa valet, quatenus quiſque ea delectatur.

Quid conſtitutio cælibatus ſacerdotum ſecum adfert aliud, quàm ut legitima maris & fœminæ conjunctio in adulterium convertatur, & honeſta fœminę unius cohabitatio variis libidinibus tollatur? Si, quæ animo ſentio, proloquerer, dicerem, quòd axungia bonorum temporalium, invidiæ ſulphure, calore ambitionis ac libidinis igne commixta incendium in eccleſia ſit excitatura. Sed hujus materiæ inveſtigatio profunda, deciſio periculoſa, experientia verò

ma-

manifeſta eſt. Quare de hac taceo: ac èum, qui ſanctam Ecclesiam, matrem noſtram, ſuo ſanguine redemit, precor, ne id evenire patiatur, quod mihi animo obverſatur. Non tamẽ propterea volo vituperare hos, qui devotione & pietate ſingulari ducti, ſua bona Eccleſiæ dederunt. Nam ſe exoneraruut, quò eo faciliùs ad Deum aſcenderent, & Clerus tantũ onus in humeros ſuos recepit, ut eo incurvatus præ animi conſternatione cælum ſuſpiciat. Nam avaritia Eccleſiaſticorum animos ita pervertit & occupavit, ut eorum deſtructio ac condemnatio propinqua ſit: id quod honorem Eccleſiæ univerſalis, & dedecus Eccleſiaſticorum, qui talia committunt, meritò vituperari poteſt. Dolor hæc à me expreſſit. Nam ob ipſorum pervicaciam deſpero, quæ omnia mala accelerabit.

Navis, quæ nimis grandia vela portat, cum periculo navigat, & fluvius, qui alveum ſuum egreditur, exiguo tempore durat. Recordare eorum, quæ dixi de dignitate ſacrificii, & indignitate ſacrificantium. Sacrificia ut ab ipſis emantur, neceſſe eſt: unde eorum condemnatio & aliorum miſeria duplicatur. Ac, ut id more ſolito exemplo breviter demonſtrẽ, intuere Ophnim & Phineën filios Hely, miniſtros altaris, quorum ſacrificia Deus abominatus eſt, & exitus in ſacris literis commemoratus. Prophetia autem Danielis adhuc implenda eſt, quæ adventum Antichriſti, & tempus perſecutionis ob abominationem templi & intermiſſionem jugis ſacrificii prædicit.

Idem in Opere, cui titulum fecit Aulicus.

Quum explicatam jam teneas inſtitutionem ſacrificiorũ, reliquum eſt ut tibi exponam de natura & ratione ipſorum ſacrificantium. Perſpicuum verò eſt, Deo offerri columbas & agnos, ita quidem ut pius affectus id munus dedicet. Idonei ſacerdotes edunt agnos, & vitam ducunt ex oblationibus ſacrificiorum: Deus autem ſervat ſibi cor ipſum ſacrificantis. Argumentum ſeu teſtimonium ſacrificii ſunt res oblatæ, ſed ipſum ſacrificium verum ſitum eſt in conſcientia. Indeque ſcriptum extat, Eſſe Deo gratius exhibere cor obediens, quàm ſacrificare pecudes. Creator ipſe non opus habet ut nutriatur è victu iſtarum oblationum, quoniam ipſe qui ſatiat famelicos, non eſurit carnem agnorum, ipſaque cerea nullam lucem ejus ſplendori inferunt, qui eſt ſol clariſſimus.

Ubi

Ubi eſt virtus ſacrificii tui niſi in tua obedientia & humilitate? Oblationes exteriores nihil ſunt, quàm figura perſpicua, & apertum quoddam myſterium divini cultus. Et is quidem juſtum Deo factitat ſacrificium, qui ipſi tota mente ſe devovet, atque contendit ut ejus præcepta pro viribus exequatur Id enim cor, quod totum eſt Deo deditum, nunquã poteſt deficere donum ſpei: ejuſq; ſacrificii gratia fuit miſſus in terras. Auſculta, quid tibi dicat David, qui tam ardens fuit in ſacrificiis, tamque aſſuetus ſpei: Sacrificate Deo ſacrificium juſtitiæ, & tunc ſperate in illum.

O homo, qui Deo facis ſacrificium de rapinis, eiq; offers id quod à proximo tuo rapuiſti, quam ſpem debeo ego cõcipere de tuis ſacrificiis? Id ſanè, quod rapuiſti, dignum nequaquam eſt, ut offeratur: atque id ipſum, quod offers, non tollit indignationem Divinam, cùm offeras de rapina Tu ſacrificas oculis hominum, qui te intuentur: ſed redde, quod rapuiſti, & ſacrificabis in oculis Dei. Pulchrè equidem decipitur ſtolida ſpes illorum, qui videntur ſibi magnum quoddam opus facere, quando in ſenectute eccleſiæ offerunt id, quod in juventute malè acquiſiverunt O craſſa intelligẽtia, perſonato fictoq; tecta ſacrificio: per rapinam ſuſtuliſti Deo obedientiam præceptorum & timorem nominis ipſius, & cogitas illum placare per id, quod tuum non eſt. Scias, quòd odor incenſi tui ipſi putet, & ſacrificia tua longè magis ſunt moleſta, quàm grata. Scriptura te edocet, quòd ſæpè contẽpſit ſacrificia eorum, qui faſtidiebant majeſtatem ipſius, propter abominationem intentionis ipſorum. Audi, quid dicat populo duræ cervicis & alienato à perfecta ſua obedientia: Vos contemnitis præcepta mea & vultis, quòd laudem veſtras oblationes. Vos rejicitis diſciplinam meam, & vultis, quòd oblationes veſtras acceptem. Faſtidium me capit veſtrorum ſacrificiorum, veſtras ſolennitates audire grave mihi eſt. Avertam igitur faciem meam, quum cogitabitis me ſacrificiis veſtris placare: quia intelligo, quòd populus hic, qui me labiis honorat, cor ipſum longè à me habet. Prohibeat Deus, ne hæ rejicientis ſententiæ Judæis jam olim vita defunctis dictæ verificentur in Chriſtianis viventibus. Profectò vereor ego, ne corda eorum, qui nunc vitam agunt, valde ſint remota ab eo, qui ante omnes ſibi adjunxit populum Chriſtianum: & credo, quòd jam hiſce diebus remotiſſimi ab ipſius obedientia ſint omnium proxi-

mi apud ipſius altare. Olim fuerunt fundatæ miſſæ per homines,qui contemnebant temporalia , & aſſignatæ magiſtris ſacrificiorum:nunc verò hi quærunt omnes occupationes ſeculares,& refugiunt ſua*myſteria & officia ſpiritualia, non ſecus quidem quam opera dedecoroſa, ſive reprehenſibilia.Nemo quærit, quid ſuo in officio agere debeat , ſed quanti ſit præbenda. Ah,ah, maledicta introductio. Ah,ah, diffluens abuſus.Vos Eccleſiam Dei effeciſtis ſpeluncam latronum,& ſanctuarium divinum ut jam ſit forum cauponatorium.Sancta Evangelia ſunt ſuppreſſa, & Canones ſublati:exercitium autem ſimoniæ & lucri quàm maximè uberis regnant,& ſanctæ Patrum doctrinæ rejectæ atque poſthabitę ſunt. Nonnulli poſſent ac deberent ſufficere unicuique myſterio in Eccleſia , ſed quiſque novam voluit ſibi induere perſonam.

Porro fuit olim factum novum ſtatutum in eccleſia Latina,quod diſcidit ordinem ſancti matrimonii à dignitate ſacerdotali ſub prætextu puritatis & caſtitatis ſine ſordicie: nunc viget ſtatutum ad concubinatum contrarium,& ipſos clericos attraxit ad exercitia mundana,atque ea flagitia,quæ carni adlubeſcunt:&,quod plus eſt,manciparunt ſeſe immēſæ avaritię per ſimoniam,aliaſque rationes illegitimas & litigioſas,corruptelis ac aliis modis variè quærentes præbendas atque prælaturas ſpirituales: quodque indignius eſt ſordidati & occupati prophanis negociis & curis temporalibus.Atque hoc primum ſtatutum ſegregavit olim eccleſiā Græcam àLatina,&inde enormis avaritia ſacerdotum fecit, ut diſcederent populi Bohemiæ ab eccleſia Romana. Quid Imò verò totius penè orbis Chriſtiani.Nam homines eccleſiaſtici ſua culpa ita prophanarunt & ſe & ordinem ſuum, quod jam planè & à magnis & à parvis in toto mundo habeantur deſpectui:ſuntque corda omnium abalienata ab obedientia eccleſiæ per pravitatem miniſtrorum ipſius : quia (ut jam dictum eſt)illi ipſi miniſtri dereliquerunt conjugiū, cæterum hujus loco aſſumpſerunt ſibi illegitimas, vagas ac diſſolutas libidines. Nolo longiùs extendere hunc ſermonem,quia tantum hæ valent conſtitutiones, quantum inde percipitur voluptatis.

Quid autem conſtitutio,Ne ſacerdotes ſint uxorati,afferē aliud,quam ſubvertere & evitare legitimam generationem,

un

ut ea convertatur in adulterium, & honeſta cohabitatio cum una duntaxat ſponſa abeat in multiplicationem effrenis libidinis? Si dicerem hîc totum id, quod in animo eſt, ample dicerem, quod pinguedo bonorum temporalium permixta cum dolore invidiæ, & calor ambitionis atque libidinis jam faceret ſuum apparatum, ut coniiciant flammã in Eccleſiam. Sed hoc argumentum nimis eſt gravis ac profundæ inveſtigationis, & diffinitio ambigua ſatis hoc comprobat. ...

De hoc igitur in præſentia taceo, niſi quòd precor illum, qui eam ipſam matrem noſtram ſanctam eccleſiam ſuo digno conſecravit ſanguine, ne ſinat hoc ipſum evenire, quod nunc me ſinit animo cogitare. Quanquam hîc non ſtatui vituperare bonos viros ſeculares, qui ex perfecta devotione donarunt Eccleſiæ prædia: quia exonerarunt ſeſe, ut ad Deum tantò expeditiores in ſpiritu aſcenderent: & ordo ſacerdotalis tam magnam gravemque ſarcinam humeris ſuis impoſuit, ut ipſum planè in terram decurvet, ac impediat, quò minùs ſurſum in cælum poſſit aſpicere. Nam avaritiæ ſtudium in Eccleſiaſticis ita corrupit ipſorum intellectum, quod eorum damnatio inde evidenter apparet: adeoque omnium etiam bonis temporalibus calamitatem invexit, quod eſt veluti univerſali militanti Eccleſiæ opprobrium & ruina: ac maximè ipſis Eccleſiaſtiaſticis, qui talia crimina committunt. Dolor hæc mihi verba extorquet: nam abjicio ſpem omnem de duritia ipſorum: quæ, ut facile eſt judicare, jam jam ipſis appropinquat in omni deſperatione. Mare cũ vehit navem nimis grandem, velificatur magno cum diſcrimine: neq; ullum flumẽ extra ſuum alveũ diu perdurat. Jam de recollige mẽbratim id, quod tibi dixi de dignitate ſacrificiorũ & de indignitate ſacrificantium & habe hoc tibi certũ axioma, quod quãdo Deus vertit ſe cõtra ſacrificia, tũ perſecutio in homines incipit, ac maximè in ipſos ſacrificantes. Et, ut breviter tibi per exemplũ ſatisfaciã juxta noſtrũ inſtitutum, hujus rei tibi argumentum ſeu confirmationem ſume Ophnin & Phineam, filios Hely, miniſtros Altaris, quorum ſacrificia fuerunt Deo abominabilia. Atq; exitus quidem ipſorum explicatus extat in Sacra ſcriptura, ut res jam præterita: cæterùm reliqua adhuc eſt, ut eveniat prophetia Danielis, qui demonſtrat adventum Antichriſti, ac

tempus perſecutionis propter abominationem templi & ablationem jugis ſacrificii. Ex iſta digreſſione pendente à quæſtione ſuprà dicta potes intelligere quòd oratio & ſacrificium conducunt ad conſervandas ac reſtaurandas res, tum privatas, tum publicas.

CONCLVSIO HVIVS TERTIAE *& poſtremæ Partis, cum repetitione argumenti totius Operis.*

CAPUT XVI.

POſtquam quæ propoſueram, authoritate Alani Chartieri ſatis ſunt probata, & in hac ultima parte viginti tria ſchiſmata, quæ in eccleſia fuere, explicata, cum commemoratione vaticiniorum de uiceſimoquarto futuro, prout exiſtimo, inſtitutum Operis hujus finem ſuum attigit, qui erat, Ut commonſtrarem, quanta differentia ſit inter ſchiſmata & Concilia, & quanta utilitas atque præſtantia fuerit Conciliorum eccleſiæ Gallicanæ, ſimulque ut oſtenderem, ambitionem avaritiæ matrem, omiſſionem Conciliorum generalium & prohibitionem conjugii ſacerdotū, cauſas corruptæ Eccleſiæ eſſe. Quæ quidem cauſæ authoritate trium ſcriptorum, quos ſuperiùs commemoravi, nituntur.

Verumenimverò neceſſe eſt, ut hîc meam ignorantiam fatear: quantumvis enim diligenter inveſtigarim, quo Papa authore, vel cujus Concilii decreto conjugium ſacerdotibus ſit interdictum in Eccleſia Latina, id tamen nuſquam invenire potui. Alii ſiquidem id tempore Gregorii ſeptimi, monachi Cluniacenſis, factum eſſe tradunt, ut attigi ſub titulo, de decimoſexto ſchiſmáte. Alii id multo ante factum eſſe exiſtimant in Concilio Niceno, cujus tamen decreto Græci ſubſcribere noluerunt. In Belgico, ſeu inferiori Germania ſentiunt, id authore Papa Calixto factum, & ad hoc verſiculos hoſce, cùm barbaros, tum ridiculos allegant:

O bone Çalixte, nunc omnis clerus odit te.
Olim presbyteri poterant uxoribus uti.

Hoc deſtruxiſti, tu Papa quando fuiſti.
Ergo tuum feſtum nunquam celebratur honeſtū.

Quomodocunque verò ſeſe res habeat, ego eam ad Canoniſtas, tanquam quos ea concernit, rejicio. Cæterùm hoc optimè ſcio, quòd tempore Papæ Formoſi & regis Ludovici Balbi ſacerdotibus conceſſum fuerit ac licitum ducere uxores, modò eæ virgines eſſent, ad bigamiam evitandam, quemadmodum id in ſecunda parte hujus Tractatus ſub capitulo, De primo Concilio Vienenſi attigimus.

Ut autem finis huic Tractatui imponatur, ſic ſtatuo: neceſſe eſſe, ut totus mundus Deum oret, ut Eccleſiam tam in capite, quàm membris per quoddam Concilium univerſale Eccleſiæ Catholicæ reformet. Siquidem, ut divus Gregorius in ſuis Operibus inquit, per nullum genus hominum Deus magis irritatur, quàm per malos ſacerdotes Ac ea reformatione facta, unio atque concordia principum Chriſtianorum meliùs conſervabitur, & ſecta Mahometica magis magiſque collabaſcet.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Papatum Nicolai ſexti, antea Sarzani vocati, à Sarzana oppido Lucenſis agri, qui filius Medici, Pontifex electus eſt anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſeptimo. Et tunc Eccleſia in tres partes ſecta atq; diviſa fuit. Hi enim Eugenium ſequebantur, illi Felicem, alii neutrum, & inde ſe Neutrales vocabant. Tandem tamen res eò deducta eſt, ut authoritate Friderici imperatoris Felix jure ſuo cedens, Cardinalis ac legati Apoſtolici dignitate in ſuis terris contentus eſſet. Et hunc finem ſchiſma viceſimumtertiũ habuit. Veruntamen quicquid Felix fecerat, ac conſtituerat in ſuo Papatu, id Nicolaus ratum habuit, ita ut in optima exiſtimatione ac opinione innocentiæ & ſanctitatis ſingulari deceſſerit.

DE HORRIBILI SCHISMATE VICEſimoquarto futuro

CAPUT XV.

ETſi de futuris contingentibus non ſit determinata veritas, ſecundum Philoſophum, tamen eccleſia pro articulo fidei tenet, mundum igne periturum: & ante quam id fiat, certum eſt ex authoritate Apocalypſis, Antichriſtum eſſe venturum. Ejus porrò adventum ingens & horribile ſchiſma præcedet. cujus magnitudine principes ſeculares cogentur, manum adhibere reformationi Eccleſiaſticorũ: id quod inſpiratione & revelatione Divina multi Prophetæ, Sancti, Aſtrologi, Mathematici & Vates præviderunt, quorum vaticiniorum partem aliquam hîc adjiciemus.

Apoſtolus Paulus in Epiſtola II. ad Theſſalonicenſes.

Non revelabitur filius iniquitatis, Antichriſtus, donec fiat diſceſſio, ſive diſſenſio.

Gloſſa.

Id eſt, Schiſmatica diviſio, vel ſubtractio Romanæ eccleſiæ, vel Romani Imperii.

Methodius Martyr.

Et tolletur honor à ſacerdotibus, & quieſcet omne ſacrificium de eccleſiis: & erunt ſacerdotes, ſicut populus.

Com

Commentator ejuſdem Methodii Martyris

Ablatio jugis ſacrificii præcedet Antichriſtum per octo ſeptimanas annorum.

Iohannes Evangeliſta in Apocalypſi.

Datæ ſunt mulieri duæ alæ magnæ, per tempus & tempora, & dimidium temporis,

Gloſſa.

Mulieri, ideſt, Eccleſiæ, quæ fugiet in ſolitudinem.

Eſaias Propheta

Et erit, ſicut populus, ſic ſacerdos: & ſicut ſervus, ſic dominus.

Sancta Brigitta.

Sub aquila grandi, quæ ignem fovebit in pectore, conculcabitur eccleſia. Nam potens eſt Deus ſuſcitare & Francos adverſus eccleſiam, qui eam humiliabunt.

Eadem.

Væ, & iterum væ, quando puer ſedebit in ſede lilii. Orietur tribulatio in Eccleſia ſancti Petri.

Eadem.

Juſto Dei judicio hoſtium incurſibus conculcabitur navicula Petri, & clerus turbabitur.

Ex prophetiis Merlini antiqui Vatis

Cæſar regnabit ubique, ſub quo ceſſabit vana gloria cleri.

Idem.

Erit Urbs vix præſule digna.

Sancta Hildegardis.

Propter tyrannidem principum & cupiditatem prælatorum, Eccleſia percuſſa eſt & vidua.

Sibylla Erythræa.

Poſt hæc veniet altera aquila, quæ ignem fovebit in gremio ſponſi agni.

Sibylla Cretenſis.

Erit in inſidiis ſponſæ agni depauperans cultum ejus.

Sibylla Cumana.

Poſt hæc egredietur aquila de Germaniæ rupibus, multis aſſociata gryphonibus, quæ irruens in hortum chriſmatis, ſedentem in ſede paſtoris de quinto climate fugabit in ſeptimum.

Ioan-

Ioannes Lichtenberger Aſtronomus, allegans quintum & ſextum capitula Cyrilli Epiſcopi Alexandrini.

Vacabit per annum cum dimidio (heu) ſedes Romana, in quo tempore tribulatio magna erit, & reſurget novus ordo, & uova reſtauratio in Eccleſia.

Idem

Alemanni ſcorpioniſtæ confœderationem inibunt cum rege Francorum, ſub quo Eccleſia crucem lamentationis humeris propriis portabit.

Idem.

Eclipſis, quæ fit anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquinto, die XVI. Martii, demonſtrabit deſtructionem & oppreſſionem cleri fieri per tyrannidem brachii ſecularis.

Idem.

Conjunctio magna Saturni & Jovis, quę fiet anno milleſimo quingenteſimoquarto, debebit habere ſuam operationem anno milleſimo quingenteſimoſexto.

Nota quòd circa hæc tempora intronizatus fuit in Papatum Julius ſecundus, Pontifex modernus, antiquum vaticinium,

ARBOR glandis ſubvertetur.

Iohannes de Brugis in libro, qui de varietate Aſtronomia inſcribitur.

Juxtà eſt dies Domini, juxta eſt & velox nimis. Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem, & Eccleſiam jam dolentem confortate, jam errantem informate, jam diviſam reintegrate, naufragantem ad portum reducite, ne fiat illud ſchiſma magnum, quod præambulum erit Antichriſti. In cujus adventu de Eccleſia verificabitur illud Hieremiæ prophetæ: Omnes ejus portæ deſtructę, ſacerdotes ejus gementes. Virgines ejus ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine, tunc Petri navicula ſchiſmatico turbine diutiùs agitata diſſipabitur, in proximo ſubmergenda.

Præter ſuperiores, & alij multi revelatione Divina illuminati, futura prædixere, ut Boccatius, ſanctus Vincentius ordinis Prædicatorū monachus, Abbas Joachim Calaber, frater Reinhardus Lolarthus: quibus non plus fidei adhibeo, quam effectus comprobabit, quem tamen Deus benignè avertere velit.

velit. Nec volo, ut jam commemoratis prophetiis ac vaticiniis plus credatur, quàm ſancta eccleſia mater noſtra permittat.

Quia verò ſuperiùs circa initium primæ partis, in commemoratione cauſarum, quæ eccleſiam corruperint, Alani Chartieri ſecretarii regii, Oratoris & Poetæ præſtantiſſimi, meminimus, ejus verba hîc ſubjungere voluimus, quæ in fine libri, quem Exilium inſcripſit, hæc ſunt:

Alanus Chartierus, in libro ſuo quem Exilium vocat.

Olim in Eccleſia Latina ſub ſpecie puritatis ac caſtitatis factum eſt novum decretum, quod prçter ſacrum matrimonii ordinem dignitatem quoque ſacerdotalem polluit: nunc decretum de concubinatu in uſu eſt, & ſacerdotes ad res mundanas, vitiaque tanta, ut omnium ſenſu percipiantur, attraxit: &, quod majus eſt, ipſi præter modum avaritiæ ſunt dediti, per cupiditates Simoniacas & alias rationes illicitas ac litigioſas beneficia & prælaturas Eccleſiaſticas venantes. Quin etiam rebus Civilibus & negociis ac curis temporalibus impliciti & occupati ſunt. Ac ut cælibatus decretum olim Eccleſiam Græcam à Latina ſejunxit, ſic immenſa avaritia ſacerdotum Bohemos ab Eccleſia Romana ſeparavit. Sed quid Bohemos dico? Imò totum ferè Chriſtianum orbem. Nam Eccleſiaſtici ſuum ordinem ac ſtatum ita vilem, contemptum & abjectum ſuis vitiis ac criminibus reddiderunt, ut tam à maximis, quàm à minimis pro deſpicatiſſimis habeantur, & corda omnium ab obedientia eccleſiæ propter diſſolutionem miniſtrorum ejus ſint alienata. Siquidem, ut dictum eſt, ipſi miniſtri eccleſiæ, relicto uſu matrimonii, vagas, diſſolutas & illegitimas libidines ſectantur, ne quid aſperius dicam. Nec eſt, ut quiſquam ſe conſtitutione cælibatus excuſet. Eatenus namque illa valet, quatenus quiſque ea delectatur.

Quid conſtitutio cælibatus ſacerdotum ſecum adfert aliud, quàm ut legitima maris & fœminæ conjunctio in adulterium convertatur, & honeſta fœminç unius cohabitatio variis libidinibus tollatur? Si, quæ animo ſentio, proloquerer, dicerem, quòd axungia bonorum temporalium, invidiæ ſulphure, calore ambitionis ac libidinis igne commixta incendium in eccleſia ſit excitatura. Sed hujus materiæ inveſtigatio profunda, deciſio periculoſa, experientia verò ma-

manifeſta eſt. Quare de hac taceo: ac eum, qui ſanctam Eccleſiam, matrem noſtram, ſuo ſanguine redemit, precor, ne id evenire patiatur, quod mihi animo obverſatur. Non tamē propterea volo vituperare hos, qui devotione & pietate ſingulari ducti, ſua bona Eccleſiæ dederunt. Nam ſe exonerarunt, quò eo faciliùs ad Deum aſcenderent, & Clerus tantū onus in humeros ſuos recepit, ut eo incurvatus præ animi conſternatione cælum ſuſpiciat. Nam avaritia Eccleſiaſticorum animos ita pervertit & occupavit, ut eorum deſtructio ac condemnatio propinqua ſit: id quod honorem Eccleſiæ univerſalis, & dedecus Eccleſiaſticorum, qui talia committunt, meritò vituperari poteſt. Dolor hæc à me expreſſit. Nam ob ipſorum pervicaciam deſpero, quæ omnia mala accelerabit.

Navis, quæ nimis grandia vela portat, cum periculo navigat, & fluvius, qui alveum ſuum egreditur, exiguo tempore durat. Recordare eorum, quæ dixi de dignitate ſacrificii, & indignitate ſacrificantium. Sacrificia ut ab ipſis emantur, neceſſe eſt: unde eorum condemnatio & aliorum miſeria duplicatur. Ac, ut id more ſolito exemplo breviter demonſtrē, intuere Ophnim & Phineēn filios Hely, miniſtros altaris, quorum ſacrificia Deus abominatus eſt, & exitus in ſacris literis commemoratus. Prophetia autem Danielis adhuc implenda eſt, quæ adventum Antichriſti, & tempus perſecutionis ob abominationem templi & intermiſſionem jugis ſacrificii prædicit.

Idem in Opere, cui titulum fecit Aulicus.

Quum explicatam jam teneas inſtitutionem ſacrificiorū, reliquum eſt ut tibi exponam de natura & ratione ipſorum ſacrificantium. Perſpicuum verò eſt, Deo offerri columbas & agnos, ita quidem ut pius affectus id munus dedicet. Idonei ſacerdotes edunt agnos, & vitam ducunt ex oblationibus ſacrificiorum: Deus autem ſervat ſibi cor ipſum ſacrificantis. Argumentum ſeu teſtimonium ſacrificii ſunt res oblatæ, ſed ipſum ſacrificium verum ſitum eſt in conſcientia. Indeque ſcriptum extat, Eſſe Deo gratius exhibere cor obediens, quàm ſacrificare pecudes. Creator ipſe non opus habet ut nutriatur è victu iſtarum oblationum, quoniam ipſe qui ſatiat famelicos, non eſurit carnem agnorum, ipſaque cerea nullam lucem ejus ſplendori inferunt, qui eſt ſol clariſſimus.

Ubi

Ubi eſt virtus ſacrificii tui niſi in tua obedientia & humilitate? Oblationes exteriores nihil ſunt, quàm figura perſpicua, & apertum quoddam myſterium divini cultus. Et is quidem juſtum Deo factitat ſacrificium, qui ipſi tota mente ſe devovet, atque contendit ut ejus præcepta pro viribus exequatur Id enim cor, quod totum eſt Deo deditum, nunquā poteſt deficere donum ſpei: ejuſq; ſacrificii gratia fuit miſſus in terras. Auſculta, quid tibi dicat David, qui tam ardens fuit in ſacrificiis, tamque aſſuetus ſpei: Sacrificate Deo ſacrificium juſtitiæ. & tunc ſperate in illum.

O homo, qui Deo facis ſacrificium de rapinis, eiq; offers id quod à proximo tuo rapuiſti, quam ſpem debeo ego cōcipere de tuis ſacrificiis? Id ſanè, quod rapuiſti, dignum nequaquam eſt, ut offeratur: atque id ipſum, quod offers, non tollit indignationem Divinam, cùm offeras de rapina Tu ſacrificas oculis hominum, qui te intuentur: ſed redde, quod rapuiſti, & ſacrificabis in oculis Dei. Pulchrè equidem decipitur ſtolida ſpes illorum, qui videntur ſibi magnum quoddam opus facere, quando in ſenectute eccleſiæ offerunt id, quod in juventute malè acquiſiverunt O craſſa intelligētia, perſonato fictoq; tecta ſacrificio: per rapinam ſuſtuliſti Deo obedientiam præceptorum & timorem nominis ipſius, & cogitas illum placare per id, quod tuum non eſt. Scias, quòd odor incenſi tui ipſi putet, & ſacrificia tua longè magis ſunt moleſta, quàm grata. Scriptura te edocet, quòd ſæpè contēpſit ſacrificia eorum, qui faſtidiebant majeſtatem ipſius, propter abominationem intentionis ipſorum. Audi, quid dicat populo duræ cervicis & alienato à perfecta ſua obedientia: Vos contemnitis præcepta mea & vultis, quòd laudem veſtras oblationes. Vos rejicitis diſciplinam meam, & vultis, quòd oblationes veſtras acceptem. Faſtidium me capit veſtrorum ſacrificiorum, veſtras ſolennitates audire grave mihi eſt. Avertam igitur faciem meam, quum cogitabitis me ſacrificiis veſtris placare: quia intelligo, quòd populus hic, qui me labiis honorat, cor ipſum longè à me habet. Prohibeat Deus, ne hæ rejicientis ſententiæ Judæis jam olim vita defunctis dictæ verificentur in Chriſtianis viventibus. Profectò vereor ego, ne corda eorum, qui nunc vitam agunt, valde ſint remota ab eo, qui ante omnes ſibi adjunxit populum Chriſtianum: & credo, quòd jam hiſce diebus remotiſſimi ab ipſius obedientia ſint omnium proxi-

mi apud ipſius altare. Olim fuerunt fundatæ miſſæ per homines,qui contemnebant temporalia, & aſſignatæ magiſtris ſacrificiorum:nunc verò hi quærunt omnes occupationes ſeculares,& refugiunt ſua*myſteria & officia ſpiritualia, non ſecus quidem quam opera dedecoroſa, ſive reprehenſibilia.Nemo quærit, quid ſuo in officio agere debeat, ſed quanti ſit præbenda.Ah,ah, maledicta introductio. Ah,ah, diffluens abuſus.Vos Eccleſiam Dei effeciſtis ſpeluncam latronum,& ſanctuarium divinum ut jam ſit forum cauponatorium.Sancta Evangelia ſunt ſuppreſſa, & Canones ſublati:exercitium autem ſimoniæ & lucri quàm maximè uberis regnant,& ſanctæ Patrum doctrinæ rejectæ atque poſthabitę ſunt. Nonnulli poſſent ac deberent ſufficere unicuique myſterio in Eccleſia, ſed quiſque novam voluit ſibi induere perſonam.

Porro fuit olim factum novum ſtatutum in eccleſia Latina,quod diſcidit ordinem ſancti matrimonii à dignitate ſacerdotali ſub prætextu puritatis & caſtitatis ſine ſordicie: nunc viget ſtatutum ad concubinatum contrarium,& ipſos clericos attraxit ad exercitia mundana,atque ea flagitia,quæ carni adlubeſcunt:&,quod plus eſt,mancipatunt ſeſe immēſæ avaritię per ſimoniam,aliaſque rationes illegitimas & litigioſas,corruptelis ac aliis modis variè quærentes præbendas atque prælaturas ſpirituales: quodque indignius eſt ſordidati & occupati prophanis negociis & curis temporalibus.Atque hoc primum ſtatutum ſegregavit olim eccleſiā Græcam à Latina,&inde enormis avaritia ſacerdotum fecit, ut diſcederent populi Bohemiæ ab eccleſia Romana. Quid Imò verò totius penè orbis Chriſtiani.Nam homines eccleſiaſtici ſua culpa ita prophanarunt & ſe & ordinem ſuum, quod jam planè & à magnis & à parvis in toto mundo habeantur deſpectui:ſuntque corda omnium abalienata ab obedientia eccleſiæ per pravitatem miniſtrorum ipſius: quia (ut jam dictum eſt)illi ipſi miniſtri dereliquerunt conjugiū, cæterum hujus loco aſſumpſerunt ſibi illegitimas, vagas ac diſſolutas libidines. Nolo longiùs extendere hunc ſermonem,quia tantum hæ valent conſtitutiones, quantum inde percipitur voluptatis.

Quid autem conſtitutio,Ne ſacerdotes ſint uxorati,afferē aliud,quam ſubvertere & evitare legitimam generationem,

ut ea convertatur in adulterium, & honeſta cohabitatio cum una duntaxat ſponſa abeat in multiplicationem effrenis libidinis? Si dicerem hîc totum id, quod in animo eſt, amplè dicerem, quod pinguedo bonorum temporalium permixta cum dolore invidiæ, & calor ambitionis atque libidinis jam faceret ſuum apparatum, ut coniiciant flammã in Eccleſiam. Sed hoc argumentum nimis eſt gravis ac profundæ inveſtigationis, & diffinitio ambigua ſatis hoc comprobat. ...

De hoc igitur in præſentia taceo, niſi quòd precor illum, qui eam ipſam matrem noſtram ſanctam eccleſiam ſuo digno conſecravit ſanguine, ne ſinat hoc ipſum evenire, quod nunc me ſinit animo cogitare. Quanquam hîc non ſtatui vituperare bonos viros ſeculares, qui ex perfecta devotione donarunt Eccleſiæ prædia: quia exonerarunt ſeſe, ut ad Deum tantò expeditiores in ſpiritu aſcenderent: & ordo ſacerdotalis tam magnam gravemque ſarcinam humeris ſuis impoſuit, ut ipſum planè in terram decurvet, ac impediat, quò minùs ſurſum in cælum poſſit aſpicere. Nam avaritiæ ſtudium in Eccleſiaſticis ita corrupit ipſorum intellectum, quod eorum damnatio inde evidenter apparet: adeoque omnium etiam bonis temporalibus calamitatem invexit, quod eſt veluti univerſali militanti Eccleſiæ opprobrium & ruina: ac maximè ipſis Eccleſiaſtiaſticis, qui talia crimina committunt. Dolor hæc mihi verba extorquet: nam abjicio ſpem omnem deduritia ipſorum: quæ, ut facile eſt judicare, jam jam ipſis appropinquat in omni deſperatione. Mare cũ vehit navem nimis grandem, velificatur magno cum diſcrimine: neq; ullum flumẽ extra ſuum alveũ diu perdurat. Jam de recollige mẽbratim id, quod tibi dixi de dignitate ſacrificiorũ & de indignitate ſacrificantium & habe hoc tibi certũ axioma, quod quãdo Deus vertit ſe cõtra ſacrificia, tũ perſecutio in homines incipit, ac maximè in ipſos ſacrificantes. Et, ut breviter tibi per exemplũ ſatisfaciã juxta noſtrũ inſtitutum, hujus rei tibi argumentum ſeu confirmationem ſume Ophnin & Phineam, filios Hely, miniſtros Altaris, quorum ſacrificia fuerunt Deo abominabilia. Atq; exitus quidem ipſorum explicatus extat in Sacra ſcriptura, ut res jam præterita: cæterùm reliqua adhuc eſt, ut eveniat prophetia Danielis, qui demonſtrat adventum Antichriſti, ac

tempus perſecutionis propter abominationem templi & ablationem jugis ſacrificii. Ex iſta digreſſione pendente à quæſtione ſuprà dicta potes intelligere quòd oratio & ſacrificium conducunt ad conſervandas ac reſtaurandas res, tum privatas, tum publicas.

CONCLVSIO HVIVS TERTIAE *& poſtremæ Partis, cum repetitione argumenti totius Operis.*

CAPUT XVI.

POſtquam quæ propoſueram, authoritate Alani Chartieri ſatis ſunt probata, & in hac ultima parte viginti tria ſchiſmata, quæ in eccleſia fuere, explicata, cum commemoratione vaticiniorum de uiceſimoquarto futuro, prout exiſtimo, inſtitutum Operis hujus finem ſuum attigit, qui erat, Ut commonſtrarem, quanta differentia ſit inter ſchiſmata & Concilia, & quanta utilitas atque præſtantia fuerit Conciliorum eccleſiæ Gallicanæ, ſimulque ut oſtenderem, ambitionem avaritiæ matrem, omiſſionem Conciliorum generalium & prohibitionem conjugii ſacerdotū, cauſas corruptæ Eccleſiæ eſſe. Quæ quidem cauſæ authoritate trium ſcriptorum, quos ſuperiùs commemoravi, nituntur.

Verumenimverò neceſſe eſt, ut hîc meam ignorantiam fatear: quantumvis enim diligenter inveſtigarim, quo Papa authore, vel cujus Concilii decreto conjugium ſacerdotibus ſit interdictum in Eccleſia Latina, id tamen nuſquam invenire potui. Alii ſiquidem id tempore Gregorii ſeptimi, monachi Cluniacenſis, factum eſſe tradunt, ut attigi ſub titulo, de decimoſexto ſchiſmáte. Alii id multo ante factum eſſe exiſtimant in Concilio Niceno, cujus tamen decreto Græci ſubſcribere noluerunt. In Belgicò, ſeu inferiori Germania ſentiunt, id authore Papa Calixto factum, & ad hoc verſiculos hoſce, cùm barbaros, tum ridiculos allegant:

O bone Calixte, nunc omnis clerus odit te.
Olim presbyteri poterant uxoribus uti.

Hoc

Hoc deſtruxiſti, tu Papa quando fuiſti.
Ergo tuum feſtum nunquam celebratur honeſtũ.

Quomodocunque verò ſeſe res habeat, ego eam ad Canoniſtas, tanquam quos ea concernit, rejicio. Cæterùm hoc optimè ſcio, quòd tempore Papæ Formoſi & regis Ludovici Balbi ſacerdotibus conceſſum fuerit ac licitum ducere uxores, modò eæ virgines eſſent, ad bigamiam evitandam, quemadmodum id in ſecunda parte hujus Tractatus ſub capitulo, De primo Concilio Vienenſi attigimus.

Ut autem finis huic Tractatui imponatur, ſic ſtatuo: neceſſe eſſe, ut totus mundus Deum oret, ut Eccleſiam tam in capite, quàm membris per quoddam Concilium univerſale Eccleſiæ Catholicæ reformet. Siquidem, ut divus Gregorius in ſuis Operibus inquit, per nullum genus hominum Deus magis irritatur, quàm per malos ſacerdotes Ac ea reformatione facta, unio atque concordia principum Chriſtianorum meliùs conſervabitur, & ſecta Mahometica magis magisque collabaſcet.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

INDEX IN THEODORICI DE NIEM HISTORIAM, DE SCHISMATE ECCLESIÆ ROMANÆ XXII. omnium longiſſimo, & ejuſdem NEMUS UNIONIS: Item in FRANCISCI ZABARELLIS CARDINALIS Florentini de ejus temporis Schiſmate Tractatum: ut & in JOHANNIS MARII BELGÆ librum de Schiſmatum & Conciliorum univerſalium differentia, deq; Gallicanæ Eccleſiæ Conciliorum præſtantia & utilitate, locupletiſſimus, ſummaque diligentia & fide collectus.

A

ABacuk propheta reliquia ubi conſerventur 44.
Abbas S *Petri, Peruſinus, curat confodi Beordum* 94.
Acephalorum hæreſis quando exorta & quæ fuerit 594.
Achilles Neapolitanus, in ſceleratus 51.
Adamus Cardinalis dimittitur interceſſione Richardi regis 63
Adelbertus miſſus ab Ottone magno ad Prutenos, ut eos converteret, martyrio coronatur 482,
Adulat r virtutis inimicus, ſub amantis ſpecie nocere cupit 400.
Adulatores à principibus arcendi, quidq́, olim capitali ſententia quidam affecti fuerint 400. *ſicut* Syrenes *in* Scyllam *trahunt* 401.
AEneas ubi ſacrificavit 102
AEtatis mediæ inter juventutem & ſenectutem deſcriptio 512.
AEtatum trium deſcriptio 306. 307 308.
S. *Agatha à Decio tyranno martyrio affecta.* 583.
Alanus Chartierus orator Gallicus 581.
Alani Chartieri locus de prædictione XXIIII ſchiſmatis 653.
Alapha, Turcarum princeps, quo tempore Edeſſam in Meſopotamia ceperit. 609
Alaricus Gotthorum rex quo tempore Romam *ceperit* 592.
Albertus filius Berengarii ducitur Bambergam 107.
Albigenſes hæretici ubi damnati 613.
Albinus Epiſcopus Andegavenſis II. I. concilii Andegavenſis præſens 598.
Alexander Magnus orans cen-

coniungi montes Caſpios, exauditur 116 iuvenis, donans pecuniam Macedonibus reprehenditur à patre Philippo 466.
Alexandri Magni buſtum ſuſtinentes aui ea ſtatua XII. 445.
Alexandri II. Papa bellum cõtra antipapam Cadolum 635. *electio, qui antea Anshelmus dictus* 635.
Alexander III Papa anathemate colligat Fridericum I & Victorem Papã 641. *eſtatus Papiam ab imperatore Frider. I. eò venire renuit* 641. *in concilio Papienſi ut contumax ſpernitur & Victor Papa confirmatur* 641. *renuit venire Divionem ad conventum vocatus* ibid. *quomodo creat⁹* 641.
Alexander Papa V. moritur Bononiæ, & ibidem ſepelitur 245. *Vuenceslaum iam depoſitum nominat regem* Romanorum 245. *quando & ubi in Papam electus* 646.
Alexandri V. *coronationis locus & tempus* 243. *Pontificatus quandiu duravit* 243.
Amadei comitis Sabandiæ mors 38.
Amalarius diaconus, cui à Carolo Magno iniunctum erat, ut librum caremoniarum conficeret 599.
Amatus Sabaudiæ *dux, amiſſa coniuge Eremitam agẽs quomodo Papa factus* 649.
Ambitio avaritia mater præcipuè eccleſiæ Ro. damnum attulit 580.
Ambroſii dictum de bono cõmuni 356.
Ammon iniuſtum votum fecit domino 321.
Anacletus creatus Antipapa à Romanis pulſo Innocentio 608.
Anaclet⁹ II. antea Petr⁹ Leo dictus, à Romanis cõtra Innocentium II. eligitur 640.
Anaſtaſius imperator Achatio hæretico communicavit 594. *Papa, hæreticus prim⁹ Paparum, Anaſtaſium imperatorem anathemate ferit* 594.
Anaſtaſii Papæ fœdus obitus ibid.
Ancus caput poſt oſtia Tyberina 101.
Andegavenſis dux comburit militem magnum ludificãtem exercitum 90.
Andreæ abbatis monaſterii de Ramdupheac ſententia contra Raguſinenſem, deceſſione Papatus 352.
S. *Andreæ corpus ubi ſervatur* 44. *quibus ablatum* 45
Andronicus ſucceſſor Palæologi imperatoris Græcorum 615.

Angelus Corarius ferè decoxit 232. eligitur Papa, nominatur Gregorius, & Eorrorius 142. depoſitus quærit aliud ſubterfugium retinẽdi imperii 232.
de Angelo Corario vide reliqua in verbo *Gregorius*
Angelus Epiſcopus Oſtienſis. Gregorii cancellarius 168.
Angeli præfecti urbis interitus miſerabilis 71.
Angliæ reges cur hodie coronã inſtar diadematis imperialis geſtent 587.
Anna regina Franciæ & Britanniæ Ludovici XII. uxor concordiæ ſtudioſa 577
Annatas ac primitias fructuũ Eccleſiaſticorum exigit Bonifacius 81
Annii Flori de populo Ro. dictum 324.
Anshelmi dictũ, minimum inconveniens Deo eſt impoſſibile 345.
Anticardinalium reſponſio ad Bullas Gregorii Papæ 272. eorundem reſponſio ad literas Cardinalium 280
Antichriſti adventus indicia, defectus & diviſio fidei 226
Antimum caput Volſcorum 101.
Antonius de Butrio *I. C. moritur legatus Gregorii ad Benedictum* 162.
Antonius nepos Gregorii Francfortum accedit 221. *factus Epiſcopus Bononienſis* 161. *diſſuadet unionem* 165. *creatur Cardinalis* 185 205 *ſibi proſpicit ex Camera Gregorii* 233
Apollonia à Decio tyranno martyrio affecta 583
Apoſtolorum Concilium 548. 559.
Aquiſgranum ad Galliam *Belgicam pertinere* 599.
Aquiſgrani prima imperatoris electi coronatio fieri debet 486
Arelatẽſe regnũ iuris imperii per Carolum IIII. alienatũ 483
Ariſtotelis locus de Monarcha negligente 489. *locus, quod ad verum regem ſpectet curare commune bonum* 358
Arrina hæreſis, quæ & ubi dãnata 590
Arrius in ſynodo Nicena damnatus 545.
Artus rex quo tempore in Britannia rerum potitus ſit 597
Atila Hunnorum rex flagellum Dei ſe nominans, quãdo Imperii terras & provincias depopulatus ſit 592.
Avernus, oſtium Acherontis 102.
Auguſtini de pacis deſiderio. dictum optimum 370
Auguſtinus quando compoſuerit libros de Civitate Dei 592.
Au-

Auguſtini dictum de vera ſapientia 354. dictum, preferenda eſſe communia privatis 356. diffinitio peccati 368. in enchiridio ſuo locus, bonum eſt quandoque erraſſe in via pedum, ſed nũquam in via morum 345. locus in Papas, qui ſe deos appellari volunt 589

Avinionenſium dictum, extorquendam eſſe pecuniam à barbaris, reprehenditur 336.

Aurelia concilium celebratũ, Clodoveo rege Francorum cogente 597. *in Galliis fundator quis* 583

Aurelianenſe concilium 625.

Aurelianus imperator, fundator urbis Aurelia & Geneva 583. *publico mandato Chriſtianos perſecutus eſt* ibid.

Authoris officium circa ſupplicationes examinandas 47

Aynardus Focco monachus olim abbas cõſtituitur à Gregorio XII. viſitator monaſteriorum in Friſia 497. 499.

B

Baia 102.

Baiarum civitas mari obruta 97.

Baiazetus Turcorum Imper. à Tamerlano Tartaro captus & interfectus 112.

Balnei Puteolani ad S. Margarita dicti effectus 98. *ſicci prorſus mira vis* 99

Balnea calida in Tripergulis ad Puteolanam civitatem 97.

Balthazar Cardinalis poſt electionem Ioannes XXIII. dictus 242

Balthazar frater Ottonis ducis Brunſuicenſis 25

Barenſem civitatem ſubdit ſibi Ludovicus 30

Barnabas, Iohannis ducis Mediolani patruus, capitur atq; veneno extinguitur 64.

Bartolini de Placentia I. C. quaſtio 46.

Baſilienſis concilii decretorum medulla qua 624. *praſes quis & quo anno habitum* 579

Baſilius de Levanto inſignis pyrata 49

Baſilius frater hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani 58.

Baſilii executoris tortura Cardinalium mores truculenti 58.

Beatrix uxor Friderici I Barbaroſſa per quam Burgundia comitatũ tenebat 641.

Beccarini, cives peruſini adverſantes Raſpantibus 93

Beltot capitaneus in Italia natione Anglus, manib. pedibusq; truncatur 72.

Benedicti antipapa electio & eam antecedens Gardinalium iuramentum 563 *Litera de unione instituēda ad Gregorium XII.* 563.
Benedictus Camerarius Vrbani 49.
S. *Benedictus confeſſor obiit in monaſterio Montiſcaſini* 33.
Benedictus II. *in* Saxoniam *deportatus* 158.
Benedictus V. *ab Ottone in exilium relegatus* 631. *ſurrogatur Leoni VIII. papa à Romanis* 631.
Benedictus papa ſchiſmaticus 549.
Benedictus VII. papa qua ratione, remoto Gerberto, Arnulphū reſtituerit 602.
Benedictus VIII. corona donavit Henricum I. imperatorem 633.
Benedictus VIII. qua ratione viſus ab Epiſcopo poſt mortem, & quid cum eo locutus 633.
Benedictus IX. quare & cui pontificatū vendidit. 934.
Benedictus XI. papa abſoluit anathemate Philippū Pulchrum, regem 618.
Benedictus XI. quandiu praefuerit papatui 618,
Benedictus remouetur & haereticus pronunciatur 229. 230.
Benedictus XII. & Gregorius XII. ubi & quando à pontificatu remoti 646. 647.
Benedicti VIII. mors 633.
Benedicti X. papa ſimulachrū qua ratione apparuerit cuidam 634.
Benedicti litera ad Gregoriū de receſſu ſuo à partibus Italiae 449 *eiuſdem alia epiſtola ad Paulum dominū Lucanenſem* 450.
Benedicti *reſponſio ad bullas* Gregorii 269.
Benedicti reſponſio ad excuſationes Gregorii 191. 192.
Benedicti X. II. reſponſio ad literas Gregorii VII 148.
Benedicti quaeſtiones, quarum reſolutionem cupit à Gregorio, *cum reſponſionibus eiuſdem* 394. 395
de Benedicto vide reliqua in verbo, *Petrus de Luna*
Beneficiorum tituli ſunt de iure poſitiuo 551.
Beordus capit Bonifacii *fratrem qui pecunia redimitur* 93. *interficitur proditorie* 94. *capitaneus exulum Peruſinorum* ibidem
Berengarius captiuus ducitur Bambergam 107.
Bernhardus de Cazala capitaneus cadit Romanus in ponte Tyberino 14.
Bernhardus Eugenium III. ante papatum in monachum elegit 609.
D. *Bernhardus propoſuit tractanda in concilio* Vercellēſi 609.

Bertha filia Florentii regis Friſiorum uxor Ludovici regis Francorum 608.
S. *Bibiana monaſterium ſpoliatur* 169.
Bituricenſe concilium 624.
Boëtii locus de concordia 366.
Bohemi iuvant Rupertum contra Vuenceslaum 474.
Bonifacii VIII. ſtatuta ſuſpenſa 558.
Bonifacius IX. papa alias Petrus de Thomacellis dictus 80. *Anagnia captus* 617 *ante papatū Petrus Thomacellus dictus primus omnium reip. adminiſtrationem* Romanis *ademptam ad papas tranſtulit* 645. *corrumpit legatos principum* 121. 122. *cum Eulalio competitore per Honoriū Roma pulſus, & brevi poſt revocatus eſt* 593. *diſpenſationes quacunque de re pro pecunia conceſſit* 84. *excommunicat Beordum & interfici procurat* 94. *non degenerat à parentibus, & fratres ditat, novas civitates acquirit, Peruſii decumbit* 89. *nuncios Petri de Luna urbe exire iubet* 106. *reſtaurat caſtellū* S. Angeli 21 90. *Capitolium reformat ac munit, prælatos ad diverſa loca tranſmittit* 90. *ſub pacto vendit beneficia Eccleſiaſtica, & ſæpe unum idemq́; pluribus vendidit* 82. *ſucceſſor Vrbani vendit indulgentias* 74. *vendit civitatem Rigenſem magiſtro Teutonicorum* 95.
Bonifacii electio, coronatio, forma, mores, patria, ætas eiuſdem facilitas & imperitia in obſignandis literis 80. *mortem præcedentia ſigna* 117. *morum & vita compendioſa deſcriptio* 514 515. *novum commētum ad emulgendas pecunias & pro libitu quosvis extollendos vel ſpoliandos* 87. *ſordidiſſimus quæſtus inſignādis ſupplicationibus* 86. *ſoror elocatur comiti* S. *Flaviani, quem ipſe Adriæ ducem fecit* 91. 92. *ſymonia & avaritia deteſtanda* 81. 82.
Bononia deficit ad Bonifacium 90.
Bononienſium doctorum conconcluſiones de ſchiſmate 427.
Boſo rex Arelatenſis in nocte natalis Domini iniecit manus in Epiſcopum, & ob id ab Ottone captus & monachus fieri coactus 481
S. *Brigitta prædictiones de futuro ſchiſmate XXIIII.* 651.
Britannia quomodo perſecuta à Maximiniano ob fidem Chriſtianam 584.

Brundusium terminus imperiorum Rom. *& Græcorum ab Ottone Magno conſtitutum eſt* 482.
Burdinus Antipapa ab imperatore Henrico IIII. contra Gelaſium *II. creatus à Calixto II. prælio capitur, & ignominioſè tractatur* 648
Butigallus gubernator Ianuenſis pro rege Francorum 471.

C

Cadolus Antipapa prælio vincitur ab Alexandro II. 635 *quanti ſe redemerit ab obſidentibus* 636.
Cadoli *Antipapa contentio cũ Alexandro II. de Papatu* 635
Cælibatus *conſtitutio quid ſecum adferat* 653.
Caietæ *deſcriptio* 240
Caii *Caligulæ imperatoris pōs* 103.
Calixtus II. papa, antea Guido *dictus*, Cluniaci *eligitur ſucceſſor Gelaſii II.* 607 *qua ratione fuerit ſanguine iũctus* Henrico *IIII. imperatori*, ibid. *ſedē Rom. ope* Gallorum *invito Henrico IIII. imperatore occupavit* 607
Cameræ *Apoſtolicæ officiales quales ſint* 504.
Cameracenſis *pacificatio principum iureiurando firmata* 577.
Canes *muti non valentes latrare*. Canonis *verba* 300.
Canonici *tenentur* Vnitatem *Eccleſiæ quærere & conſervare* 541.
Canonum *decreta de iudicando Papam quomodo accipienda* 160.
Capitula *de quibus* Maſsiliæ *conventum eſt ſuper unione fienda* 382
Caprearum *inſula* 53.
Cardinalis de Sangro *ſævitia in Epiſcopos & clericos in regno* Siciliæ 28. *iterũ torquetur, eiusdem forma & habitus deſcriptio* 57
Cardinalis de Manupello *capitur ab Vrbano* 72. *aperit Vrbano quæſtionem inter doctos agitatã de alio Pōtifice ſubſtituendo* 46
Cardinalis *querela miſeriarum & ſortis humanæ* 57.
Cardinalis *Quinqueeccleſienſis ex Hungaria venit ad* Gregorium 181.
Cardinalis *Reatinus papæ obaudit mandata, reſq; novas molitur* 41.
Cardinalis *Reatini tractatio contra* Vrbanum 46
Cardinales *beneficiis ſpoliati publicè diffamant* Gregorium *& novos* Cardinales 208. 209. 210. *conveniunt in palatio papali prope baſilicam Petri ad electionem Pontificis* 3. *detruſi in carceres ab* Vrbano 47. Gallici *quã aſtutia* Italos *Cardinales ad ſe p̄duxerit ad eligẽdum novum Pontificẽ* 6. 7. *interceſſu quorũdã magna*

tum reconciliatur Vrbano 32. meticuloſi falſò opinantes imminere hoſtes Neapolim fugerunt 40. ob pertinatiam Gregorii ab eo recedere conſultant 205. qui elegerint Gregorium, & eorum iuramentum 143. Vltramentani in Gallias migrant 12. 13 utriuſq; partis Piſis convenientes conciliũ indicunt 218.

Cardinales partes corporis papæ 557. quomodo ad ingrediendum conclave poſſint compelli 546 tenentur iure concilium promovere 568.

Cardinalium antiquorum appellatio Piſis interpoſita 408. captorum examen quibus commiſſum 49. collegii ius in quo potiſſimùm conſiſtat 411. literæ ád principes & prælatos, cùm Luca *exirent 413. quinque captivorum interitus 66. in Luca concluſio de concilio generali, & electione novi* Pontificis *contra Papam & Antipapam 533. in Neapoli afflictio 55. nomina, qui in Vrbe fuerunt, cum decederet Gregorius XII. proceſſus contra Gregorium & ſibi adhærentes 418. receſſus ab* Vrbano *ad Anagniam 9.*

Cardinalium collegio diviſo cui competat convocatio cõvocatio concilii 544

Cardinalium collegium non habet ſuperiorem 544. non poteſt limitari ibid. *quando poſſit congregare concilium 543. repræſentat univerſalem eccleſiam 543. 554 566.*

Cardinalium cum papa diſcordia quomodo diiudicanda 358 iuramentum in concla vi 562.

Carmelitarum ordinis frater, quia Gregorium iuramenti admonuit, male tractatur 186. 187.

Carolus cum exercitu venit in Italiã ope Ludovici regis 23.

Carolus dux Duratiæ reſtitutionem ab Vrbano oblatam invitus accipit 22.

Carolus ducit exercitum contra ducẽ Andegavẽſem 38.

Carolus Duratiæ dux fraude civiũ obtinet Neapolim 24.

Carolus febri correptus redit Neapolim re infecta 38. in regem Hungariæ contra pacta coronatus brevi poſt interficitur 65.

Carolus Imperator concilium convocavit 543

Carolus Magnus Leonem papam urbe pulſum reſtituit 479. Aquiſgrani ſepultus 486 natione & lingua Teutonicus 479. 483. Herbipoli coegit cõciliũ 598. quomodo reſtituerit Leonem III. 598. Sarracenos Italia terraq; ſancta expulit 604. 605

Care-

Carolus obſidet caſtrum Luceriæ 60.
Carolus rex Siciliæ excipit Vrbanum ad ſe venientem 33.
IIII alienavit ab imperio Delphinatum 485.
Carolus IIII. cum filio totum imperium alienaſſet, ſi emptorem inveniſſent 488. *diſſipator imperii* 107. *donavit Tremoniam caſtrum imperiale Colonienſi archiepiſcopo* 487 *egit cum Vrbano de confirmanda electione filii ſui in regem Romanum* 17. *fregit ordinationem de electorib. imperii* 485. *Imperator ſollicitatur ab Vrbano pro ferendo auxilio* 16. *jus coronandi regẽ Bohemiæ à Moguntinenſi ad Pragenſem archiepiſcopum tranſtulit* 485. *Luſatiam imperii feudum Bohemiæ regno adjecit* 485.
Carolus IIII. Lombardiam ſeparavit ab Imperio pro majori parte 488 *multas terras imperii oppignoravit & donavit* 484. 485. *per Clementem Papam obtinuit, ut ſuffraganei Bohemiæ & Moraviæ à Moguntia ſeparentur* 485 *pecunia corrupit electores Venceslaum filium eligentes* 486. *pro uno prandio Ludovico Andegavenſi, regnum Arelatenſe conceſſit* 483.
Carolus VI. Gallorum rex diligentiſſimus in ſedando ſchiſmate 623.
Carolus VII. Gallorum rex confirmat pragmaticam ſanctionem decretorum concilii Baſilienſis 624.
Carolus rex Franciæ oppugnat Guihelmum ducem Geldriæ 488 489.
Caroli IIII. avaritia, & reliquæ laudes 483. *electores non præſtiterunt ſolita juramenta* 486.
Caroli imperatoris obitus 19.
Caroli increpatio, qua aderitur Ottonem 10.
Caroli imperatoris & Ludovici regis ad Clementem litera 16. 17.
Caroli Magni induſtria prædicatio 479. *inſtitutio de regno Franciæ* 483 484.
Caroli regis F. litera exhortatoria ad Cardinales Roman. ut Angelum Corarium relinquant & unionẽ perficiant 421.
Caroli regis forma, mores & ætas 55.
Caroli regis Francorum literæ ad univerſos Chriſti fideles 277.
Caroli IIII. tempore imperium valde attenuatum 466.
Caroli regis Franciæ exhortatio pro ſubtractione obedientia utriuſque Papæ 380.

Car-

Carthaginem deletam ob libidinem dominandi 365.
Caſsiodorus & Sydonius cancellarii Theodorici de Bern. 156
Caſsiodori locus de concordia 361. *de utilitate publica* 368.
Caſtelli S. Angeli munitio qualis. 21
Caſtrum S. *Angeli, carcer Theodorici appellatum* 480.
Cathalani infeſtant mare ad Neapolim 53.
Celeſtinus V. quando inter Sanctos *relatus* 620
Celeſtini Papæ tempore ubi & contra quem concilium habitum 593.
Celeſtinum & Petrum *nemo auſus fuit cogere ad cedendum* 347.
Celeſtiniani Anachorita à quo nomen ferant
Celeſtini V. *Papæ collationes caſſatæ* 557.
Cereris Liberiq; ſtatua 104.
Ceſenatenſium civium cædes per milites tutores ſibi datos 77.
Ceſsio Papatus tempore ſchiſmatis, quod non privet Eccleſiam bono communi 375.
Ceſsio voluntaria Papæ *in ſchiſmate* 531
Ceſsioni Papatus obſtare non debet, quod quis vero Papæ ſucceſſerit 379.
Ceſsionem non infirmare iã ante acta 379 *ob ſuſpicionẽ malevolorum non recuſandam eſſe* 378. *Papatus non ducere in dubium verum Papatum* 375. *propter periculum hæreticorum non eſſe intermittendam, nec ob eam contriſtari fideles* 377.
Ceſsione Papatus Eccleſia non inferri vim, ſi propter unionem fiat. 377.
Charitas vinculum eſt humanæ ſocietatis 363.
Charitatis commendatio. Auguſt. 371.
Cherinthus hæreticus & ſchiſmaticus 555
Chriſtiani liberati in Turcia 112. *martyres facti quomodo falsò apud imperatores traducti, & magia inſimulati.* 384
Chriſtianorum martyrii cauſa qua 584. *nomina qui ſub Maxentio imperatore martyres facti* 584. *perſecutio ſub imperatoribus Diocletiano & Maximiano omniũ ſæviſsima* 583. 584. *XVII. militia in Anglia &* Gallia *martyrio affecti* 584.
Chryſoſtomi actum de communi utilitate 357. *locus de proditoribus veritatis* 352.
Chunigundis Henrici II uxor cum marito virgo permanſiſſe dicitur 43.
Ciceronis locus de amore patria

tria 355. de luxuria in ſenectute 513. dictum, Maior utilitas quòd eſſe non poſſit quam regnandi, reprehenditur 401. locus. Nullum periculum vitandum pro reip. ſalute 355. ſententia, de ſenum viuendi cupiditate 309. ſententia iuſtitia eſt quæ negligit propriam utilitatem ut ſervet communem æquitatem 356.

Civitates regimen penes quos conſiſtat 542.

Clara virginis præclarum domicilium 104

Claromontanum concilium 602. concilium ab Alexandro III. Papa habitum 610.

Clemens Antipapa Avinione reſidens inſtituit proceſſus pœnales contra Vrbanum & ei adhærentes 20. eligitur, aliàs Rupertus dictus 12. 13.

Clemens II. Papa quomodo electus per Henricum II. imp 634.

Clemens V. Papa, antea Bertrandus Gottho dictus 619.

Clemens, qui aliàs Gilbertus dictus. quomodo ab Henrico III. Papa conſtitutus 637.

Clementis avaritia 77. & Cardinalium contumelia in legatos imperatoris & Ludovici regis 170. patria, genus. conditio, ſtatura, mores 76. præfectus caſtro S. Angeli potitur 15. profuſa largitio rerum Eccleſiaſticarum 78.

Clementis II. mors 634

Clementis V. coronatio luctuoſa. 619.

Clementis tyrannis eſt, cauſa deſolationis multarum Eccleſiarum, civitatum & provinciarum 20.

Clementinarum liber quando editus 620.

Cleri vita & ſtatus in Norvegia 501.

Clerici & laici in Norvegia bibunt ad hauſtus æquales 501.

Clericorum mores in Italia 502. 503.

Clericum hæreticum percutiens an excommunicandus 569.

Clodoveum regem primum fuiſſe Chriſtianum inter reges Francorum, & primũ concilium coegiſſe Aureliæ 597.

Cloel rex Angliæ Cloceſtrem condidit 586. rex quomodo factus ſit tributarius Imperatoris Conſtantis 587.

Cloelis regis mors ibidem.

Collationes papæ caſſatæ 557.

Collegium poteſt papam eligere ſed non deponere 566.

Colloquium Papæ & authoris de fuga aulicorum 40.

Columnenſes Iohannes & Nicolaus fratres, capiuntur, poſtea redimuntur 170. Vrſinis inſidiaſtruunt. 169.

Cometa apparuit per XL. dies

dies 112.

Commendari ab improbo eſſe ignominioſum, à ſapiente glorioſum 459.

Communis rei negligentia peccatum eſt 368.

Compromiſſarii inter duos Pontifices ſchiſmaticos 550.

Comum 102.

Concluſiones de concordia 360.

Coniugii ſacerdotalis prohibiti effectus 653.657. *ſacerdotum interdictio quo tempore facta* 653.

Concilia ad quid ordinata 548.

Concilia Apoſtolorum 548.

Concilium primum ubi & per quem habitum 590. *prius habitum non inveniri, quã Romanum in quo damnatus eſt Novati error* 582. *Aquiſgrani habitum* 599. *Chalcedonenſe quando habitum ſit* 584. *Conſtantinopoli quando celebratum,* 583. *Conſtantinopoli ſecundò habitũ & quibus de cauſis* 596. *Epheſi quando, per quem & contra quem celebratum ſit* 593. Claremontanum *ſecundum ab* Innocentio *celebratum* 608 *Cõpendii agitatum contra* Lu*dovicum ſecundum Imperatorem* 600. *Herbipoli quando & à quo habitum* 598. *in* Claremonte *ab* Vrbano *II. quando indictum ſit* 602 *Lugdunenſe ſecundũ* 614. *Rhemenſe quando habitũ, & quæ ibi tractata* 602.

Concilii convocationis bulla Gregorii XII. 526 *in Arragonia per Benedictum habiti conſultatio* 216. *Piſani proceſſus & ſententia contra utrunq; Pontificem, quæ eoſdem Pontificatu privat* 229. *Trecenſis decreta quo loco in iure Canonico inveniãtur* 601. *Vercellenſis acta* 609.

Concilii congregationis cauſa 545.

Concilii gereralis convocatio an ad ſolum papam pertineat 544.

Concilii ſtatutum præjudicat ſtatuto papæ 560.

Conciliorum omiſſio radix eſt omnium malorum in Eccleſia 549.559. *celebrandorum utilitas* 548.549.

Concilium Calcedonenſe 545. *Conſtantinopolitanum* 545. *Epheſinum* 545 *Hieroſolymitanum* 559 *Nicenum* 542,545.

Concilium de iure debet eſſe univerſale non particulare 568. *iudicet inter pontifices ſchiſmaticos* 541. *non ſubjicitur iuri poſitivo* 567. *quis habeat congregare* 542.

Con-

Concilium congregare, cum papa ceſſat, ad tollendum ſchiſma, pertinet hoc ad Cardinales 428.
Conciliorum fructus & utilitas 578.
Conciliorum neglectus & omiſſo præcipuè damnum attulit eccleſia Ro. 580.
Concilia convocandi poteſtas penes quos 154.
Concordia commendationes 362. 363. 364
Concordiam recuſans contra naturam agit 362 *ſervare rempubli.* 362,
Concubinæ quando honore afficiantur in Hybernia & Norvvegia 502.
Concubinatus clericorum in Hybernia, &c. 498. 501. 502,
Conradinus Sueviæ *dux Neapoli decollatus* 25.
Conradus III. imperator Germanicus Damaſcum obſedit 490.
Conſpiratio Cardinalium cõtra Vrbanum *VI.* 9. 10.
Conſtans Imperator. quas acceperit provincias in diviſione per ſortem 586. 587. *quomodo Cloelem Angliæ regem ſibi fecerit tributarium & filiam eiuſdẽ duxerit in uxorem* 587. *quot & quas uxores habuerit* 587.
Conſtantis imperatoris, mors 587.
Conſtantinus imperator Maxentium devicit & totius mundi monarcha factus eſt 587. *quid contulerit in Sylveſtrum* 588. 589.
Concilium congregat 542.
Conſtantini donatio in pontifices facta negatur: vel ſi facta ſit, an ea præiudicet ſucceſſoribus 590. *donationis eccleſiæ factæ effectus* 585. 591. 595. 596. 597.
Conſtantinus Magnus Chriſtianorum perſecutor à Sylveſtro *papa converſus & baptizatus eſt* 587 588 *quo tempore à* Sylveſtro *papa baptizatus ſit* 585.
Conſtantini Magni genealogia 586.
Conſtantinus Papatum vi occupatum per annum tenuit, & quas pœnas dedit 596.
Conſtantinus II Arrinus hæreſi infectus, Catholicos perſecutus eſt 590. 591.
Conſtantinopolitanum imperium fuit obex, & tanquã murus contra Sarracenos 604.
Cornelis papa Novatianus & Nicoſtratus fuerunt Antipapa 582.
Coronatio Vrbani 6.
Cryptæ locus abditus & concameratus 100.
Cuma Sibyllina 102.

Cuma-

Cumarum ciuitas mari obruta 97.
Curiales captiui liberantur 130.131. *ſpoliantur* 53.
Curialium dolus in effingendis novis expectatiuis 83. *periuria* 86. *ſtatus qualis fuerit obſeſſo Vrbano* 61.
Cypri deſcriptio & moribus 477.
Cyrce qua ſocios Vlyſsis conuertit in beluas, ubi habitarit 101.
Cyrilli comparatio de rapacibus & ſymoniacis 87.

D

Damaſus de adulterio accuſatus ſolenniter ſe purgauit 592. *ui Papatum obtinuit* 592.
Damaſi papæ tempore quod concilium habitum ſit 593.
Dania conuerſa ab Ottone Magno ad fidem Catholicā 482.
Danielis locus de Balthaſare rege, cuius parens templa ſpoliauerat 473.
Darius admonitus à propheta Eſdra ad ſeruandum uetū 441
Deceptionem allegare non poteſt, cuius conditio melior facta eſt 349.
Decius tyrannus Fabianum & Cornelium pontifices martyrio affecit 583. *trucidauit Philippum I. imperatorem cum filio* 583 *Delphinatus principatus in Sabaudia* 484.
Delphinus quis nominetur 485.
Dertona expugnatur ab imperatore Friderico Barbaroſſa 641.
Deus decipi nō poteſt 565 *quomodo quadam non poſſe dicatur* 558.
Diocletianus & Maximinus decimam & omnium ſæuiſſimam Chriſtianorum perſecutionem inſtituerunt 583. *Imperator in Oriente perſecutus eſt Chriſtianos.* ibidem. *Imperator ſe ut Deum adorari ſuisq́ pedibus oſcula præberi uoluit* ibid.
Dioniſii tyranni pœna ob luxū nimium 372.
Dioſcorus Antipapa ui Papatum occupauit 596.
Diſcordia in Eccleſia effectus 373 *incommoda* 366.
Diſcordia inter papā & Cardinales quomodo diiudicāda 558.
Dominandi libidinem omnia mala parere 364.365.
Dominium ex cauſa de iureiurando auferri poteſt 567.
Donatio Conſtantini 585 vide Conſtantini donatio.

Donorum acceptione fit quis debitor 198.
Donatiſta heretici baptiſmũ reiterantes, quando cœperint 591

E

Eccleſia dici nõ poteſt in qua eſt ſchiſma 556. *non habet ſuperiorem niſi papam* 567 *non poteſt errare neq; extingui* 556. *quomodo in cardinalib. & Papa repraſentetur* 557. *Vacans quando* 542.
Eccleſia per qua bene regatur 484.
Eccleſia calamitatis & ruina deploratio 298. 299. *diffinitio* 353
Eccleſia data opes quos fructus produxerint 579. 585. *Romana ambitio prabet occaſionẽ perſecutionis* 579. *expedire unicum Chriſti Vicarium habere* 360. *Romana qua pracipuè damnum intulerunt* 580.
Eccleſia regimen vacante Papatu penes quos conſiſtat 542.
Eccleſiam turbans non poteſt bonum Deo ſacrificum offerre 373
Eccleeſiaſtici ſchiſmatis incõmoda 372
Eccleſiaſtici pracipuè debent eſſe pacifici 367 368
Eccleſiaſticis quando decima impoſita 612
Eduardi Anglia regis obit' 19
Egydus locus de Ioſepho dolente ruinam patria 315. *lo* ... .
Expediens eſſe unum habere principem 361
Electionis novi papa proceſſus qualis 3 4.
Electores Arch.epiſcopi recuſant Cardinalatum 48 *imperii quando conſtituti per* Gregorium V. *papam* 632.
Electorum avaritia 487. 490 *iuramenta quot & ubi dãda* 486 *inſtitutio quo tempore facta* 486
Electus Verdenſis *Epiſcopus Ruperti nomine a concilio appellat* 223.
Eliſabet regina capitur, & in Sclavoniam *abducitur* 66. *eadem iugulata è feneſtra ſuſpenditur* ibid.
Eliſabet uxor Ludovici *munera pretioſa mittit* Vrbano 18.
Eliſabet regina Hungaria iniquitas 65.
Epiſc pi unitatem Eccleſia debent tenere 541.
Epiſcoporum verba vim iuratoriam habent 297
Eraſmi tumulus 101
Ethna mons ardens ubi ſitus 52
Eugenius II. papa prafertur competitori Zinzino 628
Eugenius III. papa quando pervenerit in Gallias ad

Ludovicum regem 609
Roma profugere coactus, venit ad Ludovicum Gal*liæ regem, & Vercellis concilium celebrat* 649
Eugenius IIII. papa concitat Delphinum in Baſilienſes & Alſatiam, ut concilium diſſiparet 648. *ter citatus à concilio Baſilienſi Pontificali dignitate privatur* 649
Eutiches in Calcedonenſi ſinodo damnatus 545.
Ex communicatus appellatur hæreticus 569.

F

F*Abianus papa Philippum I. imperatorem cum filio baptizavit* 582.
Falernus collis 103.
Felix Papa *ante Papatum amiſſa coniuge* Margareta *qualem vitam in eremo duxerit* 648. 649 *antea Amatus dictus, primus dux* Sabaudiæ per Sigiſmundū *imperatorem conſtitutus* 648.
in concilio Baſilienſi electus contra Eugenium IIII. 648 649.
Verus, iuſſu Conſtantis Imperatoris capite truncatus 591. *quando & quo modo ceſſerit Papatu* 650
Felicianorum error quis & ubi condemnatus 598.
Ferdinandus rex recuperavit regnum Granatæ *à S arra-cenis* 565.
Ferri candentis vis nonnunquam amittitur 116
Flandria quo tempore frequẽtius habitari cœperit 601.
Florentini *à partibus Guelphorum Piſam obſident* 135.
Fons prope Tarentum veneno infectus 38
Formia 102
Formoſus Papa muneribus pontificatum conſecutus 629.
quomodo ante Papatum *à Iohanne XII. tractatus* 629
quot annos poſſederit Papatum 629
Formoſi cadaver in Tyberim protectum 629
Franciſcus Butyllus capitur, & pro ſui redemptione caſtra tradere compellitur 75. *nepos* Pontificis *Peruſii flagellatur* 72.
Franciſcus Cardinalis *ſtudet Gregorium perducere Saonam* 180
Franciſcus nepos Urbani liberatur 69. *regis ſententia damnatus, per Urbanum liberatur* 131 *deſciſcens à rege carcerib. mancipatur* 60
Franciſcus Pragnanus cognomento Butyllus nepos Urbani 27. *nepos Urbani ex fratre* 10. *ſeipſum vulnerat, & cum matre & filio ſubmergitur* 118
Franciſci nepotis Urbani truculentia 57.

Fridericus Barbaroſſa compulit Alexandrum III Papã, ut incognitus ſub monachi habitu Venetias profugeret 642 iam excommunicat⁹ Divione curat conventum indici, vocans Alexandrum III. Papam 641. quatuor Antipapas conſtituit contra Alexandrum III. 610.
Friderici Barbaroſſæ expeditio in terram ſanctam 612
Fridericus imperator Divione concilium indici petiit 610.
Fridericus I. quando ſuſceperit expeditionem in terrã ſanctam, in qua feliciter pugnavit 642. recuperavit regnũ Hieroſolymi. 490.
Frideric⁹ II. imperator à quot & à quibus Papis fuerit divexatus 614 devicta terra ſancta Hieroſolyma coronatur 491. quo tempore Parmam obſedit 614. quo tempore perſecutus ſit Innocentium IIII. Papam 613.
Friderici II imp. ſententia de inconſtantia civium Rom. ad hac tempora accõmoda 203. 204.
Fridericus III. imperator pater Maximiliani imperatoris adhæſit Felici Papæ contra Eugenium 649
Friderici imperatoris caſtrũ Neapoli conſtructum 34.
Friderici I. imperatoris mors 642.
Friſia monaſteria XXII. ordinis Benedicti, ad diœceſim Bremenſem & Traiectẽſem pertinent 497.

G

Gabriel Candelmarus nepos Gregorii creatur Cardinalis 205.
Gaguini Theologi & Hiſtorici teſtimonium de cauſa ruentis Eccleſiæ Romanæ 580.
Galeatius emit à Vuenceſlao nomen ducis Mediolanenſis 107.
Galeatii & Barnabovis immanitas 78.
Gallia unde nomen Franciæ trahat 484.
Gallia communis portus Paparum oppreſſorum 608.
Galliæ regnum quomodo aggravatum & expilatum à Papis Avinione reſidentibus 621.
Gallorum iactantia & philautia 484.
Gebennenſis comitatus feudũ imperiale 76.
Gelaſius II. Papa ſucceſſor Paſchalis, cõpetitor Benedicti Hiſpani 639.
Gelaſii II. Papæ controverſia cum Henrico IIII. imperatore 607. fuga ex Italia in Gallias ad Ludovicũ Craſſum

ſum 607. & 648. mors 607. item 648.
Geneva in Allobrogibus ſita, fundator Aurelianus imperator 583.
Genſericus Vandalorum rex quando deuaſtauerit imperii prouincias 598
Germania Vrbano Pont. paret 17 18.
Germaniæ magnates non curant proceſſus Paparum & his non obſtantibus cōuerſantur æqualiter cū utraq; parte 531. principes Francofurti conſultant de ſchiſmate 121 principes petunt concordiam in Eccleſia 71.
Germani duces cadunt exercitum Caroli. 29.
Germani præfecti militum in Italia 29.
Germani prælati Italis liberaliores 504. quæ caſtra occuparint in Apulia 30 tunc temporis deſides ad Imperii maieſtatem propagandam 468.
Germanorū audacia ac uirtus 61 fortitudo in ſubeundis periculis pro Eccleſia & rep. 482.
Geruaſius Arelatenſis Ottonis Cancellarius balnea Puteolana deſcripſit 97.
Gibellina factio quibus pactis conuenerit cum Innocētio 125.
Gibellini in auxilium uocant Ladislaum regem 124. 125
Gibellinorum & Guelphorū factiones quo tempore ortæ 614. inſolentia & cædes 126. 128
Gilbertus Antipapa ab Henrico IIII Imperatore creatus contra Paſchalem II. & Clemens dictus 638
Godefridus Bulionius quo tēpore Hieroſolymam recuperauerit 637.
Goslaria ab Otthone Magno condita 481.
Gotthi quo tempore Imperii prouincias ingreſſi & depopulati ſint 593.
Gral Germanorum 99
Græci presbyteri quales 503. 504
Gregorius XII. Papa aſtutia euadit ſibi inſidiantes 238. an teneatur comparere Saonæ obiuramentum præſtitum 294. an teneatur obſeruare capitula per ſuos legatos cōcluſa 292. qua ratione ceſſerit Papatui 647. concilium ad Aquileiā indicit 214 cū Paulo de Vrſinis de certa pecuniæ ſumma paciſcitur 179. contra iusiurandū inſtituens nouos creare Cardinales à propoſito uix reducitur 185 declaratur hæreticus & Pōtificatu deponitur 230.
Gregorii XII. electio & quæ ante illam inter Cardinales iuramēto ſint pacta 562

Gregorius II. Papa, ieiunium Quadrageſimæ abrogatum reinſtituit 596. Leonē III. imperatorem anathemate notavit, & quæ alia attentare auſus fuerit 596.

Gregorius *IIII. pontifex qua ratione adiuverit facinus de captivando* Ludovico *imp. 600.*

Gregor. V. ab Ottone imperatore reſtitutus. ſanctionem facit de electione imperatorum per officiales facienda 631. 632. cognatus imperatoris Ottonis III. quomodo papa creatus 631.

Gregorius VII. author diſſenſionum inter imperatores & pontifices 636

Gregorius VII. *excommunicat Henricum III. imp. 637.*

Gregorius *VII. excommunicat Cardinales Henrico III adhærentes 637*

Gregorius VII. imperii titulū confert Rodolpho duci Sue*via 637*

Gregorius *VII. interdicit imperatori Henrico III ne cōferat cuiquam beneficia Eccleſiaſtica 636.*

Gregorius VII papa, quando electus, Hildebrandus antea dictus 636

Gregorius VII quas impias cōſtitutiones fecerit 636. 637.

Gregorius *X. papa, præſes concilii* Lugdunenſis *ſecūdi 164*

Gregorius papa defendens adorationem imaginū, contentionum cauſam præbuit 596.

Gregorius *XII. dedignantur audire cardinales ſe citare volentes 218. damnatur & removetur 418 & nepotes manifeſtè unionē impedire conātur 201 minatur privationē dignitatū, &c. cardinalibus recedentibus à ſe 208. nepotes extollere cogitans multa horrenda excitat 164. nutritor ſchiſmatis 419. promovet nepotem Antonium 162 recuſat ceſſionem iuramento promiſſam 308.* Roma *recedens cardinali de Tranſtyberim & Paulo de Vrſinis gubernationē committit 469. remotus à papatu timet iam ante à ſe offenſos 232. recuſat locum unionis à ſemet oblatum 163. ſecūdò renuit ire* S*aonā 177 ſubornat fratres ordinum mēdicantium qui ſe excuſent coram populo 181. 182. ſuccedit Innocentio VII. 139. voti & iuramēti immemor 418*

Gregorii *XII. altera reſponſio de loco conventionis Carraria & Laventia 395 bulla de ſtatu religioſorum ordinis* S *Benedicti terra Friſia 496. bulla excuſatoria ad oēs Chriſti fideles bulla, qua collegii conſenſu nepotib. ſuis civita-*

ciuitates & caſtra dat & cõfirmat 305.

Gregorii IX. tempore ubi concilium habitum 613

Gregorii XI. vita & morum compendioſa deſcriptio 513 obitus 3

Gregorii XII bulla Benedicto Antipapæ tranſmiſſa 265. eiusdem litera ad principes & prælatos 267. cõpendioſa deſcriptio 515 excuſatio ſuper conventione facta cum Antipapa 384. papa bulla conuocationis concilii generalis 526. patria, conditio 142. eiuſdem oratio 142. coronatio & ſimulata pietas 160 cùm Ladislao rege clandeſtinum commentum 168. 169.

Gregorii declaratio priuationis prælatorum & Curtiſanorum de Luca recedentiũ 431. dictũ de diſcordia 367. excuſationes quare ſtatuto termino Saonæ non comparuerit 329. legatio ad Benedictum de unione ineunda 161. litera fucata, quib. Cardinalib concedit alienare res eccleſiæ in nepotes ſuos 173. litera ad Benedictũ XIII de unione fienda 146 litera ficta & ementita excuſationis ad Benedictũ 188 machinatio doloſa & hypocriſis 152. mandata contra Cardinales & curiales refutantur 409. pertinacia in creando Cardinales nepotes ſuos 204. pietas ineunte Papatu 399. probationes nouem, quòd non recuſauerit unionẽ per uiã ceſſionis 329. prædeceſſores tres malè præfuerunt eccleſiæ 397. quæſtio I. C. propoſita de unione fienda 167. reſponſio ad literas Cardinaliũ præfatorũ 280. reſolutiones ad quæſtiones antipapæ 394 395 ſtupiditas in reb. forenſibus, & quomodo nepotum conſilia ſecutus 183. 184.

Gregorio XII & ſuis adhærẽtib. miſſa epiſtola metrica 434 inſcripta epiſtola delu ſoria officialium curiæ R. & Curtiſanorũ de ſtabulis 523 Cardinalib. ac toti mundo aſſcripta epiſtola metrica 452.

Gregorium cedere non poſſe ſine animæ detrimento, &c. qui docuerint 241.

ad Gregorium exhortatio de ceſſione & unionis facto, ſatis elegans 397.

Guelphi papæ partes ſectati, & quando eorum factio orta 614

Guide Luſignianus, rex Hieroſolymitanus, à Soldano quãdo captus 611

Guilhelmus Geldriæ dux, petit opem Uuenceslai 488. 489.

H

Haduigis filia Ludovici regis uxor Gulhelmi ducis Auſtriæ 64.
Henricus I parens Ottonis Magni 480 Imperator Benedictũ VIII. papam reſtituit 633.
Henricus II tres pſeudopapas removens Clementem II. ſubſtituit 634.
Henrici II. trophaum in Sicilia erectum 43.
Henricus III. conſtituit Antipapam contra Gregorium VII. 637. concilium Vuormaciæ indicit contra Gregorium VII. ibid. cum exercitu Romã contẽdit 637 vincit Rodolphum Sueviæ ducem competitorem ſuum 637. iuvat partes Cadoli Antipapæ contra Alexandrum II. 635. 636 ſedat ſchiſma inter Alexandrum II. & Cadolum antipapam 636.
Henrico III. interdicitur à Gregorio VII. collatio beneficiorum eccleſiæ ibid.
Henricus IIII. anathemate notat[9] 607 creavit Benedictũ Antipapam contra Gelaſium II. ibid. in uxorem duxit Mechtildam filiam regis Angliæ ibidem creat Gilbertum Antipapam contra Paſchalem II. 638. Romã capit Paſchalem II. & cogit eum, ut ſibi ius inveſtituræ Epiſcoporum remittat 639.
Henrici IIII. imperatoris bellum contra Ludovicum Craſſũ Franciæ regẽ 607 ex. cõmunicationis cauſa quæ fuerit 607. controverſia cũ Paſchali II. papa 605
Henricus Sanctus imperator ſemper virgo permãſit 485. 486.
Henrici Angliæ regis mors 612.
Henrici Hiſpaniæ regis obitus 19.
S. Helena an fuerit mendica & ſerva 586.
Helena filia Cloelii regis Angliæ, uxor Conſtantis imperatoris mater Conſtantini Magni 587.
Herbipoli concilium coegit Carolus Magnus 598.
Herculea ubi ſita 52.
Hieronymi locus de præſtando iuramento licitè dato 441. ſententia de votis 321
Hieroſolyma quo tempore à Saladino capta 611.
S. Hildegradis prophetia de futuro ſchiſmate XXIIII. 651.
Hippolytus ſub Valeriano imperatore martyr factus 583
Hiſmael quare ſeparatus fuerit à populo Dei 373
Homo in ſtatu eſt, quantũ ad corpus ab anno XXX. usq; ad XXV. quo ad animam usq; ad annum L. vel LV. 514.

Honor

Honor quid 313.
Honorius imperator, Theodoſii filius, duos Antipapas Roma pepulit, poſtea tamen Bonifacium revocavit 593.
Honorius II quot annis praefuerit papatui 648
Horatii locus de ſtudio brevitatis 468
Hugo Capetus in Gallia *rerũ potitus Rhemis cõcilium coegit* 602.
Hugo Caturcenſis Epiſcopus qua ratione à Iohanne XXII. papa, honore, bonis & vita privatus ſit 642
Hunni quo tempore ſe effuderint in provincias imperii Romani 592.
Hyberniae praelatorum & cleri deſcriptio 501.

I

I*Acobus Apoſtolus in Concilio Hieroſolymitano* 559.
Iacobus Cardinalis S. Petri *Romanus de domo Vrſinẽſi ſubornavit populum ut is ſe papam eligi peteret* 4
Iacobi Cardinalis obitus 12.
Iacobi *Alkindi philoſophi ſententia, Vis naturae immutatur per verba* 114.
Ianuenſis dux ſollicitatur ab Vrbano de galeis mittendis 59
Ieiunium Quadrigeſimae à quo papa abrogatum, & à quo reinſtitutum 596.
Imaginũ uſum eſſe idololatricum quo concilio damnatũ ibid.
Imperator an ſubſit Pontifici *in temporalib.* 153. *Deo regnat authore* 475
Imperator Advocatus Eccleſiae 543. 544. *quando praecipua pars Concilii* 546. *repraeſentat populum Chriſtianum*
Imperatoris eſt congregare Concilium 542 545.
Imperatori ut temporali Deo fidelis praeſtanda devotio 475.
Imperatores poſſunt corripere pontifices, non obſtante iuramento fidelitatis 159.
Imperatorum deſidia atq; culpa deficiunt urbes Italiae ab imperio 135. *eſt ſchiſmata tollere, & concilia indicere* 453.
Imperatorum maximè intereſt ſchiſmata tollere 158.
Imperii ruina & eccleſiae deſolatio 228 *ſubditi oppoſuerunt ſe Carolo* IIII. *ad diſtrahenti* 487. 490.
Imperio quatuor loca principaliter attributa quae ſint 484.
Incantationis ſimilitudines & effectus 115.
Indi, boni Catholici 217
Indulgentias vendentiũ merces 73.
Ingeberga regina, ſoror

Cayni regis Dalmatia, à Philippo *Gallia rege repudiata* 612.
Ingratitudinis ſimilia 299
Innocentius II. papa opponens ſe Rogerio prælio capitur 608. Roma pulſus ad Ludovicum Craſſum *in Gallias confugit 608. contra Rogerium bellum movens, a Guilhelmo eius filio capitur 649 propter antipapam cedere coactus, per* Lotharium *imperatorem* Saxonem *reſtituitur* ibid.
Innocentio II. adfuit D. Bernhardus in concilio Claro *montano, &c.* 608
Innocentius IIII. papa præſes concilii Lugdunenſis, *citat Fridericum imp.* 613
Innocenti⁹ VII. *Papa ſchiſmaticus* 549.
Innocentius VII. papa concedit Lad slao *Lombardiam ad certos annos 125. denegat ſalvum conductum legatis Petri de*Luna *132 pacificus, multos ex adverſariis ſuis creat Cardinales 126 paralyſi correptus 133. in Pontificem eligitur 123.*
Innocentii VII. papa mors 141 patria, ſtudia & mores 134 reditus ad Vrbem, & eius commendatio 133. ſanctimoniæ ſtatura ac forma 138. compendioſa deſcriptio 515. obitus 267
Ihanna puella Anglica quando ſedem Pontificalem conſcenderit 628
Iohanna regina poſtquam ſemet Carolo tradidit ad altare, à quatuor ſatellites ſtrangulatur 27.
Iohanna ſoror Ladislai in gratiam Bonifacii redit 91. ſoror Ladislai Guilhelmo nubit 64
